








Ex [illegible] Thomæ Antonij [illegible]

MISCELLANEA HISTORICA Regni Bohemiæ

DECADIS I.

LIBER VI.

ARCHIEPISCOPALIS

In duas Partes distributus,

Quarum Partium PRIOR:

Literas publicas Summorum Pontificum, Cæsarum, Regum, ac Principum, ad Archi-Episcopatum Pragensem, vel ad Diœcesin spectantes recitat;

Pars POSTERIOR:

TITULOS eorundem Præsulum hæreditarios (S. R. I. PRINCIPIS, PRIMATIS REGNI, LEGATI NATI) tum Prærogativas, & Privilegia &c. adducit, & explicat; deinde Successionem singulorum, præcipuas res gestas, ac Sede per centum & ampliùs Annos vacante, ADMINISTRATORES enumerat, deniq; Humationes & Sepulturas PRÆSULUM consignat.

AUTHORE

BOHUSLAO BALBINO, Soc: JESU Sacerdote.

Cum Facultate Superiorum,

PRAGÆ: Typis Joannis Arnolti de Dobroslawina,

Anno cIↄ Iↄc LXXXIV.

Considerantes eximiam Devotionis, & Fidei puritatem, quam tam ipse Carolus, & Prædecessores sui Bohemiæ Reges, quàm ejusdem Regni Incolæ ad Sanctam Romanam Ecclesiam gessisse, ac ipsi Carolus Rex, & Incolæ gerere dignoscuntur &c. Clemens Papa VI. *in literis Apostolicis super Fundatione Universitatis Carolinæ, Avinion. 26 Janu. 1348.*





LIBRI. VI. MISCELLANEORUM

PARS PRIMA.

LITERÆ PUBLICÆ Pontificum, Imperatorum, Regum ac Principum ad res Ecclesiasticas in Bohemia, Moravia &c. spectantes.

I.

JOANNIS VIII. PAPÆ AD S. METHODIUM falsò ad Sedem Apostolicam delatum Literæ citatoriæ.

Præcipit ut ad se veniat, ut de ejus doctrina cognoscere possit. Missas Slavonicâ linguâ celebrari prohibet; id tamen postea, ut in sequentibus apparebit, concessum est.

Reverendissimo *Methodio Archi-Episcopo Pannonienfis Ecclesiæ.* A. C. 879.



PRædicationis tuæ doctrinis Populum Domini, tibi quasi spiritali Pastori commissum salvare instruereque cùm debeas, audivimus, quòd non ea, quæ sancta *Romana Ecclesia* ab ipso Apostolorum Principe didicit, & quotidie prædicat, docendo dedoceas, & ipsum populum in errorem mittas. Unde his Apostolatûs nostri literis tibi jubemus, ut omni occasione postpositâ, ad nos de præsenti venire procures, ut ex ore tuo audiamus, & cognoscamus: utrum sic teneas, & sic prædices, sicut verbis & literis *Sancta Romana Ecclesia* credere promisisti, aut non; ut veraciter cognos-

Ex Tomo III. Conciliorum P. 2. Epistol. Joannis N. 195.

Accusatio.

Citatio.

De Miſſis Slavonicis. gnoſcamus doctrinam tuam. Audimus etiam quòd *Miſſas* cantes in barbara, hoc eſt, in *Slavina lingua*; unde jam literis noſtris per *Paulum Epiſcopum Anconitanum* tibi directis prohibuimus, nè in ea linguâ ſacra Miſſarum ſolemnia celebrares, ſed vel in Latina, vel in Græca lingua, ſicut *Eccleſia Dei* toto terrarum orbe diffuſa, & in omnibus gentibus dilatata cantat. Prædicare verò, aut ſermonem in populo facere tibi licet, quoniam Pſalmiſta omnes ad monet Dominum gentes laudare, & Apoſtolus *Omnis*, inquit, *lingua confiteatur, quia Dominus Jeſus in gloria eſt Dei Patris*. Data XVIII. Julij. Indictione XII.

Pſalm. 116. Philip. 2. A. 879.

II.

Joannes Papa VIII.

Swatopluco Regi Moraviæ commendat S. Methodium Româ (ubi ſuæ fidei rationem reddiderat) redeuntem.

Dilecto filio Swatopluko glorioſo Comiti.

A. C. 880.

INduſtriæ tuæ notum eſſe volumus, quoniam Confratre noſtro *Methodio* Reverendiſſimo Archiepiſcopo *Sanctæ Eccleſiæ Maravenſis* unâ cum *Semiſino* fideli tuo ad limina Sanctorum Apoſtolorum *Petri & Pauli*, noſtramque Pontificalem præſentiam veniente, atque ſermone lucifluo referente, didicimus tuæ devotionis ſinceritatem, & totius populi tui deſiderium, quod circa Sedem Apoſtolicam & noſtram paternitatem habetis. Nam divinâ inſpirante gratiâ, contemtis alijs ſæculi hujus Principibus, *Beatum Petrum* Apoſtolici ordinis Principem, Vicariumq; illius habere patronum, & in omnibus adjutorem ac defenſorem pariter cum Nobilibus viris fidelibus tuis, & cum omni populo terræ tuæ, amore fideliſſimo elegiſti, & usquè ad finem ſub ipſius & Vicarij ejus defenſione colla ſubmittens, pio effectu cupis, auxiliante Domino, utpote filius devotiſſimus permanere. Pro qua ſcilicet tanta fide ac devotione tua, & populi tui, Apoſtolatûs noſtri ulnis extenſis, te quaſi unicum filium amore ingenti amplectimur, & cum omnibus fidelibus tuis paternitatis noſtræ gremio, velut oves Domini nobis commiſſas, recipimus, vitæque pabulo clementer nutrire optamus, atque noſtris aſſiduis precibus omnipotenti Domino commendare ſtudemus, quatenus Sanctorum Apoſtolorum ſuffragantibus meritis, & in hoc ſæculo adverſa omnia ſuperare, & in cœleſti poſtmodum regione cum Chriſto Deo noſtro valeas triumphare!

Svatopluci Moraviæ Regis devotio erga Sedem Apoſtolicam.

Baron T. x. Annal. Eccleſiaſticor.

Cõmendatio S. Methodij. Igitur hunc *Methodium* venerabilem Archiepiſcopum veſtrum interrogavimus coram poſitis fratribus noſtris Epiſcopis, ſi *Orthodoxæ Fidei Symbolum* ità crederet, & inter ſacra Miſſarum ſolemnia caneret, ſicuti *Sanctam Romanam Eccleſiam* tenêre, & in ſanctis ſex Univerſalibus Synodis

is â ſanctis Patribus ſecundum Evangelicam Chriſti Dei noſtri auctorita-em promulgatum, atque traditum conſtat? ille autem profeſſus eſt, ſe ixta Evangelicam & Apoſtolicam Doctrinam, ſicut ſancta Romana Ec-leſia docet, & â Patribus traditum eſt, tenere & pſallere. Nos autem il-ī in omnibus Eccleſiaſticis doctrinis & utilitatibus Orthodoxum, & pro-cuum eſſe reperientes, vobis iterum ad regendam commiſſam ſibi Eccle-am Dei remittimus, quem veluti Paſtorem proprium, ut digno hono-e & reverentiâ, lætâque mente recipiatis, jubemus. Quia noſtræ Apo-olicæ auctoritatis præcepto Archiepiſcopatûs ei privilegium confirma-imus, & in perpetuum, Deo juvante firmum manere ſtatuimus, ſicut An-ceſſorum noſtrorum auctoritate omnium Eccleſiarum Dei jura & privi-egia Statuta, & confirmata conſiſtunt; ità ſanè ut juxta canonicam tradi-ionem omnium negotiorum Eccleſiaſticorum curam habeat ipſe & ea elut Deo contemplante diſpenſet, nam populus Dei illi commiſſus eſt, c pro animabus eorum hîc redditurus erit rationem.

Moraviæ Archiepiſcopus conſtitutus eſt S. Methodius.

Ipſum quoque Presbyterum nomine *VVichinum* quem nobis dire-iſti electum Epiſcopum conſecravimus *Sanctæ Eccleſiæ Nitrenſis*, quem io Archiepiſcopo in omnibus obedientem, ſicuti Sancti canones docent, ſſe jubemus & volumus: ut pariter cum ipſius Archiepiſcopi conſenſu & rovidentia, alterum nobis apto tempore utilem presbyterum vel diaco-um dirigas, quem ſimiliter in alia Eccleſia, in qua Epiſcopalem Sedem overis neceſſariam, ordinemus *Epiſcopum*, ut cum his duobus á nobis rdinatis Epiſcopis præfatus *Archiepiſcopus veſter*, juxta decretum Apo-olicum per alia loca in quibus Epiſcopi honorificè debent & poſſunt exi-ere, poſtmodum valeat ordinare. Presbyteros verò, Diaconos, ſeu cu-iſcumque ordinis Clericos, ſive Slavos, ſive cujuslibet generis qui intra rovinciæ tuæ fines conſiſtunt, præcipimus eſſe ſubjectos & obedientes in mnibus jam dicto confratri noſtro *Archiepiſcopo* veſtro, ut nihil omnino ræter ejus conſcientiam agant. Quòd ſi contumaces & inobedientes xiſtentes ſcandalum aliquod, aut ſchisma facere præſumſerint, & poſt rimam & ſecundam admonitionem ſe minimè correxerint, zizanio-um ſeminatores ab Eccleſia & finibus veſtris auctoritate noſtrâ præcipi-nus eſſe procul abjiciendos, ſecundùm auctoritatem capitulorum, quæ il-dedimus, & vobis direximus.

Novus Epiſcopus in Provincia Moraviæ ordinatus.

Mitra vel Nitria in Moravica Diœceſi.

Litteras denique Slavonicas à *Conſtantino* quodam philoſopho re-ertas, quibus Deo laudes debitas reſonent, jure laudamus; & ut in eadem ngua Chriſti Dei noſtri præconia & opera enarrentur, jubemus: neque nim tribus tantùm, ſed omnibus linguis Dominum laudare, auctoritate acrâ monemur, quæ præcipit dicens: *Laudate Dominum omnes gentes, & ollaudate eum omnes populi:* & Apoſtoli repleti Spiritu ſancto *locuti ſunt mnibus linguis magnalia Dei.* Hinc & *Paulus* cœleſtis quoque tuba in-

Ut Moravi linguâ Slavonicâ in Sacris utantur.

Dubiũ hoc loco grave exoritur: utrũ Conſtantinus iſte, fuerit S. Cyrillus?

Pſal. 116.
Act. 2.

Philipp. 2. *2. Corinth. 14.*

sonat, monens: *Omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Jesus Chri-stus in gloria est Dei Patris.* De quibus etiam in prima ad Corinthios Epi-stola, satis & manifestè nos admonet, quatenus *linguis loquentes*, Eccle-siam Dei ædificemus. Nec sanæ fidei vel doctrinæ aliquid obstat, sive *Missas* in eadem *Slavonica lingua* canere, sive sacrum Evangelium, vel Le-ctiones divinas novi & veteris testamenti bene translatas, & interpretata legere, aut alia horarum officia omnia psallere: quoniam qui feci *tres linguas principales, Hebræam* scilicet, *Græcam* & *Latinam*, ipse crea-vit & alias omnes ad laudem & gloriam suam.

Ut Evangelium Latinè legatur.

Jubemus tamen, ut in omnibus Ecclesiis terræ vestræ propter majo-rem honorificentiam Evangelium latinè legatur, & postmodum Slavoni-câ linguâ translatum in auribus populi latina verba non intelligentis an-nuntietur, sicut in quibusdam Ecclesiis fieri videtur. Etsi tibi & judicibu tuis placet, *Missas* latinâ linguâ audire magis, præcipimus, ut latinè Mis-sarum tibi *solemnia celebrentur.* Data Mense Junij, Indictione decimâ tertiâ. *Hæc *Joannes Papa*, ità natam recens Ecclesiam lacte nutrien parvulorum, sperans operâ ejus, qui linguas infantium facit diserta (sicut qui cùm parvulus est loquitur ut parvulus, cùm creverit in virum per-fectum, sit evacuaturus, quæ parvuli erant) fore, ut *Moravensis Ecclesia* Matris ex qua genita est, linguâ perfectè loquutura esset. Extat verò ejus-dem *Pontificis* epistola ad ipsum *Methodium* data anno sequenti decimo Kalend. Aprilis.

*Hæc verba usq; ad finem hujus pagellæ sunt Card: Baronij, in Annalib: Eccles.

Joannis Epist. 268.

III.

Literæ Apostolicæ Joannis VIII. Papæ ad S. Methodium Slavicarum Gentium Apostolum.

Gratulatur de orthodoxæ fidei cultu, & de ejus erga religionem studio & cura. Precatur in dies spiritualem profectum majorem, eúmque consolatur.

Methodio Archi-Episcopo pro fide.

Ex Tom. III. Concilior. P. 2. Ep. 268. A. C. 882. Recitatur eadem Epistola in Vitis SS. ad 9. Martij Consent. Prævio § 4. Patris Bollandi.

PAstoralis solicitudinis tuæ curam, quam in lucrandis animabus fi-delium, Domino Deo nostro exhibes, approbantes, & orthodoxæ fidei te cultorem strenuum existere contemplantes, nimis in eodem Domino jocundamur, & ei immensas laudes, & gratias agere non cessa-mus: quia te magis ac magis in suis mandatis accendat & ad sanctæ suæ Ecclesiæ profectum ab omnibus adversitatibus clementer eripiat. Ve-rùm auditis per tuas literas variis casibus, vel eventibus tuis, quantâ com-passione tibi condoluerimus, ex hoc advertere poteris, in quo te coram

Zelum fidei laudat.

nobis

nobis poſitum, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ doctrinam, juxta ſanctorum Patrum probabilem traditionem, ſequi debere monuimus,& tam ſymbolum,quam rectam fidem â te docendam & prædicandam ſubdidimus, noſtrisque Apoſtolicis literis glorioſo Principi *Sentopulcho*, quas ei aſſeris fuiſſe delatas, hoc ipſum ſignificavimus, & neque aliæ literæ noſtræ ad eum directæ ſunt, neque Epiſcopo illi palàm,vel ſecretò aliquid faciendum injunximus, & aliud â te peragendum decrevimus; quantò minus credendum eſt ut ſacramentum ab eodem Epiſcopo exigeremus, quem ſaltem levi ſermone ſuper hoc negotio allocuti non fuimus. Ideóque ceſſet illa dubietas & Deo cooperante, ſicut Evangelica & Apoſtolica ſe habet Doctrina orthodoxæ fidei cultum fidelibus cunctis inculca, ut de labore tui certaminis Domino JESU Chriſto fructum afferas abundantem, & gratiâ ejus remuneratus, mercedem recipias competentem. Cæterùm de aliis tentationibus, quas diverſo modo perpeſſus es,noli triſtari, quin potiùs hoc,ſecundum Apoſtolum,*omne gaudium prorſus exiſtima*. Quia *ſi Deus pro te*, nemo eſſe poterit *contra te*: tamen cùm DEO duce reverſus fueris,quicquid innormiter adverſum te eſt commiſſum, quicquid jam *dictus Epiſcopus* contra ſuum miniſterium in te exercuit, utramque audientiam coram nobis diſcuſſam, adjuvante Domino, legitimo fini trademus, & illius pertinaciam, judicij noſtri ſententiâ corripere non omittemus. Data X. Kal. Aprilis. Indictione XIV.

Conſolatur. Swatopluco. negat ſe ad verſus eum quidquam molitum. ſpondet à Deo mercedem. promittit adverſarios compeſcere

IV.

Querimonia ad Domnum Papam, quòd Moraviam Metropolitano Bavariæ juri ſubtraxerit, propióque Archi-Epiſcopo ſubdiderit.

A. C. 900.

DOmno ſanctæ & Apoſtolicæ & univerſalis Romanæ Eccleſiæ Papæ *Hathbo* indignus *Præſul Monguntienſis Eccleſiæ*, cum univerſis Suffraganeis noſtræ exiguitati adjunctis,debitum orationis obſequium, & fidelem ſervitutem. Noverit igitur *ſublimitas ſanctitatis veſtræ*, quòd nulla fratrum unanimitas ſanctæ Romanæ Eccleſiæ poteſtati ſubjecta fidelior atque devotior ac ſubjectior apparet, quàm *nos*, qui veſtræ Dominationi & *capiti omnium Eccleſiarum* omni mentis intentione ſubjicimur, plurimùm gaudentes in Domino, & in dono gratiæ ipſius, quòd per veſtram ſanctitatem & ſapientiam magnificè & ampliſſimè ſedes ejuſdem Eccleſiæ dilatatur in religione divina, & in hoc inſtantiſſimè precibus incumbimus, deprecantes divinam clementiam, ut ad altiora ſemper conſcendere vos, & de die in diem meliora ſectari atque perficere concedat. De cætero veſtræ clementiæ innoteſcimus, Seniorem noſtrum *ARNOLPHUM Imperatorem* de hujus vitæ exilio migrâſſe; ſed quòd quam

Gold. in Beylagis. Obedientia & ſubjectio Sedis Moguntinæ prædicatur

Obijt Arnulphus Imp. Carolomanni filius A. C. 899.

quam diu in hoc mundo ſubſiſtimus per incerta ferimur, neſcientes ubi quorundam animæ poſt hanc lucem manſionem recipiant, veſtris quaſii provoluti veſtigijs ſubnixè poſcimus, ut animam ipſius veſtræ autoritatis poteſtate à vinculis peccatorum abſolvatis, quia *quæcunque ſolveritis ſuper terram erunt ſoluta in cœlo.* Tali verò Domino Rectore & gubernatore amiſſo in noſtris partibus vacillavit navis Eccleſiæ; Quem Regem eligeret parvo tempore inſcia manſit, & quia timor magnus aderat, nè ſolidum Regnum in partes ſe ſcinderet, divino, ùt credimus, inſtinctu factum eſt, ut *filius Senioris noſtri* quamvis *parviſſimus*, communi conſilio Principum, & totius populi conſenſu in Regem elevaretur, & quia *Reges Francorum ſemper ex uno genere procedebant*, maluimus priſtinum morem ſervare, quàm novâ inſtitutione inſidere: Sed cur hoc ſinè veſtra juſſione factum ſit, veſtram haud dubitamus latére prudentiam, nullâ ſcilicet aliâ causâ actum conſtat, niſi quia Paganis inter nos & vos conſiſtentibus impeditum eſt iter noſtrum *ad Sanctam matrem noſtram Romanam ſedem*; ità ut nec legati à noſtra parvitate ad veſtrm dignitatem dirigi potuiſſent. Sed quia tandem occaſio & tempus advenit quo noſtra Epiſtola veſtris obtutibus præſentaretur, rogamus noſtram communem conſtitutionem veſtræ Dominationis benedictione roborari. Inſuper etiam pietati veſtræ intimamus, quòd fratres & Patres, & coepiſcopi noſtri *Bavarienſes* ſe apud nos conquerentes, & alta ſuſpiria trahentes gemebant, qualiter *Maravenſes populi* Francorum poteſtati rebelles, jactant ſe ab illorum conſortio eſſe diviſos, & ſeorſùm *Metropolitano* gloriantur à veſtra conceſſione eſſe ſublimatos, cùm nunquam *Metropolitana ſedes inter* illos haberetur, ſed ſemper eorum provinciæ huic diœceſi cohærerent. Dolebant ſe etiam apud nos, quòd quorundam machinatione magnâ infamiâ circa veſtram Celſitudinem eſſent denotati: ſcilicet quòd cum paganis fœdus & pacem inirent, & ipſi pagani conſilio eorũ agerent tam multa nefaria & illicita. De his omnibus conſilium à nobis quærentibus *Bavarienſibus Epiſcopis*, juſtum reſpondimus eſſe fratrum ſolatio ſemper adhærere: quia Propheta inquit: *Ecce quàm bonum & quàm jocundum habitare fratres in unum.* Illi verò non in unum habitant, qui fratrum ſe ſolatio ſubtrahunt, aut fratribus inſidias præparant. *Nos* illorum triſtitiæ compatientes, nolumus illis conſilium de talibus objectionibus præbere, pruis quam ad veſtram interrogationem per Epiſtolam noſtram veniremus. Semper nos ſcimus carnales ſpiritales ſolere perſequi & malivolos benevolos infamare & lacerare. Prævidere ergo ſummopere debent omnes qui ſacerdotes Domini perſequuntur tam occultè, quàm manifeſtè: Nè ad illos pertineat, quod Propheta dicit: *Cogitaverunt, malitias in corde ſuo, totâ die conſtituebant prælia, exacuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes, venena aſpidum ſub labiis eorum* & paulò pòſt: *cadent ſuper eos carbones, in igne deij-*

Ludovicus IV. Arnulphi filius regnat.

Querela adverſus Moraviæ Præſules.

Objecta Bavarienſibus Epiſcopis.

Defenſio Bavaricorum Præſulum.

deijcies eos. Et iterum: *Vir linguosus non dirigetur in terra. Virum injustum mala capient in interitu.* Et per Jeremiam inquit Dominus: *Omnes in sanguine judicantur, unus quisque proximum suum tribulat. Omnes in malum manus suas præparant.* Non debent enim alieni Episcoporum aut accusatores aut indices fieri. Unde de *Loth* est scriptum: *Ingressus es, ùt advena, nunquit ut judices?* Accusator autem *Episcoporum* nullus sit servus, aut libertus, nulláque persona suspecta, aut infamis, repellantur inimici & omnes laici. Isti fratres, & *Episcopi nostri Bavarienses* veraces Dei Cultores & boni Pastores pervigili custodiâ custodiunt gregem sibi commissum, nè lupi rabies aliquam Sancti gregis oviculam rapiat in prædam suam. Stant pro muro domûs Israel, nè aliqua vis inimica firmamentum Ecclesiæ dissolvat. Qui tales inquietat & suâ malitiâ impugnat, licèt præsentem, futuram tamen non evadet pœnam, quia scriptum est: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Hæc autem omnia perscripta vobis ideo dirigimus, quia estis caput totius Sanctæ Ecclesiæ, quacumq; per orbem diffunditur & solamen mœrentium, quæcumq; tristia vobis contigerunt membris vestris, quia ipsi *Sanctissimi Pastores CHRISTI* superiùs dicti in nulla re à Catholica fide deviantes, sed eandem Sanctis operibus, & Ecclesiasticis officijs ornantes apud nos conquerentes postulaverunt, ut vestræ notitiæ manifesta faceremus, quia & illi per se ipsos vobis eadem innotescere vitâ comite promittebant. Unde poscimus, ut vestra consolatio illorum mœrorem ad lætitiam reformet, & semper talia membra summo capiti, quod estis vos, se gaudeant adhærere. Illi autem *Maravenses*, ùt nostris auribus illatum est, in occasionem superbiæ suæ assumunt, quia à nostra concessione dicunt se *Metropolitanum* suscipere, & singulariter degentes aliorum *Episcoporum* consortia refutant. Si hâc confidentiâ diutius inflantur, usque ad sanguinis effusionem, ùt multi arbitrantur, prosilient. In quantum præsumimus, admonemus, quatenus vestra auctoritas, priusquam hoc contingat ad humilitatis viam illos corrigendo deponat, ut tandem cognoscant, cui dominatui subijci debeant. Nos si quidem debitores esse cognoscimus, si quid à *Sanctæ matris Romanæ Ecclesiæ* scilicet contigerit elabi, vos indè certificari, ut vestrâ potentiâ ad rectitudinis lineam perducatur. Quòd si vestra admonitio illos non correxerit, velint, nolint, Francorum Principibus colla sub mittent, & credimus absque effusione sanguinis, & mutua cæde ex utraque parte tunc posse bene contingere. Iterum iterumque vestræ dignitatis auribus replicamus, quòd tam *Episcopi* quàm *Laici Bavarienses* in Religione Christianitatis nullâ gente inferiores esse probantur, neque unquam *Franci* absq; illorum auxilio, aut in Ecclesiasticis rebus, vel in bellicis negotijs nominatim vel Famâ dignum aliquid peregerunt, sicut neque illi absque istis.

Redit ad querelam adversus Moravos.

 Plures

Plures ejusmodi Querelas Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Germaniæ, ob Moraviam ab eorum Diœceſi avulſam, recitat *Goldaſtus* in *Appendice Documentorum*; quas referre ſupervacaneum eſſe putavi.

V.

Anno 971.

Joannis Papæ XIII. Literæ Apoſtolicæ erigentis Pragenſem Epiſcopatum, & Parthenonem Sanctimonialium S. Georgij.

Coſmas in Chron Boh. lib. 1.

Joannes Servus Servorum Dei, Boleslao Catholicæ Fidei Alumno Apoſtolicam Benedictionem.

JUſtum eſt benevolas aures juſtis accommodare petitionibus: quia Deus eſt juſtitia, & qui diligunt Deum juſtificabuntur, & omnia diligentibus Dei juſtitiam cooperantur in bonum: Filia noſtra, Tua relativa, nomine *Mlada* quæ & *Maria*, inter cæteras haud abnegandas petitiones, cordi *noſtri dulces* intulit ex parte tui preces, ſcilicet ut noſtro aſſenſu, in tuo Principatu, ad laudem & gloriam Dei & Eccleſiæ, *liceret fieri Epiſcopum.* Quod nos utique læto animo ſuſcipientes Deo grates retulimus, qui ſuam Eccleſiam ſemper & ubique dilatat & magnificat in omnibus Nationibus. Unde Apoſtolicâ authoritate, & S. Petri Principis Apoſtolorum poteſtate, licèt tamen indigni ſumus Vicarij, annuimus & collaudamus atque incanonizamus, ut *ad Eccleſiam SS. Viti, & Wenceslai Martyrum*, fiat ſedes Epiſcopalis, ad Eccleſiam verò *S. Georgij Martyris, ſub Regula S. Benedicti, &* obedientia filiæ noſtræ Abbatiſſæ *Mariæ*, conſtituatur *Congregatio Sanctimonialium.* Veruntamen non ſecundùm ritus, aut ſectam Bulgariæ Gentis, vel Ruſſiæ, aut Slavonicæ linguæ, ſed magis ſequens inſtituta & Decreta Apoſtolica, unum potiorem totius Eccleſiæ ad placitum in hoc opus eligas Clericum, latinis apprimè literis eruditum, qui verbi vomere novalia cordis gentilium ſcindere & triticum bonæ operationis ſerere, atque manipulos frugum noſtræ Fidei Chriſto reportare ſufficiat. Vale.

VVenceslaus, Sanctus & Martyr jam Ante A. 971. á Romanis Pontificibus declaratus.

VI.

Circa An. 1080.

Gregorius VII. Romanus Pontifex, Exponit concordiam ſuper controverſia inter Moravienſem & Pragenſem Epiſcopos de quibusdam bonis, à ſe, in Concilio ambarum partium aſſenſu, compoſitam.

Gre-

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei.

QUoniam ad memoriam semperque dilucidandam causarum negotiorúmque veritatem, nihil aptis, nihil durabilius, quàm scripturarum paginas æstimamus: qualiter lis & discordia, quæ inter confratres nostros, videlicet, *Joannem Moraviensem Episcopum*, & *Geboardum Pragensem* de quibusdam decimis, & curtibus diu protracta est, tandem per pactionis convenientiam in Apostolica sede determinata sit, per literas nostras, non modò præsentibus, sed & futuris notum fieri volumus. Hæc enim causa, cùm in secundo nostri *Pontificatûs* anno residentibus unà nobiscum in *Basilica Salvatoris multis* fratribus, convocatis etiam & coram positis supradictis Episcopis ad audientiam nostram, & totius ibidem congregati Concilij perlata sit diu & multum inquisita, atque rimata, tantâ ambiguitate, & perflexionibus involuta videbatur, ut ad sinceram veritatis, & justitiæ explorationem per ea, quæ tunc adhibita sunt judicia perduci non posset. Verùm nè illorum altercatio absque pacis interventu diutiùs, aut fraterna odia, aut aliqua periculosa hinc, vel illinc studia accenderet, cum consilio fratrum nostrorum causam ita ex æquo dirimi constituimus, ut omnia de quibus inter eos contentio foret, per medium dividerentur, & hic unam, ille alteram partem interim absque omni inquietudine tenerent, donec si apertiora judicia sive scripto, aut congruis testibus invenire possent, diligentissimè investigarent. Ad quod faciendum, nè fortè suscitandæ litis infinita alterutri daretur occasio, terminum quoque eis *decem annorum* præfiximus, ut qui certis approbationibus ad justitiam se pertingere posse confidit, infra prælibatum terminum proclamandi, & consequendi jus Ecclesiæ suæ licentiam & potestatem habeat: & si alterum horum, vel utrosque (quod non optamus) interim obire contigerit, Successores eorum in eadem pactione & constitutione permanere debeant. Ex ea autem parte, qua præfatus terminus, aut sub silentio, aut non ostensâ veritatis & justitiæ, propter quam clamet, approbatione, transductus fuerit nullus deinceps locus nulla proclamandi occasio, aut super hac renovandæ quæstionis licentia super sit. Hoc igitur modo prænominatos *Episcopos* in nostra præsentia pacificatos, & præscriptæ difinitioni gratum (ut videtur) adhibentes assensum, ad propria cum *Apostolica Benedictione* & fraternâ charitate dimisimus. Hoc ab omnibus inviolatum, & perpetuò inconcussum fore Apostolicâ auctoritate præcipimus, atque sancimus. Dat. Romæ. 6. Non. Martij. Indictione 13.

Tom 3. Conc Lib. 2. Epist. 53.

Lis diu tracta.

Rursus renovata.

Differtur in annos decem.

Quid faciendum si altera pars decedat?

VII.

Gregorij VII. Epiſtola ad Marchiones Moraviæ.

Nè Olomucenſi Eccleſiæ moleſtiam inferant.

Tomo III. Concil. inter Epiſtolas Gregorij 59.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei, Ottoni & Chuonrado Fratribus Wratislai Ducis Boemiorum, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Circa An. Chr. 1080.

MEminiſſe debet nobilitas veſtra, quòd de cauſa *Olomucenſis Eccleſiæ* jam antè Apoſtolica monita accepiſtis, nè juſtitiam ejus aliquâ occaſione minueretis, neque moleſtantibus eam aliquod adjutorium præberetis. Nunc vos admonemus, & paterna charitate rogamus, nè aliquam contrarietatem eidem Eccleſiæ faciatis, ſed pro Reverenta Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, cujus Apoſtolicis privilegijs munita eſt, amorem & piæ devotionis ſtudia erga illam exhibeatis, & quantum veſtræ poteſtatis eſt jura & pertinentias ejus, â vobis & veſtris inviolata conſervari ſtudeatis. Hæc enim eſt cauſa, in qua & divinæ remunerationis Gloriam, & Apoſtolorum certa præſidia, ac noſtræ dilectionis plenitudinem vobis lucrari & aptiſſimè poſſitis aſtringere: ſin autem (quod non optamus) aliter feceritis, procul dubio hæc eadem vobis corrumpere, & in contrarium, quod abſit, vertere poteritis. Dat. Romæ 15. Kal: Aprilis. Indictione duodecimâ.

VIII.

Gregorij VII. Literæ Apoſtolicæ ad Wratislaum Bohemiæ Ducem.

Tomo III. Concilior. Epiſt. 61.

Hortatur ut in dies majores progreſſus faciat in obſervantia erga Romanam Eccleſiam; oſtendit ſe *Archiepiſcopo Moguntino* ſignificaſſe, nè in cauſa Pragenſis Epiſcopi longiùs progrederetur. Quare quæ contra ipſum egerit, nulla eſſe declarat.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei, Wratislao Duci Boemiæ, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Circa An. Chr. 1080.

QUoniam afflatus igne divino ſtudia devotionis erga ſanctam & Apoſtolicam Eccleſiam habere cœpiſti, ſilere nos charitas in te diffuſa non patitur, quin ardorem divinæ ſervitutis de die in diem fer-

ven-

ventiùs te concipere frequenti exhortatione memoramus: illa & enim vota apud Deum præmia merentur & gloriam, quæ per gradus bonorum operum ad cacumen plenitudinis tendunt, & semper in bono desideria ampliora concipiunt; Quapropter *Charissime, fili in Christo*, bona, quæ (Deo inspirante) mens & devotio tua proposuit. Ad affectum perfectionis extendere stude; quatenus Apostolica benevolentia nullâ tibi labefacta segnitie, pro meritis tuis ampliori semper te dilectione comprehendat. De reliquis, & privilegio, unde nos rogasti, cùm nuntius tuus finitâ, & perfectâ Ecclesiâ, consecrationis consilium à nobis quæsierit, voluntati tuæ satisfacere benignè procurabimus. *Sigifredum* verò *Archiepiscopum Moguntinum de præsumtione*, quam in causa *Jeromiri Pragensis Episcopi* habuit, per Epistolam nostram duriter increpavimus interdicentes ei, nè ulteriùs se hujusmodi inertiâ, & fatuitate occupare incipiat. Attamen si quid adversùm te temerario judicio fecerit, præventu Apostolicæ auctoritatis tutus, atque defensus, donec iterum ad te nostra legatio perferatur, pro nihilo ducas, magisque sibi ad periculum, quàm tibi futurum esse non ambigas. De cætero Apostolicis benedictionibus semper te munitum esse gaudeas. Dat. Romæ 15. Kal. Aprilis. Indictione duodecimâ.

IX.

Henrici Quarti Imperatoris decretum Evindicatorium de finibus Episcopatûs Pragensis in Bohemia, Moravia, & Polonia, anno 1086.

Henricus hic fuit V. si Henricus Auceps ponitur Imperator.

1086.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

HEnricus III. Divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus. Regio nomini & Imperatoriæ dignitati congruere novimus, ut Ecclesiarum DEI utilitatibus ubiq; opitulantes damna, vel injurias earum quacunq; necesse fuerit propulsemus. Quapropter universis Dei nostriq; Regni fidelibus tam futuris, quàm præsentibus notum esse volumus, qualiter fidelis noster Pragensis Episcopus *Gebehardus* sæpe Confratribus suis & Coëpiscopis, cæterisq; Principibus nostris, ac novissimè nobis conquestus est: quòd Pragensis Episcopatus, qui ab initio Boëmiæ ac Moraviæ Ducatuum unus & integer constitutus, & tam à Papa *Benedicto* quàm à primo *Ottone Imperatore* sic confirmatus est; postea antecessorum suorum consensu, solâ Dominantium potestate, subinthronizato intra terminos ejus novo Episcopo, divisus esset & imminutus. Qui cùm Maguntiæ coram Legatis Apostolicæ Sedis,

Cosmas in Chronico Bohem. Goldast. in Appendice Documentor. f. 18.

Gebehardus seu Jaromirus.

præſentibus nobis, ac pleriſq; Regni noſtri optimatibus eandem querimoniam intuliſſet, ab Archi-Epiſcopis, *Wezlone Maguntino*, *Sigewino Colonienſi*, *Egilberto Treverenſi*, *Liemaro Bremenſi*; *ab Epiſcopis quoq; Liederico Virdunenſi*, *Chunrado Trajectenſi*, *Udalrico Eiſtetenſi*, *Ottone Ratiſponenſi*, cum aſſenſu Laicorum, Ducis Boëmorum *Wratislai & fratris ejus Chunradi*, *Ducis Friderici*, *Ducis Lutoldi*, *Palatini Comitis Rapothonis*, & omnium qui ibidem convenerant, primitiva illa parochia cum omni terminorum ſuorum ambitu Pragenſi ſedi eſt adjudicata. Termini autem ejus *occidentem* versùs hi ſunt: Lugaſt, quæ tendit ad medium fluminis Cheb, Zelza, & Liuſena, & Daſena, Litomerici; Lemuci usq; ad mediam ſilvam, quâ Boëmia limitatur. Deinde *ad Aquilonem* hi *ſunt* termini: Pſowane, Chrowati, & altera Chrowati, Ziaſane, Treuvobane, Boborane, Dedoſeſe usq; ad mediam ſilvam, quâ Milcianorum occurrunt termini. Inde *ad Orientem* hos fluvios habet terminos; Buo ſcilicet, & Ztir, cum Krakova Civitate, provinciaq; cui Wag nomen eſt, cum omnibus regionibus ad prædictam urbem pertinentibus quæ *Krakova* eſt. Inde Ungarorum limitibus additis usq; ad montes, quibus nomen eſt *Tritri*, dilatata procedit. Deinde in ea parte, quæ *Meridiem* reſpicit, addita regione Moraviâ, usq; ad flumen cui nomen eſt Vag, & ad mediam ſilvam cui nomen eſt *Mure*, & ejuſdem Montis, eadem Parochia tendit, quà Bavvaria limitatur. Mediantibus itaq; nobis, & communi Principum aſpirante ſuffragio, factum eſt, ut *Dux Bobemiæ Wratislaus*, & frater ejus *Chunradus*; ſupradicto *Pragenſi Epiſcopo*, fratri ſuo, parochiam judiciario ordine requiſitam ex integro reprofiterentur, & redderent. Proinde nos rogatu ejuſdem Epiſcopi rationabiliter inducti, *Pragenſis Epiſcopatûs* redintegrationem noſtræ Imperialis auctoritatis edicto illi & Succeſſoribus ejus confirmamus, & ſtabilimus: inviolabiliter decernentes, nè ulla poſthac cujuslibet conditionis perſona, vel ulla ſocietas hominum, *Pragenſi Eccleſiæ* quicquam ſui juris in prænotatis terminis alienare præſumat. Cujus redintegrationis & confirmationis auctoritas, ut omni ævo ſtabilis & inconvulſa permaneat, hanc cartam inde conſcribi, quam (ſicut infrà apparet) manu propriâ laborantes, impreſſione ſigni noſtri juſſimus inſigniri. Data III. Kalen: Maij, Anno ab Incarnatione Domini M. LXXXVI. Indictione VIII. Anno autem Domini Henrici Regni quidem XXXII. Imperij vero tertio.

Termini Epiſcopatûs Prag: ad Occident: *Luigaſt Cheb. Egra olim dicta. Archiv. Carlſt. Vide in ſequentibus Libris.* Ad Aquilonem. Ad Orientem. Cracovia. Ad Meridiem.

Hæc omnia poſtea mutari contigit.

Signum Domini Henrici Tertij Romanorum Imperatoris Auguſti: Quod ego vidi ipſum Cæſarem ſuis manibus annotantem in Privilegio Pragenſis Epiſcopatûs.

Ego Coſmas Pragenſis Decanus.

Notandum hoc Decretum Imperatorium eo tempore eſſe publicatum, quo ſibi Imperatores Germani contra Pontificem Inveſtituras omnes arrogabant. V. Baron. in Annal.

X. In-

X.

Innocentij III. Papæ Commiſſio in Cauſa divortij inter Ottogarum Regem Bohemiæ, & Adelam Conjugem ejus dimiſſam, vertente in curia Romana, anno 1206. A. 1206.

Magdeburgenſi Archi-Epiſcopo, & Præpoſito Seburgenſi.

COnſtitutis in præſentia noſtra Procuratore *Adelæ* Sororis *Nobilis Viri Marchionis Miſnenſis* & nuntio *Illuſtris Principis Bohemorum*, &c. d. ſt. n. P. S. Marcelli Presbiterum Cardinalem conceſſimus Auditorem, coram quo propoſuit Procurator Nobilis memoratæ quòd cùm olim eâ ſignificante ad noſtram audientiam perveniſſet, quòd prædictus Princeps eam duxiſſet legitimè in uxorem, & XIV. annis & ampliùs velut conjugem legitimè pertractâſſet, & filijs & filiabus ſuſceptis ex ea, &c. Pragenſis Epiſcopus ad petitionem ejusdem Principis ipsâ volente ad ipſum accedere, ut ſuas coram eo proponeret actiones, ſed à ſatellitibus ejusdem prohibita, qui ei bis vel tertiò prohibuerunt ingreſſum, poſt appellationem ad nos interpoſitam divortij ſententiam promulgavit: à qua ipſa fecit ad noſtram præſentiam provocari: & infrà: Mandamus, quatenus partibus ad locum idoneum convocatis, recipiatis teſtes, quos vel Nobilis ipſa pro ſe, vel Princeps pro parte ſua (cùm nondum teſtificata didicerint) ſuper proceſſu *Pragenſis Epiſcopi* vel poſteriorum judicum duxerit producendos, & Nobilis ipſa pro ſe, vel teſtes, quos induxit priùs, vel alios ſi voluerit inducere non vetetur, cùm non renunciaverit teſtibus producendis.

Goldaſt. in Appendice Document. f. 20.

Adela poſt XIV. annos repudiata.

Cauſa ad ſedem Apoſtolicam per Appellationem deducta.

XI.

Przemysl, qui & Ottacar Rex Bohemiæ III. ſed ejus nominis I. donat Eccleſiæ Pragenſi Villam Holubicz, & ejus loci territorium.

circa A. D. 1200. Peſſina in Phoſphoro, Radio 11.

REgalem decet Excellentiam commodis & profectibus Eccleſiarum ferventer intendere, & omnimodam occaſionem impedimentorum, quæ rebus vel perſonis Eccleſiaſticis poſſet aliquatenus emergere, claro mentis intuitu prævidere, & prævisam munimine Regiæ dignitatis penitùs reſecare. Notum itaq; ſit omnibus præſentibus

bus & futuris, præſentem paginam inſpecturis; quòd ego *Przemysl Dei Gratiâ Rex Bohemorum*, pro remedio animæ meæ, utilitatibus *Pragenſis Eccleſiæ* devotiùs invigilans, & eam munificis incrementis affectans dilatare, ut poſtea â Deo bonorum omnium retributore, magna pro parvis, Cæleſtia pro terrenis valeam percipere, in villa præbendali, quæ dicitur *Golubicz*, quandam terram, quæ noſtro Regali dominio ſubjacebat, & in territorio prædicto villæ præbendalis ſita eſt, portioni ejusdem præbendæ adjungendam perpetuo jure liberaliter conceſſimus. Nè autem in poſterũ hujus noſtræ largitatis donatio, per aliquorum improbitatem poſſet aliquâ falſi ſuggeſtione in irritum deduci, dignum deputavimus, quatenus omnes, qui noſtræ liberalitatis munus futuris temporibus attemptarent aliquâ ducti temeritate violare, gladio anathematis ferirentur. Unde præcepimus, ut Dominus *Daniel Sedis Pragenſis Epiſcopus*, ad cujus quoq; petitionem prædictam donationem fecimus, publicè Sententiam Excommunicationis in eos, qui ſæpe jam dictam donationem aliquâ perverſitate molirentur auferre, promulgaret. Ut autem omnia rite & ſoleniter facta eſſe comprobentur, præſentem paginam noſtri ſigilli appenſione præcepimus roborari. Petitores verò & teſtes hujus donationis fuerunt hi: Venerabilis Vir *Daniel Pragenſis Epiſcopus*, *Chriſtianus Pragenſis Præpoſitus & Cancellarius*, *Andreas Pragenſ. Canonicus & Præpoſitus Melnicenſis*. *Benedictus tunc Notarius Regis & Pragenſis Canonicus*, *Zlawek Comes cum filio ſuo Boguzlao*, *Dalebor*, *Budiwoy*, *Mſtidrug cum fratre ſuo Woyzlao*.

XII.

Innocentij III. Papæ decretum, quo ſilentium imponitur Canonico Pragenſi Epiſcopum ſuum diffamanti, quaſi homagium Regi Bohemiæ feciſſet.

A. C. 1206.

Ex Decreto Innocentij III. Papæ. Cap. Veniens. 15. de Accuſation. Lib. 6. de quo videatur Juretus in Obſervationibus ad Ivonis Epiſt. 50. & ep. 190. Calumniatori ſilentium imponitur.

VEniens ad ſedem Apoſtolicam A. *Pragenſis Canonicus* contra *Pragenſem Epiſcopum* inter alia propoſuit coram nobis, quòd cum eſſet filius Sacerdotis, in Eccleſiam fuerat Pragenſem intruſus, & contra ejusdem Eccleſiæ privilegium *homagium Duci Bohemiæ præſtitiſſet*, *ſic ſubijciens Pragenſem Eccleſiam ſervituti*: & infrà; Unde prædictum Epiſcopum ad feſtum Reſurrectionis Dominicæ peremptoriè nos meminimus citaviſſe. Idem verò ad ſuam accuſationem viarum diſcrimina, conſecrationem chriſmatis imminentem, & quòd filius Bohemiæ Principis eſſet per ipſum baptizandus, tunc temporis per nuncios & Literas allegavit. Licet autem excuſationes hujusmodi (ſicuti erant) frivolas æſtimantes, ipſum reputavimus contumacem: nec procuratores ejus in cau-

causa possemus recipere criminali, eis tamen concessimus auditores, ut si possent, illum aliquatenus excusarent. Cumq; prædictus A. coram eis repetisset objecta, fuit ex adverso responsum, quòd cùm olim super hoc ad *Magdeburgensem Archiepiscopum* Literæ fuerant impetratæ, idem A. in objectorum se videns probatione deficere, ad pedes ejus se humiliter prosternens, veniam postulavit: & quòd adversus eum calumniosè processerat, est confessus. Cæterùm cùm super hoc mandato stare ejusdem *Archiepiscopi* juravisset: ipse præcepit eidem, sub debito præstiti juramenti, ut contra eundem *Episcopum* de cætero proponere talia non auderet. Cùm igitur nobis ex ipsius A. confessione constaret ipsum juramentum hujusmodi præstitisse, ac tale recepisse mandatum: super impetitione dicti Episcopi silentium ei duximus imponendum: propter contumaciam tamen eidem Episcopo citationem & purgationem propter infamiam indicentes.

Sirmond. in Notis ad Goffrid. Vindoc. l. 1. Ep: Baronius in Annalib. Ecclesiast:

XIII.

Alexandri IV. Papæ literæ ad Bartholomæum Bohemum, ut prædicet per se & per suos Crucem adversus Ethnicos Litvanos &c.

Raynaldus hunc Bartholomæū ingentis existimationis virum & sacrâ Eloquentiâ florentissimū appellat. *Ad A. 1255. N. 59.*

Fratri Bartholomæo de Bohemia Ordinis Fratrum Minorum.

NUper ad audientiam nostram pervenit, quòd *Lituani*, & *Jentuisones* ac nonnulli alij Ethnici, qui Romanam Ecclesiam nunquam matrem suæ professione fidei agnoverunt, vires exacuunt contra ipsam, dum ijdem Christianorum finitimas, videlicet *Poloniam*, & quasdam alias vicinas provincias hostiliter invadentes, multos ex populo Christiano morti, & infinitos captivitati dederunt, non parcendo sexui vel ætati; & nec ad huc fidelium saturati cruore, ad impugnandum cum alijs paganis, & infidelibus *Poloniam*, & regiones finitimas, conflatis in unum viribus, se accingunt, propter quod, nos gravi dolore confodimur, & super tanta strage fidelium paterno compatientes affectu remedia, per quæ tantis obvietur periculis, solicitè cogitamus. Nos igitur de Circumspectione tua, nobis à pluribus & in pluribus commendata, plenam in Domino fiduciam obtinentes, mandamus, quatenus tam per te, quàm per fratres tui Ordinis, quos ad hoc idoneos esse cognoveris, in *Polonia Bohemia, Moravia, & Austria* contra prædictos paganos prædices, & prædicari facias verbum Crucis, concesâ per nos authoritate

Irruptiones in Poloniam

Crudelitas Ethnicorū Tartarorū &c.

Prædicatio Crucis imponitur.

noſtra illis Chriſtianis earundem partium, qui contra infideles eosdem Crucis aſſumpto ſignaculo ſe duxerint accingendos, ſuorum veniâ peccatorum, quæ dari conſvevit euntibus in ſubſidium Terræ Sanctæ. Dat. Anagniæ VIII. id. Auguſti, anno I.

XIV.

Alexandri IV. Literæ dantis facultatem Pragenſi & Olomucenſi Epiſcopis, ut inungant & coronent Primislaum Ottogarum, cùm Wernerus Arch. Moguntinus nondum eſſet à Papa confirmatus.

Pragenſi & Olomucenſi Epiſcopis.

1260. Od. Raynal. T. XIV. A. 1260. N. 18.

QUoniam ad ſubſiſtentiam multorum & regimen præeſſe oportet unum ſingulare præcipuum, quia pluralitas in præſentia ſciſſuram induceret, & ſolidam gubernaculi diſrumperet firmitatem, præeminent quidem ob hoc ſingulis regnis, & mundi provincijs ſingula regnantium ſolia, & ſingulæ Principantium poteſtates; quia dum Reges populis imperant, & populi Regibus reverenter intendunt: dum ij humiliter ſubſunt, & illi benignè præſunt; dum congruis illi præeunt juſſibus, & devotis iſti animis obſequuntur, viget ex hoc in eisdem populis concordium unitas animorum, miſericordia & veritas ſibi obviant, & juſtitia & pax ſe adinvicem complectuntur. Ideo namque à ſummo illo Rege, *per quem* ſinguli *Reges regnant*, & principes principantur, temporalis gladij ad majorum vindictam laudémque bonorum terrenis eſt Regibus attributa poteſtas, ut aſſumpto ab eis dominandi officio judicent in æquitate populos, & dirig ant in terris ſubjectas ſibi gentium nationes, quatenus ſit voluntas eorum in Executione juſtitiæ, ac meditatio in lege rectitudinis, & obſervantia Sanctæ pacis. Ad quæ utique perfectiùs exercenda ijdem Reges unctionis ſacræ virtute, quam per venerabiles Chriſti miniſtros antiquo more ſuſcipiunt, donum gratiæ recipiunt potioris, ut & in proſecutione juſti regiminis fortiùs convaleſcant, & tam in ſe, quàm in eorum ſubditis prudentiori & ſanctiori ſpiritu dirigantur. Nam, & ſi differat Principis unctio a Pontificis unctione, *quia in Capite Pontifex ungitur, Princeps autem in brachio, ſive humero, vel in armo,* in quibus Principatus congruè deſignatur: quia etiam illius caput conſecratur chriſmate, brachium verò iſtius oleo delinitur; vehemens tamen eſt in ipſis Regibus hujus efficacia Sacramenti: quoniam inuncto Saule, inſilijt Spiritus

Regis erga Populum, Populi erga legem officium.

Pontifices in Capite, Reges in humero inungendi.

Domi-

Domini ſuper eum, & in virum alterum eſt mutatus; & in David, unctione ſuſcepta, ſpiritus Domini eſt directus. Ad inſinuandum quoque quòd in Regibus eſſe debeat plenitudo virtutum, quodque in eis eſt integra Dominij temporalis auctoritas, capiti Principis honorabile, ac venerabile ſub circulari forma imponitur diadema: à quo ſiquidem principe, quia talibus decoratur inſignijs, & titulis præſignitur, tamquam à Capite ſubditis, velut membris rectè vivendi modus indicitur, & Modeſtiæ regula componitur, & dicatur.

Quid diadema imponendum Regibus ſignificet.

Sanè chariſſimus in Chriſto filius noſter *Illuſtris Rex Bohemiæ devotiſſimus Eccleſiæ filius* præmiſſa, veluti Princeps Catholicus, diligenter attendens, ac ſperans per hujusmodi unctionem ſpiritualis gratiæ rore perfundi, nobis humiliter ſupplicavit, ut cum progenitores ſui Reges Bohemiæ inuncti, & coronati in Reges extiterint, per Archi-Epiſcopos Maguntinos, qui fuêre pro tempore; ac ipſe per dilectum filium Maguntinum electum, pro eo quòd non dum eſt ejus electio per Sedem Apoſtolicam confirmata, inungi & Coronari non poſſit, eum in Regem inungi, & Regale diadema ſuo imponi capiti faceremus.

Cur Rex Bohem: à Mogunt. Electo ſacrari non poſſet.

Nos igitur dicti *Regis* devotionem multimodam attendentes, & conſiderantes, quòd progenitoribus ſuis, qui fuerunt ardentes Catholicæ fidei Zelatores, non ſolùm derivatione ſangvinis, ſed & puritatis, ac bonitatis imitatione ſuccedit; ac cupientes ob hoc eum in ijs ſpecialiter honorari, ipſius ſupplicationibus benigniùs inclinati, fraternitati veſtræ mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum, adhibito vobiſcum decenti Epiſcoporum numero, tum propter ejusdem Regis honorificentiam, tum propter reverentiam Sacramenti, ſibi auctoritate noſtra hujusmodi unctionem impendere, & capiti ejus imponere regale diadema curetis. Volumus autem, atque ſtatuimus, ut nullum ex hoc in poſterum *Pontificibus Maguntinis*, qui erunt pro tempore, & *Eccleſiæ Maguntinæ* aliquod præjudicium generetur, quin circa ipſius *Regis* ſucceſſores exequantur libere quod ad eos pertinet in hac parte. Ea verò quæ exhibiturus eſſet idem *Rex Archi Epiſcopo Maguntino*, ſi inungeret & coronaret eundem, integræ ab eodem Rege recipiatis, illa dicto electo, ſi eum confirmari contingat, alioquin ei, qui prædictæ *Maguntinæ Eccleſiæ* regimini præfuerit, fideliter transmiſſuri. Dat. Anagniæ II. non. Octobris, anno VI.

Data Primiſlao alterius ad id adhibendi auctoritas.

Sancitum non detrahi juribus Eccleſiæ Mogunt.

XV.
Przemysli Ottogari II. ejus nominis, Regis Bohemiæ V.

Confirmatio libertatum Ecclesiæ Pragensis, ac totius Cleri Pragensis Diœceseos.

Hasce liter: dedit *Przemysl* adhuc ante Coronationem suam, scilicet 1253. cùm paulo ante VVenceslaus Rex Pater obijsset. *Pont. l. 6. Boh. Pia.*

PRzemysl DEI Gratia Hæres Regni Bohemiæ, Dux Austriæ, Dominus Stiriæ, Moraviæ Marchio. Ad rei memoriam sempiternam. Pro humani redemptione generis æterni Regis filius, ab altis cœlorum ad ima descendens, nè sententiam perpetuæ damnationis exciperet homo, incarnari de virgine voluit gloriosa, & ex innata pietate, suæ compatiens creaturæ, quam cæteris fecerat digniorem, crucis subire tormentum, & mortis amaritudinem non expavit. Post suam itaque resurrectionem à mortuis per mundum instituit Ecclesias universum, quibus ob remedium Schismatis præfecit unum, super quem ædificavit Ecclesiam, & ipsum *Petrum à Petra* nominavit, dans ei in traditione clavium Regni cœlestis, in signum dilectionis specialissimæ singularis privilegij potestatem, ut quoscumque ligaret vel solveret super terram, ligati haberentur in cœlis vel soluti, cujus etiam ditioni præfatas commisit Ecclesias effusione sui preciosissimi sangvinis perpetuæ donatas libertati. Ad quarum conservationem tantò debent regnorum Rectores, & terrarum Principes universi studiosiùs anhelare, quantò damnabilius est cœlestis Regis gratiam homini violare Christiano, tali præcipuè, cui à DEO gladij est potestas in terris collata, ad laudem bonorum & perversorum juxta suorum exigentiam meritorum ultionem, ac ratione Dominicæ potestatis humanam tenentur audaciam cohercere. Nam etsi cujuslibet Christiani sit hominis finalis diem judicij formidare, præcipuè tamen potentes terreri debent, cùm plus exigatur ab eo cui plus committitur, & gradûs altitudinem sequi casus gravitas soleat. Inter hujusmodi sanè nostrarum considerationum curas, quibus altissimo Creatori nostro, de cujus misericordia vitam & omnes dignitates nostras, seu honores, quibus temporaliter fungimur, possidemus, & æterna speramus, placere, quantum ipsius permittit gratia, lætantes proponimus, supremâ mente revolvimus, & devotione debitâ cogitamus: qualiter in primis matrem fidei, magistram divinæ legis, Sacrosanctam *Romanam Ecclesiam*, quam cultu sacro corde pariter & corpore veneramur, honore debito, & dignis in Domino servitijs honoremus; deinde cæteras in nostro præcipuè dominio constitutas, congruis favoribus, tanquam princeps Catholicus attollamus. Sanè ad honorem DEI omnipotentis, cujus spiritu totum corpus Ecclesiæ regitur, *beatorum Martyrum Viti, Wenceslai, Adalberti*, in quorum honore *Sancta Pragensis Ecclesia Episcopali Cathedrâ* decorata, fundata dignoscitur, de cujus etiam corpore *suscepturi sumus* DEO propitio nostri capitis diadema, & plenam Regiæ dignitatis *adepturi* potestatem,

Ecclesiæ, & Ecclesiastici non sunt à Principibus opprimendi.

Reges & Judices formidare debent Judicium de se finale DEI.

Veneratio S. Sedis Romanæ,

Et Pragensis Ecclesiæ.

Nota futurum.

tatem, necnon honorabilem *Wissegradensem* Ecclesiam; capellam nostram specialem, nullo medio in spiritualibus Ecclesiæ Romanæ subjectam, ad honorem Beati *Petri* Apostolorum principis à nostris pia devotione progenitoribus institutam, & nobilibus munitam privilegijs, Ecclesiam etiam *Sacratissimæ Virginis Mariæ Matris Domini nostri JESU Christi*, per quam post DEUM totus vivit orbis terrarum, *in monte Syon* fideliter institutam, & *Venerabili Præmonstratensi* ordini deputatam, *Pium* insuper *Brzewnovense Monasterium Ordinis Sancti Benedicti* in vicinis campis feliciter constructum & dotatum, ac *omnes alias Ecclesias Regni Bohemiæ*, tam sæculares, quàm religiosas, quocunque nomine censeantur, perpetuâ & irrefragabili gaudere volumus libertate, ita videlicet, ut ab omnibus sordidis muneribus sint exemptæ, ab angarijs & parangarijs universis immunes, ab exactionum vexationibus alienæ. Cæterùm ut illa ad quæ sunt divinitus institutæ quietiùs peragere valeant, & telam prolixi narratûs texat sermo brevis, *sic cunctas Domini nostri Ecclesias* ab omnibus esse volumus vexationibus immunes, ut ipsarum orationibus, quæ pro nobis jugiter interpellant apud DEUM, & mundi cursus pacificè nostris actibus dirigatur, & earum meritis in æterni Regis palatio desiderata nobis mansio præparetur. Omnia etiam eis privilegia à nostris antecessoribus piâ consideratione concessa, sive sint regalia, sive personalia, ad res seu jura pertinentia, dummodo appareant in prima figura & authenticis sigillis sigillata, non vitiata, non cancellata, non aliquâ sui parte abolita, rata habemus, & firma, & ea authoritate præsentis scripti confirmamus, nolentes illa tractu temporis â malevolis, alitis quibus ausu temerario violari. In cujus rei testimonium præsentes de communi consilio Baronum nostrorum universis Venerabilibus *Ecclesiis*, seu quibuslibet alijs pijs locis, concedimus literas pro memoria præfatorum omnium sempiterna, sigillorum nostrorum munimine roboratas. Ad majorem verò fidem, & evidentiorem cautelam, hujus nostræ donationis seu confirmationis seriem, per Dominum & Patrem nostrum Sanctissimum *Petri Successorem & JESU Christi Vicarium*, confirmari volumus & rogamus. Actum Pragæ Anno Domini M. CC. LIII. XII. Kal. Decembris, præsentibus his testibus Domino *Conrado* Venerabili Frisingensi Episcopo, Fratre *Velasco* de ordine minorum Papæ Pænitentiario, & Nuncio, *Borsone Camerario Regni Bohemiæ*, *Jarossio* Burgravio Pragensi, *Vitkone de novo Castro*, *Bavaro*, *& Conrado Castellanis de Klingeberk*, *Borzuta Castellano Luthomericens. Jarozlao* Castellano de Netolicz, *Gallode Lemberg*, *Olrico Castellano de Loketh*, *Czech Pincerna Aulæ Regiæ*, *Marquardo Subcamerario*, *Pomneno Summo Aulæ Regiæ Judice*. Datum per manus *Magistri Gwilbelmi Protonotarij* Pragensis Ecclesiæ Canonici, die & loco præfatis.

Primariæ Ecclesiæ in Bohemia. Privilegia Eccl: Prag. Et Præmonstratensibus in Monte Sion. Et Brzevvnioviensibus Cœnobijs Datur & extenditur ad omnes Ecclesias Bohemiæ. Libertas Ecclesiastici Statûs. Nota extensionem.

Testes harum literarum.

XVI.

Przemyslaus Ottogarus II. ejus nominis, Bohemiæ Rex V. confirmat literas ſuas propè ijſdem verbis, quas ante coronationem ſuam A. 1253. dederat Eccleſiæ Pragenſi.

1262.

Privilegium libertatis quòd homines Eccleſiæ ſint ab omnibus ſordidis muneribus & angarijs exemti.

Pont. l.5. Boh. Piæ.

OTTOGARUS Dei Gratiâ V. Rex Boëmorum, Dux Auſtriæ, Moraviæ Marchio, ad rei memoriam ſempiternam. Pro humani redemptione generis æterni Regis filius ab altis cœlorum ad ima deſcendens, nè perpetuæ damnationis ſententiam exciperet homo, incarnari de Virgine voluit glorioſa, & ex illibata pietate, ſuæ compatiens creaturæ, quam cæteris fecerat digniorem, crucis ſubire tormenta, & mortis amaritudinem non expavit. Poſt ſuam itaque reſurrectionem â mortuis per mundum inſtituit Eccleſias univerſum, quibus ob remedia Schismatis præfecit unum, ſuper quem ædificavit Eccleſiam, & ipſum *Petrum à Petra* nominavit, dans ei in traditione clavium Regni cœleſtis in ſignum dilectionis ſpecialiſſimæ ſingularis privilegij poteſtatem, ut quoſcumque ligaret, vel ſolveret ſuper terram ligati haberentur in cœlis, vel ſoluti; cujus etiam ditioni præfatas commiſit Eccleſias effuſione precioſiſſimi ſangvinis perpetuæ donatas libertati. Ad quarum conſummationem tantò debent regnorum Rectores, & terrarum Principes univerſi ſtudioſiùs anhelare, quantò damnabilius eſt cœleſtis Regis gratiam homini violare Chriſtiano, tali præcipuè, cui à Deo gladij eſt poteſtas in terris collata ad laudem bonorum & perverſorum, juxta ſuorum exigentiam meritorum, ultionem, ac ratione Dominicæ poteſtatis humanam teneatur audaciam coërcere. Nam etſi cujuslibet Chriſtiani ſit hominis finalis diem Judicij formidare, præcipuè tamen potentes terreri debent, cùm plus exigatur ab eo, cui plus committitur, & gradûs altitudinem ſequi ſoleat, caſus gravitas. Inter hujusmodi ſanè noſtrarum conſiderationum curas quibus altiſſimo Creatori noſtro, de cujus miſericordia vitam, & omnes dignitates noſtras, ſeu honores, quibus temporaliter fungimur, poſſidemus, & æterna ſperamus, placere quantum ipſius permittit gratia lætantes proponimus, & ſuprema mente revolvimus, & devotione debitâ cogitamus: qualiter in primis, matrem fidei, Magiſtram divinæ legis, Sacroſanctam *Romanam Eccleſiam* quam cultu ſacro, corde pariter & corpore veneramur, honore debito & dignis in Domino ſer-

Chriſtus D. Statum Eccleſiaſticū inſtituens, in perſona Petri.

Reges oportet eſſe defenſores Eccleſiæ.

Eccleſiæ Rom. dignitas.

ſervitijs honoremus. Deinde cæteras in noſtro præcipuè dominio congruis favoribus tanquam Princeps Catholicus, attollamus. Sanè ad honorem DEI omnipotentis, cujus ſpiritu totum corpus Eccleſiæ regitur, & Beatorum Martyrum *Viti*, *Wenceſlai*, *Adalberti*, in quorum honore *Sancta Pragenſis Eccleſia* Epiſcopali Cathedrâ decorata, fundata dignoſcitur; de cujus etiam corpore ſuſcepimus, Deo propitio, noſtri capitis diadema, & *plenam Regiæ dignitatis adepti ſumus* poteſtatem, perpetuâ & irrefragabili gaudere volumus libertate. Ita videlicet, ut ab omnibus ſordidis muneribus ſit exempta ab angarijs, & parangarijs univerſis immunis, ab exactionum vexationibus aliena. Cæterùm ut illa ad quæ eſt divinitus inſtituta, quietiùs peragere valeat, & telam prolixi narratûs texat ſermo brevis, ſic ipſam VEN. Pragenſem Eccleſiam ab omnibus eſſe volumus vexationibus imunem, ut ipſius Orationibus quæ pro nobis jugiter interpellant apud DEUM, & mundi curſus pacificè noſtris actibus dirigatur, & ejus meritis in æterni Regis Palatio deſiderata nobis manſio præparetur. Omnia enim ei Privilegia à Noſtris Anteceſſionibus piâ conſideratione conceſſa ſive ſint realia, ſive perſonalia, ad res ſeu jura pertinentia, dummodo appareant in prima figura, & authenticis ſigillis ſigillata non vitiata, nec cancellata, nec in aliqua ſui parte abolita, rata habemus, & firma, & ea authoritate præſentis ſcripti confirmamus, nolentes illa tractu temporis à malevolis aliquibus auſu temerario violari. In cujus rei teſtimonium præſentes de communi conſilio Baronum noſtrorum eidem Pragenſi Eccleſiæ concedimus literas pro memoria præſentium omnium ſempiterna, Sigillorum noſtrorum munimine roboratas. Ad majorem verò fidem, & evidentiorem cautelam hujus noſtra donationis, ſeu confirmationis ſeriem, per Dominum, & Patrem noſtrum ſanctiſſimum Petri ſucceſſorem, & JESU Chriſti Vicarium confirmari volumus, & rogamus. Actum Pragæ An. D. 1262. Idibus Januarij præſentibus his teſtibus: *D. Joanne VEN: Epiſcopo, Jacobo Præpoſito, Prziznoborio Scholaſtico Pragenſibus. D. Andrea Aulæ Regiæ Summo Camerario, D. Jaroſſio Burgravio Pragenſi, D. Chetone Judice, D. Hermanno Subcamerario, Olrico Burgravio de Loket, Olrico de Novadomo, Wilbelmo de Podiebrad, Zezema de Koſtomlat, Sdiſlao Submarſcalco, Zdeſlao Sternberch, Jaroſlao Caſtellano de Boleslaw, Beneſſio Subcamerario Moravienſi.* Datum per manus Magiſtrorum *Arnoldi, & Wilbelmi* Protonotariorum, Pragenſis Eccl: Canonicorum, die & loco præfatis.

Poſt coronationem regiam hæc ſcribuntur. Privilegia Pragenſis Eccleſiæ confirmantur.

Teſtes alij à ſuperioribus. 1262.

de Sternberg.

XVII.

XVII.

1292.

alias Blisebi.

Ex Libro M.S.P.

Privilegium super Donatione Fori in Blisebli & Becharz D. Tobiæ Episcopo Pragensi.

Wenceslaus Dei Gratia Rex Boëmiæ, Dux Cracoviæ, & Sandomiriæ, Marchioque Moraviæ.

ANnuimus libenter Nostrorum votis Fidelium, quos in conspectu nostro probata fidelitas, & operosa Devotio prærogativâ favoris præcipui dignos reddunt. Ea propter ad universorum notitiam scripto præsenti volumus pervenire, quòd *Nos* fidelitatis probatæ constantia, & grata devotionis obsequia, quæ Venerabilis in Christo Pater Dominus *Tobias Pragensis Episcopus Princeps Noster*, *Nobis constanter* exhibuit hactenus, gratanter ad præsens exhibet, & exhibere poterit gratiùs, in futurum diligenti consideratione pensantes, ac volentes eum propterea prosequi gratiosè, supplicationibus ejus benigniùs inclinati, sibi de speciali gratia in perpetuum duratura concedimus, ut villæ Episcopatûs sui Becharz, & Blisebli vulgariter nuncupatæ, sint loca forensia, & in eis fiat forum quâlibet quintâ feria cujuslibet septimanæ; & quòd Dominus *Episcopus*, & Successores ejus *Pragenses Episcopi* habeant, & possideant fora ipsa cum tabernis omnibus, quas ibi habere voluerint, & solutionibus, ac alijs quibuscunque juribus, justitijs, & rationibus fori habitis, & consvetis ab omnibus venientibus, & visitantibus fora ipsa, cum quibus etiam Episcopus ante dictus, & Prædecessores ejus *Episcopi Pragenses* habuerunt, & habent alia loca forensia Episcopatûs prædicti. Cæterùm quia loca prædicta carere non debent, quin commissa inibi crimina, vel excessus correctione, seu animadversione debitâ puniantur, locis eisdem de certa scientia, & gratiosa liberalitate conferimus, ut si qui forsitan in ipsis locis crimen, vel excessus commiserint qualescunque puniri debeant ibidem, secundùm quod excessûs, vel criminis qualitas exegerit, judicentur, sicut *Dominus Episcopus* in alijs locis forensibus Episcopatûs prætacti noscitur obtinere. In cujus rei testimonium, & cautelam præsentes litteras fieri, & sigillorum nostrorum jussimus munimine communiri.

Episcopus Pragensis jam tum Princeps.

Forum in Villis duabus Epis: Pragensis instituitur.

Pœnæ & multæ jus ibidem habent Episcopi in suis ditionibus.

Datum Pragæ per manus *Magistri Petri Proto-Notarij Nostri*, Pragensis & Wissehradensis Ecclesiarum Canonici. Anno Domini: Millesimo Ducentesimo, Nonagesimo secundo. Calendis Januarij, Indictione Nona.

XVIII.

XVIII.

Bonifacius VIII. concedit, ut Clerus Bohemiæ pro coronatione Wenceslai Regis congrua subsidia præstet.

Charissimo in Christo filio Wenceslao Regi Boëmiæ Illustri.

Rayn ad A. Chr: 1297. N. 51.

EXhibita nobis Celsitudinis tuæ petitio continebat, quòd cum dispo-nas in proximo coronationis tuæ solemnia celebrare, ac ad id inevi-biliter, concurrere habeat importabilis tibi quasi fluvius expen-sarum, tam Ecclesiasticorum quàm secularium locorum, & personarum tui Regni subsidium est tibi ad hoc plurimum opportunum, nec in tuum & ejusdem Regni dispendium te propter hoc gravia subire oporteat onera debitorum: quare nobis humiliter supplicasti, ut ad hujusmodi tua & ejusdem Regni dispendia evitanda, universis Prælatis, Ecclesijs, & perso-nis Ecclesiasticis ejusdem Regni, cujuscunq; eminentiæ, conditionis, or-dinis, sive statûs, impendendi tibi subventionem congruam pro hujus-modi tuis præfatæ coronationis expensarum oneribus relevandis, tibiq; subventionem ipsam recipiendi absque transgressione constitutionis no-stræ, super hoc editæ licentiam concedere dignaremur; maximè cum in tali casu prædecessoribus tuis Boëmiæ Regibus à Prælatis, ecclesijs, & per-sonis Ecclesiasticis dicti regni fuerit ab antiquo subventum. (Sinè licentia Papæ Clerus Boh: nihil Regibus conferebat.)

Profectò licèt constitutionem illam ediderimus pro Ecclesiastica libertate, nostræ mentis non tamen habuit intentio tibi ac alijs Principi-bus secularibus in strictæ necessitatis articulis viam subventionis excludi, quominus ipsi Prælati, Ecclesiæ, ac personæ sponte liberoque arbitrio *de licentia* nostra pro communis honoris, utilitatis, & necessitatis articulis principibus, ac per hoc sibi ipsis, juxta suarum modum provideant, fa-cultatum, Regijs itaque supplicationibus inclinati præsentium auctori-tate concedimus, ut cum te hujusmodi tuæ coronationis contigerit so-lemnia celebrare; liceat eisdem Prælatis, Ecclesijs & personis Ecclesiasti-cis, absque constitutionis nostræ prædictæ, transgressione pro hujusmo-di tuæ coronationis subsidio expensarum subventionem congruam prout eis seu majori parti eorum videbitur voluntariam, liberalem & libe-ram, non coactam, absque omni concussione, exactione, ac executione temporali, vel laicali exigendam *hâc vice præsenti* nostrâ freti licentiâ, impertiri: eamque similiter sit tibi recipiendi licitè attributa facultas. Vo-lumus autem, quod si subventionem hujusmodi præstari tibi contingat, (Licentia Papæ.) (Collatio à Clero sponte facta non debet exigi per modum ordinariæ exactionis.)

Cautela Pontificis in hac Cleri voluntaria collatione.

formam & modum & quantitates etiam, ac quicquid ſuper hoc factum extiterit, ijdem Prælati & perſonæ Eccleſiaſticæ *nobis per eorum literas* ſerioſiùs intimare procurent, ut quàm diſcrete, vel indiſcretè, moderatè, vel immoderatè præmiſſa proceſſerint, & ſi acceptationem, vel moderationem exiſtit, ut ſine noſtra iterata licentia hujusmodi ſubventio annualem terminum non excedat. Et ecce prælibatis prælatis ac perſonis Eccleſiaſticis conſimiles ſuper hoc noſtras literas deſtinamus. Datum Romæ apud S. Petrum II. Kal: Aprilis, Anno III.

XIX.

Bonifacius VIII. Papa concedit, ut quicunq; Confeſſiones Regis Wenceslai & Reginæ Juthæ exceperit, poſſit eos abſolvere ab omnibus Cenſuris &c.

Rayn. ad A. Chr. 1297. N. 52.

Dilectis filijs de Cedelis (id eſt Sedlecz) *& de Aula Regia Monaſteriorum Abbatibus Ciſtercienſis Ordinis Pragenſis Diœceſis.*

PErſonas generoſitate ſublimes libenter proſequimur favore gratiæ ſpeciali. Cum itaque, ſicut accepimus, Chariſſimus in Chriſto filius noſter *Wenceſlaus Rex Bohemiæ Illuſtris*, & Chariſſima in Chriſto filia *Guota Regina* Conſors ſua ſolemnia coronationum ſuarum in proximo celebrare diſponant; & propterea cupiant ſibi ſolemnius & efficacius de animarum ſalute conſulere, ut divinarum & humanarum laudum incrementa proſpiciant; nos eorum deſiderijs in hac parte potiſſimè libentius annuentes. Ut tempore prædictarum coronationum ipſorum Regis & Reginæ confeſſiones audire; ac eos abſolvere â commiſſis; & etiam ab excommunicationum ſententijs ab homine vel a canone promulgatis, ſi quas forſitan incurrerunt, impenſa prius per eos ſatisfactione debita ſuper ijs, pro quibus excommunicati fuerint, ac injuncta eis, pro ut animarum ſuarum ſaluti expedire videritis, pœnitentia ſalutari, niſi talia fuerint, propter quæ ſit merito Sedes Apoſtolica conſulenda vobis & veſtrum cuilibet liberam concedimus, auctoritate præſentium facultatem. Dat. Romæ apud S. Petrum II. Kal. Aprilis, anno III.

Rex & Regina Cenſuris omnibus ſolvi juſſi.

XX. Bo-

XX.

Bonifacius Papa VIII. concedit, ut Rex Wenceslaus propter imbecillitatem corporis in Quadragesima (exceptis die Veneris & Sabbathi) carnibus vesci possit.

Dilectis filijs de Cedelitz, & de Aula Regia Monasteriorum Abbatibus Cisterciensis Ordinis Pragensis Diœcesis. *Rayn. ad A. C. 1297. N. 52.*

LIcèt esus carnium, ovorum, & lacticiniorum quadragesimali sit tempore interdictus; Super hoc tamen Apostolicæ Sedis circumspecta benignitas in rigorositatibus juris provida, dispensatrix cum personis debilibus, & infirmis, & maximè pollentibus Excellentiâ dignitatis quarum corporeæ sospitatis defectus aut naturæ debilitas exigit, seu status necessitatis exposcit, aut complexio id requirit gratiosè dispensat interdum de plenitudine potestatis. Cùm itaque, sicut Charissimi in Christo filij nostri *Wenceslai Regis Bohemiæ Illustris* petitio nobis exhibita continebat, idem *Rex* fore naturæ debilis ac pati defectû vigoris proprij corporis dignoscatur, & piscium esum abhorreat, ac alia Cibaria quadragesimalia suæ complexioni seu dispositioni bene non competant; nos ipsius Regis supplicationibus inclinati, dispensandi cum eodem Rege; ut quadragesimali tempore, *præter quam in diebus Veneris & Sabbati*, ac festivitatis *B. Matthiæ Apostoli* vigilia, possit vesci carnibus, ovis, & lacticinijs, nisi ex voti emissione ad non forsitan sit astrictus; liberam vobis concedimus auctoritate præsentium facultatem: proviso quòd idem Rex illis in occulto & moderatè vescatur. Dat, Romæ apud S. Petrum 11. Kal. Aprilis, anno III.

Permittit Regi Boh. carnium esus quadragesimæ tempore.

Feriâ VI. & Sabbato exceptis.

XXI.

Litera Domini Joannis Episcopi super locationem bonorum personarum Ecclesiasticarum. 1312.

JOannes Dei Gratiâ &c. Pragensis Episcopus, universis Christi Fidelibus in Civitatibus, & Diœcesi Pragensi constitutis Salutem in Domino sempiternam. Licèt â Prædecessoribus nostris jam dudum fuerit constitutum, *ut nullus Prælatus, Canonicus, vel alter Clericus, cujuscunque conditionis existat, nostræ jurisdictioni subjectus possessiones, vel bona Ecclesiarum suarum Laicis potentibus, videlicet: Vladiconibus & Civibus, qui* *Tomo 1. Erection. M. 3.*

non fuerit facilis ad conveniendum (propter quod etiam Ecclesijs & ani-mabus magna dispendia & pericula imminebant) *locare audeat, Episcopi* qui pro tempore fuerint, inconsultis aliàs contrarium facientes essent ipso facto excommunicationis vinculo innodati; Tamen quod ex hoc inobedientes contra mandatum prædictum locationes faciebant, propter quod non solùm Excommunicationem, imò etiam *notam irregularitatis* ingrediendo, se divinis Officijs ingerebant. Nos volentes in hoc periculo animarum, in quantum possumus providere, pœnam Excommunicationis supradictam *de Consilio Capituli nostri*, & aliorum Prælatorum nostrorum tollimus, & in pœnam pecuniariam, quæ plus timeri solet, duximus commutandam. Ità videlicet, quòd quotiescunque possessiones *Ecclesiæ* suæ de cætero Laicis supra dictis, nobis locaverint in consultis, quod ex tunc *decimam marcam locationis* ejusdem nomine pœnæ convertendam *pro fabrica Ecclesiæ nostræ* ad nostram *Cameram* infra quindecim dies à tempore locationis factæ tenebitur assignare. Quod si forsitan non faceret, ex tunc contra eundem ad pœnas graviores, prout nobis videbitur procedemus; & pœnæ prædictæ ab eodem locatore quotiescunque conventum fuerit exigantur, & nihilominus contractus taliter initus nullius roboris obtineat firmitatem, ut saltèm quos timor Dei à malo non revocat, pœna temporalis cohibeat à peccato. *Datum Pragæ* An: Domini M. CCCXII. XVI. Kalendas Novembris, Pontificatûs nostri anno XI.

Excommunicatio in locantes sæcularibus bona Ecclesiæ antea lata, in pœnam pecuniariā commutatur.

XXII.

Confirmatio Privilegiorum Ecclesiæ Pragensis per Dominum Johannem.

1325.

Pont. l. 5. Boh. Piæ.

JOHANNES DEI *Gratiâ Bohemiæ, Poloniæ Rex, ac Lucemburgensis Comes, omnibus in perpetuum.* Inter curas multiplices, quibus pulsamur, & distrahimur, supra vires illas propensiùs, magisque sollicitat mentem nostram, ut Ecclesiæ quas nostræ ambit Majestatis dominium, & Pragensis præcipuè, quæ Beatorum Patronorum nostrorum *Viti, Wenceslai, Adalberti* insignitur, titulis & corporibus decoratur, plenè sui honoris potiantur privilegijs, nihilque in personis & rebus, nec non juribus ac libertatibus universis, sive ex Sanctorum Patrum instituto, sive ex quorumcunque prædecessorum nostrorum Principum & Regum Bohemiæ, quâ sibi libertate collatis, læsionis vel dispendij patiantur, propter quod non leves sentimus punctionis aculeos, cùm ad nostram defertur notitiam, eas, vel earum aliquem lacessiri injurijs, vel violentijs prægravari, cumque ad nostræ Majestatis aures, dilecto nobis *Hincone* prædictæ *Pragensis Ecclesiæ Præposito* referente, pervenit, per Barones, & no-

Confirmatio generalis.

Injuria quædam Ecclesiasticis illatæ.

nobiles, regni nostri civitatum cives, justiciarios, beneficiarios irrogari. De hoc doluimus & dolemus maximè, quia sunt credentes aliqui, & quod est in dignius, afferentes hoc de nostro prodire beneplacito, de nostróque venire concessu; unde ut & prædictorum conservetur assertio, & os loquentium talia obstruatur, profitemur & dicimus, prædicta omnino esse, & fuisse nostræ voluntati contraria, nunquámque ad hoc nostrum accessisse vel affuisse consensum, & ut quæ loquimur, rei confirmet effectus, ratificamus, approbamus & ex certa, ac deliberata nostra scientia confirmamus, omnia jura, privilegia, libertates, immunitates, & consvetudines, ipsius Pragensis Ecclesiæ cujuscunque tenoris, vel quorumcunque tenorum existant, quæ habuit vel habet, & quibuscunque prædecessoribus nostris Principibus vel Regibus Regni Bohemiæ, vel â Sede Apostolica in speciali, & etiam in communi ea, quæ per nos ipsos, firmiter tenere ac illibata servare promittimus, & contra ea, aut eorum aliquid ullo unquam tempore non venire, Capitaneo quoque, qui nunc est, & qui fuerint in futurum; Baronibus etiam, & nobilibus universis Justiciarijs, Judicibus, & Consulibus civitatum, Villicis, omnibúsque in communi quancunque ex nobis, vel ex Successoribus nostris in Regno Bohemiæ nunc potestatem habentibus, vel imposterum habituris sub fidelitatis debito injungimus per præsentes, quatenus omnia prædicta *Pragensis Ecclesiæ*, & personis ejus sinè aliqua diminutione teneant, eámque in his foveant, protegant, & conservent; Sicque in hoc promta executione se gerant, ut per Prælatos, & Canonicos, prædictæ Pragensis Ecclesiæ super his non oporteat nos movere, sciantque omnes cujuscunque conditionis sive præeminentiæ fuerint sive statûs, qui ipsi Pragensi Ecclesiæ, prædicta, vel aliquid prædictorum infregerint; teneri se ad resartionem omnium expensarum, damnorum, & interesse; Quapropter prædictorum violationem ipsam Pragensis Ecclesiæ, & cujuslibet de Ecclesia tanquam de re rapta vel violenter ablata, competere volumus actionem, & mandamus sub obtentu iræ nostræ universis Judicibus, Beneficiarijs, cæterísque Justiciarijs Regni nostri, ut de prædictis privilegiorum & libertatum violatoribus, Ecclesiæ Pragensis, & omnibus de Ecclesia talem exhibeant sinè aliqua contradictione justitiam, qualem de raptoribus & violentis rerum ablatoribus exhiberent. In cujus rei testimonium præsentes literas fieri & sigillo nostro majori jussimus communiri. Datum Lucemburgi, Anno Domini, M. CCCXXV. VIII. Cal. Octob. &c.

Mandatum Regis de Prag Ecclesiæ defensione.

XXIII.

Literæ Joannis Regis ad Joannem Episcopum Pragensem, ut veniat sibi in auxilium cum suo Episcopali exercitu adversus Ducem Austriæ.

1331 Ex Francisco Canonico Pragensi.

De Exercitu, quē Pragenses Episcopi ducebant. Vide Epitomen nostram l.3, C.16 & tractatum in fine hujus libri ad tit. Primas Regni. A Heimburgam.

JOANNES DEI *Gratia Bohemiæ & Poloniæ Rex, ac Lucemburgensis Comes, Venerabili Episcopo Joanni Pragensi Principi suo dilecto* Salutem cum plenitudine omnis boni. Illustri Principi *Ottoni* Duci Austriæ, qui jam *Danubio* transito cum suo Exercitu prope ad invadendum nostri *Regni* terminos se hostiliter collocavit, *Nos* de protectione DEI Altissimi, & nostræ Justitiæ meritis confisi, pro defensione nostri *Regni*, eidem armatâ manu occurrere cupientes, te seriosè requirimus, & monemus, preces nostras denuo repetentes, quatenus omnibus tuis amicis, servitoribus & alijs hominibus armatis, equitibus, (non habitâ consideratione ad Equorum valorem, dummodo ipsi homines armati sint, quoscunque movere & habere poteris) congregatis, *Nobis* venias in subsidium, Ita quòd sis apud Nos *juxta La* die Sabbati nunc instanti, ad standum in Campis. Ad quos ibidem ipso die Nos recipiemus præsentialiter constitutus; In hoc Nobis tuam fidem, ut confidimus ostensurus Datum *Kostelecz*, in Vigilia Omnium Sanctorum, horâ matutinâ.

XXIV.

Joannes XXII. Papa committit Præposito Wissehradensi vices suas, nè Michaelis Cæsenatis errores ex vicina Germania in Bohemiam quoq; irrepant.

1332. *Joanni Præposito Secularis Ecclesiæ Wissehradensis Pragensis Diœcesis.*

Raynald. T. XV.

FIde dignâ insinuatione multorum accepimus, quod nonnulli *Fratres Ordinis Minorum in partibus Alemanniæ* commorantes, in illam prorumpere insaniam non verentur, quòd contra constitutiones & determinationes Sedis Apostolicæ, maturâ deliberatione prævia dudum factas & editas, venire temerè, ac *hæreses & errores* per easdem constitutiones & determinationes damnatas prædicare & dogmatizare, non absque DEI offensâ, dictæ sedis contumelia, fideique læsione Catholicæ, ac suarum animarum & aliorum multorum gravibus periculis, in eisdem partibus præsumpserunt hactenus & præsumunt. Nos autem periculosis dispendijs,

ijs, quæ secum trahere talium damnanda præsumptio noscitur, obviari
:medijs salubribus cupientes, discretioni tuæ, de qua fiduciam in Domi-
o gerimus specialem per *Apostolica scripta* committimus & mandamus,
uatenus de hujus viris erroneis & hæreticalibus de plano, simpliciter, &
ımmariè te informans, eósque perquirens per te vel alium, seu alios dili-
enter, ipsos ubicunque fuerint, capere, ipsósque captos ad *Sedem Aposto-
icam* expensis nostræ Cameræ sub fida custodia fideliter, ut de ipsis possit
xhiberi complementum justitiæ, non postponas; contradictores super
s quoslibet, & rebelles per censuram Ecclesiasticam, appellatione post
ositâ, compescendo: non obstante si eis vel eorum aliquibus communi-
er, vel divisim ab eadem sit sede indultum, quòd interdici, suspendi vel ex
ommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, &
xpressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem in-
vocato adhoc, &c. Dat. - - Januarij, Anno XVI. Avenione.

Potestas Joanni Præposito VVissehradensi in hæreticos collata.

XXV.

Benedicti XII. Papæ Literæ ad Ulricum de Nodavadomo, ut Jamnikos hæreticos qui ex Germania in Bohemiam irrepserant, armis persequatur, eíq; ac Militibus Indulgentiam largitur, quæ in terram S. profiscentibus solet concedi.

Benedictus &c. dilecto filio nobili Viro Ulrico Domino de Novadomo Pragensis Diœcesis, Baroni de Regno Bohemiæ.

A. 1340.

PEtitio tua nobis exhibita continebat, quòd in terris tuo Dominio temporali subjectis in Pragensi & Olomucensi Diœcesibus consistentibus, & etiam in toto Regno Boëmiæ infiniti hæretici *communiter Theutonici & advenæ*, non absq; infectione cultorum fidei Orthodoxæ, periculosè proh dolor! in magna multitudine pullularunt; Et quod dicti hæretici, cùm inquisitores hæreticæ pravitatis, auctoritate Apostolica in illis partibus constituti; volunt procedere contra eos, *fugiunt & latitant*, ac Catholicos capiunt, mutilant expoliant, & aliàs proditionaliter offendunt eosdem, eorumq; bona incendio ignis supponunt; & quòd, licet, per dilectum filium *Gallum fratrem Ordinis Prædicatorum, Inquisitorem pravitatis* prædictæ in illis partibus deputatum, tum præsentem in *Romana Curia*

Raynald. T. XVI.

Gallus Inquisitor hæreticæ pravitatis in Bohem.

Curia, multi infecti pravitate prædictâ, abjuratis erroribus, devotè red-erint ad agnitionem & observationem fidei Orthodoxæ; tamen post eju absentiam in errores pristinos sunt relapsi, conventiculas illicitas cum Magistris eorum, quos vocant *Apostolos* faciendo: qui etiam in tantum numerum excreverunt, quòd te tuosq; subditos Catholicos ausi sunt te-mere diffidare, quare tu in nostra præsentia constitutus nobis humilite supplicasti, ut cum pro exaltatione Catholicæ fidei & Zelo ipsius inter-das exponere te & tua ad hæreticorum exterminium prædictorum, vel reductionem ipsorum ad lucem Catholicæ veritatis, dictoq; Inquisitori ejusq; Inquisitionis officio assistere toto posse; ac ob hoc habeas dictorum hæreticorum Machinationes & mortis pericula formidare, provider tuæ speciali saluti de solita Sedis Apostolicæ clementia dignaremur; Nos igitur tuis supplicationibus inclinati, tibi & ijs, quos tecum ad prosecutio-nem, præmissorum duxeris assumendos, têque sic assumpti sequentur per-sonaliter; quosque forte, quocunque modo negotium fidei contra hære-ticos prædictos prosequendo, machinationibus aut facto vel occasione dictorum hæreticorum mori contigerit, illam omnium peccatorum ve-strorum de quibus fueritis corde contriti & ore confessi *auctoritate Apo-stolicâ* veniam indulgemus quæ per *Sedem Apostolicam* indulgeri vel con-cedi consvevit *transfretantibus in subsidium terræ sanctæ*. Nulli ergo &c. Dat. Aven: II. non. Mart: an. VI.

Ulricus de Novadomo Romæ promittit Papæ armis se hæreticos persecuturum.

Indulgentias terræ Sanctæ cōfert Pontifex militaturis adv: hæreticos in Bohem.

XXVI.
Bona Archi-Diaconatûs Tynhorssoviensis.

Tomo II. Erection. G. 3. A. 1341. & 1381.

Joannes de Genstein Archiepisc. Prag recitat literas Joannis ultimi Episc. Prag. olim Antecessoris sui.

JOANNES DEI Gratiâ Sanctæ Pragensis Ecclesiæ Archi-Episcopus, Apostolicæ Sedis Legatus, universis, quibus præsentes exhibitæ fu-erint, salutem in Domino, & præsentibus efficaciter fidem dare. Con-stitutus coram Nobis honorabilis vir Dominus *Przibislaus Archi-Diaco-nus Horssoviensis*, quandam literam bonæ memoriæ Domini *Joannis Epi-scopi Pragensis* Prædecessoris nostri in pargameno scriptam, ejus videlicet sigillo majori in filis rubei, & viridis coloris more Episcoporum, & con-cessionis perpetuæ sigillatam, sanam & integram exhibuit, & produxit; quam ad instantiam dicti Domini *Przibikonis* de verbo ad verbum vidi-mus & auscultavimus, ùt est moris; & quia dubitabat idem Dominus *Archi-Diaconus*, quòd hujusmodi litera posset vetustate consumi, vel ca-sibus fortuitis deperire, supplicabat ut ipsam taliter auscultatam, & vi-sam cum ratificatione, & recognitione confirmare, approbare, & au-thorizare authoritate ordinariâ & fundatoriâ dignaremur. Cujus quidem literæ concessionis, donationis, seu recognitionis tenor sequitur per om-nia

nia in hæc verba: *Joannes DEI Gratiâ Pragensis Episcopus* universis præ-
sentes literas inspecturis salutem in Domino. Cùm à Nobis petitur,
quod justum est, ut id ad exauditionis gratiam admittamus tam vigor ju-
ris, quam ordo postulat rationis. Hinc est quod Venerabilis vir Domi-
nus *Zdeslaus Archi-Diaconus Horssoviensis* Canonicúsque Pragensis &
Sancti Ægidij in Praga Ecclesiarum in nostra constitutus præsentia No-
bis humiliter supplicavit, ut jura & possessiones ad suum Archi-Diaco-
natum & præbendam *Sancti Ægidij* prædicta pertinentes quæ ad nostram
dispositionem seu provisionem dinoscuntur pertinere, de quibus per
Officiales nostros in dubium frequenter extitit revocatum, dignaremur
scripturæ nostræ testimonio declarare. Nos itaque qui sumus in justitia
unicuique debitores diligenti inquisitione præhabitâ volentes indemni-
tati *Archi-Diaconi* & Canonici prædicti & Successorum suorum, quantum
in nobis est providere. Considerantes etiam petitionem suam rationa-
bilem, atque justam, ipsam favorabiliter duximus admittendum univer-
sis igitur Decanis, Castellanis, Villicis, Judicibus, & Procuratoribus no-
stris per dictum *Archi-Diaconatam* constitutis sub obtentu gratiæ no-
stræ, & subinterminatione Divini Judicij firmiter injungimus & manda-
mus, quatenus eidem *Archi-Diacono* & Canonico jura *Archi-Diaconatûs* Enumerantur Jura & possessiones Ecclesiæ Collegiatæ S. Ægidij in Tinhorssovv.
sui & præbenda Sancti Ægidij prædictæ infrà scripta vel Procuratori seu
Procuratoribus suis suo loco & tempore expleri studeant integraliter &
ex toto, Ipsamque in possessionibus suis ad eadem *Archidiaconatum &
Præbendam* pertinentibus, in nullo penitus molestent & perturbent, jura
autem prædicti Archi-Diaconatûs & possessiones sunt hæc quæ sequan-
tur. I. in villa *Jenikovicz* quinque marcæ, item *decimum denarium* sive
sit in grossis, sive in denarijs per *jus Pragense* de toto censu nostro cum
minutis & omnibus culpis pro judicialibus & civilibus magnis & parvis,
item *decimam mensuram* de annonis videlicet tritici, siliginis, hordei,
avenæ, & pisorum. Item *decimam* in Blado de araturis *Castellanorum*
in *Tynn*, item *decimum forum* ibidem *in Tynn*, item *decimam de telonio*,
item *decimam tabernam*, *decimum lapidem* sebi colati cum agris, sylvis,
fluminibus piscationibus, pratis, molendinis, subsidijs, braseatorijs ac
alijs utilitatibus ad eundem *Archi-Diaconatum* per se, & ex unione Eccle-
siæ ibidem in *Tynn* pertinentibus, cujus Ecclesiæ præsentatio ad ipsum
Archi-Diaconum & suos Successores demonstratur pertinere; item ratione
Ecclesiæ in *Radecz*, quæ est unita & annexa *præbendæ S. Ægidij* prædictæ
habet medios fumales *Decanatus Horssoviensis* duas curias in *Ssemeslicz*
solventes duas marcas annuatim, & minuta, item propugnaculũ cum dua-
bus curijs in *Hanczovicz* solventes mediam altarium, similiter annuatim &
alia jura ad prædictam Ecclesiam in *Radecz* pertinentia, quæ in alijs lite-
ris prædecessorum nostrorum continebitur, & quæ ex antiqua consvetu-

dine ab alijs sunt percepta per ipsum Dominum *Sdeslaum* & suos succes-
sores sinè impedimento quolibet percipiantur. In cujus rei testimonium
1341. & prædicti Domini *Zdeslai Archi- Diaconi* & suorum Successorum secur-
tatem & cautelam firmiorem præsentes literas fieri & sigillorum nostro-
rum munimine fecimus roborari. Datum in *Rudnicz*, anno Domini
M. CCC. XLI. octavo Kalendas Octobris, Pontificatûs verò nostri anno
XI. Nos attendentes, quod optimum sit justitiam in rebus colere, & su-
unicuique jura servare & per consequens reputantes petitionem ipsam for-
justam & consonam rationi, prædictam concessionis, donationis, dotatio-
nis & recognitionis literam jurium, & pertinentiarum obventionum, de-
cimarum & reddituum in omnibus suis punctis & clausulis innovamu-
& in Dei nomine confirmamus, volentes ut omnia contenta in ea memo-
rato Domino *Przibislao* & suo *Archi- Diaconatui* etiamsi hactenus pe-
negligentiam sit omissum realiter ex solvantur & effectualiter teneantur. I-
cujus rei testimonium sigilla nostra præsentibus, sunt appensa. Datur
1381. *Pragæ* anno Domini M. CCC. LXXXI. die octavâ Mensis Novembris.

XXVII.

Benedictus XII. solvit Arnestum Episcopum Pragensem ab authoritate Henrici Moguntini Archiepiscopi Metropolitani, quòd esset Schismaticus.

1341. *Venerabili Fratri Episcopo Pragensi.*

TE ignorare non credimus, sicut cunctæ fidei Christianæ Provinciæ non ignorant, processus diversos, & varios dudum per felicis recordationis *Joannem* Papam XXII. prædecessorem nostrum contra *Ludovicum de Baravia* manifestum Dei & Ecclesiæ inimicum, ac per ipsam Ecclesiam de hæresi condemnatum, exigentibus & excrescentibus gravibus & notorijs ejus culpis & excessibus, adversus Deum & Universalem statum Ecclesiæ incunctorum fidelium scandalum perpetratis, cum magna deliberatione & gravitate, cogente justitia publice habitos & solemniter publicatos; quibus constat, eundem *Ludovicum* omni jure regali & imperiali, si quod sibi competebat, fuisse privatum. Nec etiam te latare credimus, quòd idem prædecessor Universis Patriarchis, & Episcopis, alijsque personis Ecclesiasticis quibuscunq; sub pœna suspensionis ab officio & beneficio, & Excommunicationis (quam eos in currere voluit ipso facto, nisi inhibitioni hujusmodi efficaciter obedirent) duxit distri-

Raynald. T. XVI. Ludovicus Bavarus excommunicatus, qua de re V. Raynal. loco cit.

ctiùs

ctiùs inhibendum, nè prædicto *Ludovico* tanquam Regi ſeu in Regem Romanorum electo ſuperijs, quæ ad Regnum, vel Imperium Romanorum aut ejus Regimen pertinerent, quovis modo parerent, adhærerent, vel intenderent, ſeu præſtarent per ſe, vel alium, ſeu vel alios, directè vel indirectè, publicè vel occultè, auxilium, conſilium vel favorem nec nomine regni vel imperij prædictorum aut Dominij cujusvis per eum uſurpati in illis ei reſponderent, vel aliam ſatisfactionem ſub quocunq; velamine impendere attentarent; quibus pœnis & ſententijs adeò ipſos ligari & aſtringi voluit & decrevit; ac ſi proprijs eorum nominibus nominati fuiſſent ſpecialiter & expreſsè. Quas quidem pœnas & ſententias *Henricum Archiepiſcopum Maguntinum metropolitanum tuum*, eidem *Ludovico* tanquam Regi ſeu in Regem Romanorum electo in præmiſſis publice ac notorie parendo, adhærendo, & intendendo, ac præſtando, per ſe & alios auxilium, conſilium, & favorem, non eſt dubium incurriſſe.

Henricus Archiepiſcopus Moguntinus adhæret Ludovico Bavaro Imper.

Licet igitur ex prædictis proceſſibus prædeceſſoris ejusdem, & pœnis contentis in eis credamus Te pleniſſimè informatum, qualiter circa ipſum Archiepiſcopum debeas te habere; tamen in ijs, quæ ſtatum tuum reſpiciunt & ſalutem, adijcere Apoſtolicæ inſtructionis & juſſionis inſtantiam utile ac neceſſarium reputantes, fraternitati tuæ conſulimus, tibiq; per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ diſtrictè præcipiendo, mandamus, quatenus eidem Archiepiſcopo, qui non ſolùm indiſcretè, ſed etiam infideliter in præmiſſis ſe habuit & habet ad præſens, pœnis & ſententijs contentis indictis proceſſibus propterea involuto, in nullo pareas vel intendas, nec per tuos ſubditos, quantum in te fuerit, parere vel intendi permittas: nam ſi talia faceres, quod abſit, eſſent â via ſalutis deviatio & manifeſta periclitatio ſtatûs tui; Et ſi fortè idem Archiepiſcopus in tantam prorumperet temerariæ perſecutionis audaciam, ut ad parendum ſibi per ſe, vel alium, ſe alios te quovis modo requireret, vel urgeret, tu memor Apoſtolicæ doctrinæ omnino ſtudeas plus Deo quàm hominibus obedire in devotione & fidelitate, Romanæ Eccleſiæ firmâ conſtantiâ perſiſtendo, ſicut hactenus te credimus perſtitiſſe. Nos enim omnes & ſingulos proceſſus, contra te vel ſubditos tuos communiter vel diviſim per eundem Archiepiſcopum, vel quemvis alium ejus nomine, poſtquam fuit eisdem pœnis & ſententijs involutus, forſitan ſuper hoc habitos, vel quos eum per ſe vel alium ſeu alios facere contingeret in futurum, ex nunc, donec ad unitatem Eccleſiæ redierit, caſſamus, irritamus, ac caſſas & irritas, prout ſunt, fore decernimus, ac nullius exiſtere roboris & momenti. Datum Avin: X. Kal. Auguſti anno VII.

Liberatur ab omni Subjectione Moguntini Arneſtus Epiſc. Pragenſis.

XXVIII.

Benedictus XII. Papa concedit Episcopo Pragensi Arnesto, ut (cùm Henricus Archi-Episcopus Moguntinus sit in Schismate) possit in Ecclesia Pragensi Carolum Joannis Regis filium inungere, & coronare.

Venerabili Fratri Episcopo Pragensi.

A. 1341. Raynal. T. XVI. Annal. Eccl.

NUper ad nostrum fide dignâ relatione pervenit auditum, quòd Charissimus in Christo filius noster *Joannes Rex Bohemiæ*, illustris, certis causis rationabilibus svadentibus, dilectum filium nobilem virum *Carolum* primogenitum suum Marchionem Moraviæ proponit in *Regem* facere, Boëmiæ coronari. Verùm quia coronatio & inunctio Regis & Reginæ Bohemiæ, qui sunt pro tempore, ad *Archi-Episcopum Maguntinum*, qui pro tempore existit, de antiqua & approbata consvetudine dicitur pertinere; ac omnis jurisdictio, & Auctoritas *Henrici Archi-Episcopi Maguntini* (qui adversus Deum & Sanctam Romanam Ecclesiam, â qua honores & beneficia multiplicia recepisse dignoscitur, se obnoxium reddidit & ingratum) per processus Apostolicos, ejus demeritis exigentibus, totaliter est suspensa, nec potest ipsius Regis propositum sinè providentia Sedis Apostolicæ, adimpleri; nos qui bonum statum Regis ac Primogeniti prædictorum ac Regni Bohemiæ diligimus & honorem, volentes in hac parte, per ipsius Sedis providentiam opportunum remedium adhibere, ac de tuæ circumspectionis industria, plenam in Domino fiduciam obtinentes fraternitati tuæ, ut dictum primogenitum in Regem, & dilectam in Christo filiam *nobilem mulierem Blancam* suam consortem in Reginam Bohemiæ, ad hoc ipsius Regis accedente consensu, *hac vice* auctoritate Apostolicâ inungere & coronare, in tua Pragensi Ecclesia valeas juxta consvetudinem & solemnitatem in talibus hactenus observatas, auctoritate prædictâ, tenore præsentium duximus concedendum, per hoc autem *Ecclesiæ Maguntinæ* & Successoribus ejusdem *Henrici* Archiepiscopis Maguntinis, qui erunt pro tempore, in obedientia & devotione nostra & Successorum nostrorum, ac ipsius Romanæ Ecclesiæ persistentibus, nullum volumus in præmissis imposterum præjudicium generari. Nulli ergo &c. Datum Avin: id. Octobris, anno VII.

Henricus Archiep. Moguntinus privatus jure coronandi Reges Boh.

Coronatio Caroli IV. conceditur Arnesto Archiepisc. hac vice.

XXIX.

XXIX.

Clementis VI. Pontificis Maximi Bulla, quâ Ecclesiam Pragensem erigit in Metropolitanam, eximítq; à subjectione Ecclesiæ Moguntinensis.

Clemens Episcopus Servus Servorum DEI.

Ad perpetuam rei memoriam. A. 1343.

EX supernæ Providentia Majestatis Romanus Pontifex constitutus in supremæ specula dignitatis circa gregem Dominicum suæ curæ commissum, & Ecclesiarum profectum, prout ex debito eidem incumbit Officij Pastoralis diligenter prospicit, & intendit, & Ecclesiarum ipsarum statum mutat, & honorem accrescit, prout ipsarum Ecclesiarum, & locorum requirit necessitas, causæ svadent rationabiles, Catholici populi augmentum expostulat, & salus exigit animarum. Sanè quidem pro parte Charissimi in Christo Filij nostri *Joannis Regis Bohemiæ* Illustris, & dilecti Filij nobilis Viri *Caroli Marchionis Moraviæ* Primogeniti sui, coram Nobis, & Fratribus nostris, Sanctæ Ecclesiæ Romanæ Cardinalibus, expositum extitit reverenter, quòd Pragensis per decem, & Olomucensis Ecclesiæ, ipsarúmq; Civitates, & Diœceses in Regno Bohemiæ consistentes, quæ Moguntinensi de Provincia existebant, & subjacebant jure Metropolitico Archiepiscopo Moguntinensi, qui est pro tempore, ac Ecclesiæ Moguntinensi eidem, à Civitate Moguntinensi per duodecim dietas, vel circa distabant, & quòd Incolæ dicti Regni, qui loqvuntur Idioma Slavonicum omnino diversum, & non intelligibile Incolis aliorum Episcopatuum dictæ Provinciæ, qui purum Idioma Theutonicum loqui noscuntur, sunt omnino diversi in Idiomate ab eisdem, quòd illi de dictis Pragensi, & Olomucensi Civitatibus & Diœcesibus, tum propter prædones, & raptores, in itineribus occurrentes, ut Itinerum ipsorum discrimina, & asperitates, nemora, & montana, in exitu, & regressu dicti Regni existentia, tum etiam quia oportebat eos per aliam, seu alias Provincias transire, cùm Moguntiam volebant accedere pro Appellationibus, & alijs causis, ad forum Archiepiscopalis Curiæ Moguntinensis, Metropolitico jure spectantibus prosequendis, prædictis periculis, & importabilibus expensis, & laboribus subjacebant; Et præter hæc non erat memoria hominum, quòd Ecclesiæ, Civitates, & *Diœceses Pragenses, & Olomucenses* prædictæ forent per *Archiepiscopum Moguntinensem*, nisi semel tantummodo visitatæ, & quòd Altissimus in tanta multitudine populi, dictas *Pragenses, & Olomucenses Diœceses*, quarum prima per quinq;, & alte-

Priv. R. f. 14.

Causæ cur Pragensis Ecclesia eximatur à subjectione Ecclesiæ Moguntin.

Causa 1.

Causa 2.

Causa 3.

Causa 4.

Causa 5.

Causa 6.

& altera per quatuor dietas, vel circiter, distant in Ecclesijs, & locis Ecclesiasticis fœcundavit, & auxit, quòd singularum ipsarũ, singulos vultus, unicus Pastor nequibat, ùt Officium Pastorale decet, inspicere, & alias partes boni Pastoris implere, quódque durum erat, & difficile, in qualibet tam latarum, & diffusarum Diœcesium, ad unum tantùm Pastorem à tot personis Ecclesiasticis, & mundanis recursum habere. Quare pro parte Ipsorum Regis, & Primogeniti fuit Nobis humiliter supplicatum, ut dictas *Pragensem & Olomucensem Ecclesias*, ab omni Dominio, & potestate dictorum Archiepiscopi, & Ecclesiæ Moguntinensis eximere, ipsámque *Ecclesiam Pragensem in Metropolitanam*, & aliquas Ecclesias in eisdem Diœcesibus sic diffusis *in Cathedrales* erigere, illásque, ac præfatam *Olomucensem Ecclesiam* dictæ Pragensis Ecclesiæ Metropolitico jure subijcere, Authoritate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus àuditis, volentes in promissis gravitatem, & modestiam debitam observare, ac de causis hujusmodi nobis expositis certitudinaliter informari, Venerabili Fratri *Bernardo Episcopo Ostiensi* & dilectis Filijs nostris, *Bernhardo Titulo Sancti Cyriaci iu Thermis Presbytero, ac Reimundo Sanctæ MARIÆ Novæ Diacono Cardinalibus*, commisimus oraculo vivæ vocis, ut de præmissis causis, & earum circumstantijs, in talibus attendendis se diligentiùs informarent, & quæcunque super his invenirent, nobis fideliter referre curarent. Et quia per Relationem *Episcopi Ostiensis, & Cardinalium* prædictorum, juxta commissionem hujusmodi nostram eis factam comperimus, causas ejusmodi esse veras, & quodammodo manifestas, & postulata hujusmodi fieri, non solùm utile fore, sed summè necessarium, ac etiam oportunum, & propterea cultum augere Divinum, ac spiritualem animarum profectum, quem ex his indubiè provenire speramus, promovere salubriter intendentes, deliberatione super his cum Fratribus nostris habitâ diligenti, promissis & nonnullis alijs rationabilibus causis svadentibus, Ecclesiam, Civitatem, & Diœcesim Pragensem prædictas, de ipsorum Fratrum consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis, authoritate Apostolicâ, & ex certa nostra scientia, ab omni Jurisdictione, Potestate, & subjectione Archiepiscopi, qui est pro tempore, & dilectorum Filiorum *Capituli Ecclesiæ Moguntinensis*, ex nunc eximentes, & totaliter liberantes, ac eam *soli Romanæ Ecclesiæ* de cætero subjacere immediatè perpetuò decernentes, ipsam *Pragensem Ecclesiam* ad DEI laudem, & Gloriam, Exaltationem Catholicæ Fidei, ejusdem cultûs augmentum, & animarum profectum, in Metropolitanam erigimus, ipsámq; honoribus, & Insignibus *Sedis Metropoliticæ* decoramus authoritate prædictâ: nihilominus statuentes, quòd ipsa Pragensis Ecclesia pro Metropolitana in perpetuum habeatur, & ejus Præsul Archiepiscopus censeatur. Et quia dignum est, ex quo dicta Ecclesia

Causa 7.

Olomucensis Ecclesia Pragensi Jure Metropolitico subjecta.

Ecclesia Pragensis eximitur, & in Metropolitanam erigitur.

Pra-

Pragensis, olim filia, nunc Mater effecta, Metropoliticæ dignitatis susceptæ Insignia, Suffraganeos,& Provinciam decentem habeat, ut ad judicium *Archiepiscopi Pragensis*, qui pro tempore fuerit, omnes causæ *Suffraganeorum Episcoporum*, & personarum Ecclesiasticarum, ac Civitatum,& Diœcesium ejusdem Provinciæ juxta Sacrorum Canonum instituta referantur. *Villam Lythomysliensem* de Pragensi Diœcesi existentem, locum nobilem, & insignem, ad laudem Divini Nominis, & honorem, nec non pro incremento profectu, & exaltatione prædictis in Civitatem erigimus, ipsámque *Civitatis* vocabulo insignimus, & nihilominus *Ecclesiam Monasterij* hujusmodi novæ Civitatis Præmonstratensis Ordinis in Cathedralem etiam erigentes, tum decernimus fore perpetuò ipsius novæ Civitatis Ecclesiam Cathedralem, cui certam partem de dictis Olomucensis, & Pragensis Diœcesis adjacentem eidem, & certis finibus distingvendam intendimus facere, assignari, & tam Olomucensem, & Lythomislensem Ecclesias, & ipsarum Civitates, quàm Olomucensem, nec non præfatam eidem Lythomislen: Ecclesiæ assignandam Diœcesi, ex nunc ipsius *Pragensis Ecclesiæ Suffraganeos*, & de Provincia Pragensi in perpetuum fore decernimus, & Juri Metropolitico subijcimus, & subjectas fore volumus *Archi-Episcopo Pragensi*, qui erit pro tempore, & *Pragensem* Ecclesiæ memoratæ Ecclesiam, Civitatem, & *Diœcesin Olomucensem* à Metropolitici Archiepiscopi,& *Ecclesiæ Moguntinensis* prædictorum, nec non *Lythomyslensem Ecclesiam*, & Civitatem præfatas, ac Diœcesin ei, ùt præmittitur, assignandam, ab ordinaria olim Pragensis Episcopi, nec non dilectorum filiorum Capituli ipsius Pragensis Ecclesiæ, ac qualibet Prælatorum, & Capituli Generalis dicti Ordinis Jurisdictione, subjectione, ac Dominio prorsus eximimus, authoritate, ac de plenitudine supradictis. Hæc igitur per Apostolicæ Sedis prudentiam, & providentiam circumspectam sic facta salubriter, & utiliter ordinata perpetuis esse valitura temporibus,& robur firmitatis immutabilis obtinere volentes, authoritate prædictâ districtiùs inhibemus, nè quis cujuscunque præeminentiæ, Ordinis, Conditionis, aut Statûs, etiamsi Archiepiscopali, aut Episcopali, seu Regiâ, seu majori præfulgeat dignitate, hujusmodi ordinationes Apostolicas, & alia supradicta quovis quæsito colore, vel modo, sive causâ, vel occasione qualibet adjuventis turbare, seu quomodolibet impedire præsumat. Et nihilominus in eos, qui ex certa scientia contrarium facere præsumpserint, nisi infra octo dierum spatium post publicationem præsentium resipuerint, cum effectu excommunicationis, nec non in Universitates, terras, & loca eorum interdicti, ac Capitula, & Conventus, seu Collegia suspensionis sententias de prædictis authoritate, & consilio promulgamus, à qua quidem sententia Excommunicationis, illi, qui eam incurrerint, non nisi per Romanum Pontificem, præterquam in mortis arti-

Lithomislium Civitatis nomine à Papa exornatur.

Pragensis Ecclesiæ Suffraganei Olomucēses & Litomislenses Episcopi.

articulo, absolutionis beneficium valeant obtinere, Decernentes irritum, & inane, si secus, super præmissis quâvis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum exemptionum liberationis, erectionis, subjectionis, voluntatis, inhibitionis, & constitutionum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, Indignationem omnipotentis DEI, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avinioniæ secundo Calen: Maij, Pontificatûs Nostris Anno secundo.

XXX.

Ejusdem Clementis alia Bulla, quâ indulget Archi-Episcopis Pragensibus, ut possint Reges Bohemiæ inungere, coronare, & cætera solemnia Regalia eis conferre.

1345.

Clemens Episcopus Servus Servorum DEI. Ad perpetuam rei memoriam.

ROmanorum Pontifex à DEO, per quem Reges regnant, & Principes imperant, & qui solus habet in Regno hominum potestatem, constitutus super gentes, & Regna, illa, quæ ad utilitatem Regum, ac Principum, & subditorum suorum salutem, & pacem expedire conspicit, observantias antiquas commutando, quandoque, prout opportunitas temporis requirit, in melius de potestatis plenitudine ordinat, & disponit. Sanè pro parte Charissimi in Christo Filij nostri Joannis Regis Bohemiæ ad Successionem Regni sui Bohemiæ, venientes de manibus Archiepiscopi Moguntinensis, tunc ipsorum Metropolitani seu Inunctionis, & Coronationis solemnia consveverunt recipere ab antiquo, sed in nullo alio nisì solùm, *quia Metropolitani* erant, eorum sibi subjecti quomodolibet existebant. Cùm autem nos pridem, certis, justis, honestis, & rationabilibus causis svadentibus Ecclesiã Pragensem in prædicto Regno Bohemiæ consistentem, tunc *Ecclesiæ Moguntinensi Suffraganeam, & Metropolitico Jure subjectam*, deliberatione cum fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, præhabitâ providâ, & maturâ, & de ipsorum consilio, ac Apostolicæ plenitudine potestatis à Jure, & subjectione prædictis, per nos exemptam totaliter, & Sedi Apostolicæ immediatè subjectam, in Ecclesiam Metropolitanam duxerimus erigendam, ipsam dignitate, & Authoritate Metropoliticâ nihilominus decorando, fuit nobis pro parte Regis ejusdem instanter, & humiliter supplicatum, ut concedere, quod Reges Bohemiæ,

Non alio jure Moguntini coronabant Reges Bohemiæ, quàm quod essent Metropolitani.

hemiæ, qui erunt de cætero, dum ad Regni prædicti Successionem eos contigerit devenire, suæ hujusmodi unctionis, & coronationis Solemnia, de manibus Archiepiscopi Pragensis, qui erit pro tempore, recipere valeant, & idem Archi-Episcopus illas eis possit deinceps perpetuis futuris temporibus impendere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur deliberatione prævia, & maturâ super his habitâ, ex certis caussis nos ad hæc rationabiliter, inducentibus, supplicationi hujusmodi benigniùs inclinati, quod *Archiepiscopus Pragensis*, qui est & erit pro tempore, gratiam, & communionem ejusdem Apostolicæ Sedis habens, Reges prædictos Bohemiæ, in fide, ac devotione præfatæ Romanorum Ecclesiæ persistentes, quos ad successionem venire contingerit suprà dictam, inungere, ac coronare cum solemnitate debita valeat, ipsiq; Reges perpetuis futuris temporibus solemnia Inunctionis, & Coronationis hujusmodi de manibus ipsius Archiepiscopi devotè possint recipere, authoritate prædictâ, tenore præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc facere præsumpserit, indignationem Omnipotentis DEI, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, noverit se incursurum. Datum Avinione Tertio Nonas Maij. Pontificatûs nostri Anno secundo.

Coronatio Reguni Bohemiæ Archiepiscopis Pragensibus attribuitur.

XXXI.

Clemens VI. Ecclesiam Pragensem Cathedralem erectam in Archi-Episcopalem & Metropolitanam, absolvit à Jurisdictione Antistitum Moguntinorum.

Clemens, &c. ad perpertuam rei memoriam. A. 1344.

ATtendentes Pragensem Ecclesiam magnæ titulo dignitatis inter alias partium Ecclesias præfulgere dignitate, rationabile fore conspicimus, ut ipsam Pragensem Ecclesiam, & Archiepiscopos qui pro tempore inibi præfuerint spiritualibus gratiarum largitionibus, in ijs potissimè, quæ ad suum decus & decorem ex ipsius Ecclesiæ excellentia dignitatis pertineret, honoremus. Nuper siquidem, svadentibus rationabilibus causis, eandem Pragensem Ecclesiam olim Suffraganeam Ecclesiæ Moguntinensis, ac tunc de Provincia Moguntina existentis, & Venerabili Fratre nostro *Arnesto Episcopo* olim Pragensi in Archiepiscopum Pragensem electo regimini ejusdem Pragensis Ecclesiæ præsidente, de fratrum nostrorum consilio & Apostolicæ plenitudine potestatis in Archiepiscopalem

Raynald. T. XVI.

Erecti Eccl. Prag. in Archiepiscopalem & Metropolitanam.

palem & Metropolitanam ereximus, & honoribus ac insignijs Sedis Metropolicæ duximus decorandam. Et attendentes quod ipse *Arnestus* in ejusdem Ecclesiæ regimine dum Episcopalis existebat, hactenus se gessit fideliter & prudenter; & quòd illud in posterum attentiùs gereret, præfatum *Arnestum* ipsi Ecclesiæ Pragensi in *Archiepiscopum* præfecimus & pastorem, curam & administrationem ipsius eidem *Arnesto* in spiritualibus & temporalibus committendo, sibique deinde *Pallium*, insigne videlicet plenitudinis pontificalis, à nobis ex parte sua humiliter postulatum duximus concedendum.

Pallium Archiepiscopale Arnesto missum.

Ut autem idem *Arnestus*, & ejus Successores Archi-Episcopi Pragenses, qui erunt pro tempore, eò licentiùs pallio uti possint, quo specialiori Apostolicæ Sedis super hoc fuerint Privilegio communiti, ipsius *Arnesti* supplicationibus inclinati, eidem *Arnesto & Successoribus suis* præfatis ut in ipsa Pragensi & alijs suæ Pragensis Provinciæ Ecclesijs videlicet in Nativitate Domini, & Joannis Evangelistæ, S. Stephani, & Circumcisionis ac Epiphaniæ Domini, ramis palmarumque, & Cœnæ Domini, Sabbatho sancto, tribus diebus resurrectionis, nec non in Ascensionis Domini, Pentecostes, Nativitatis S. Joannis Baptistæ, & Omnium Apostolorum, & quatuor Beatæ MARIÆ Virginis, in Commemoratione omnium Sanctorum, & S. Michaelis Archangeli, & Ecclesiarum Dedicationibus, ac in principalibus ipsius Pragensis Ecclesiæ festivitatibus, & die Anniversarij consecrationis ipsius Arnesti, & Ecclesiarum Provinciæ Pragensis prædictæ, ubi ipsum *Arnestum* vel Successores ejus prædictos, interesse & missarum solemnia celebrare, contigerit, principalibus festis; ac etiam in consecrationibus Episcoporum & ordinationibus Clericorum in Abbatum & Abbatissarum ac Monialium benedictionibus pallio, aliàs eis rite concesso & etiam assignato, uti licitè valeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium indulgemus. Nulli ergo &c. Dat: apud Villam novam Avinionensis Diœcesis VIII. Kal. Septembris, anno III.

Quibus diebus eo usurus sit.

XXXII.

De Corona ex Capite S. Wenceslai in Tumulo nunquam removenda, nisi die Coronationis novi Regis Bohemiæ.

An. 1346.

Clemens Episcopus Servus Servorum DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Fol. 170. M. S. Codex. B.

PErsonarum Illustrium votis illis, præsertim quæ venerationem *Sanctorum* respiciunt tenemur & cupimus favorabiliter inveniri. Exhibita siquidem nobis dilecti Filij *Nobilis Viri Caroli Marchionis* Mo-

Moraviæ primogeniti Chariſſimi in Chriſto, Filij noſtri *Joannis Regis Bohemiæ Illuſtris* petitio continebat: quòd ipſe ob devotionem & reverentiam *Sancti Wenceſlai*, olim *Ducis Bohemiæ*, de novo fieri fecit quoddam ſatis pretioſum Diadema, illúdq; glorioſo capiti dicti *Sancti*, cujus corpus in *Pragenſi* requieſcit *Eccleſia* donavit, & fecit apponi eâ intentione: ut ab ipſo capite non debeat amoveri niſi duntaxat, quando *Regem Bohemiæ*, qui pro tempore fuerit, de novo coronari, vel alia per eundem Regem ſolemnia, quæ regalis diadematis uſum exigerent, in civitate, vel ſuburbijs *Pragenſibus* ſolenniter contingeret celebrari: quo caſu liceat *præfato Regi* diadema ipſum recipere; ſic tamen, quòd ipſum eadem die coronationis, vel celebrationis hujusmodi, eidem *Beato Capiti* reponere teneatur. Verùm quia idem *Marchio*, ſicut eadem ſubjungebat petitio pertimeſcit, nè aliqui propter magnas pretioſitates ipſius diadematis in alijs abuti præſumant; *Nobis* humiliter ſupplicavit, ut ſuper hoc de opportuno providere remedio dignaremur. Nos igitur ipſius *Marchionis* in hac parte devotis ſupplicationibus inclinati auctoritate præſentium diſtrictiùs inhibemus, ut nullus, tam *Clericus* quàm *Laicus*, cujuscunq; præeminentiæ, dignitatis, aut Statûs exiſtat, audeat vel præſumat, diadema prædictum quocunq; modo, titulo, occaſione, vel causâ alienare, diſtrahere, ſeu pignori obligare. Alioquin omnes & ſingulos qui ſecùs attentare præſumſerint, præter alias pænas, in tales à Canone promulgatas, Excommunicationis ſententiā à qua nonniſì priùs diadema ipſum capiti prædicto repoſuerint, nec tunc per alium, quàm *Romanum Pontificem* præterquàm in mortis articulo, abſolvi poſſint, incurrere volumus ipſo facto. Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ inhibitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem *Omnipotentis DEI, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum* ejus ſe noverit incurſurum. Datum Avenione II. Nonas Maij, Pontificatûs noſtri Anno quarto.

Carolus IV. curavit fieri coronam aureā pro capite S. Wenceslai in tumba.

Excommunicatio cōtorta in eos, qui hoc Diadema ab alienarent.

XXXIII.

Bulla Clementis VI. quâ concedit Regibus Bohemiæ celebrationem coram ipſis Miſſarum, ab omnibus Epiſcopis & Abbatibus, non petitâ ab Ordinario licentiâ.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum DEI.
Chariſsimo in Chriſto Filio Joanni Regi Bohemiæ Illuſtri Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Ex Privile-gijs Regni.

SIncerae devotionis affectus, quem ad *Nos* & Romanam Eccleſiam geris, promeretur, ut petitiones tuas in his maximè, per quæ Divino cultui devotionis fervor, tuóque Regali ſolio decus accreſcat, ad exauditionis gratiam admittamus. Hinc eſt, quòd *nos* tuis ſupplicationibus inclinati, quòd quilibet *Epiſcopus* Transmarinus, aut *Abbas*, cui uſus Pontificalium ſit conceſſus, *Catholicus tamen & Apoſtolicæ Sedis communionem & gratiam obtinens* in tua & Succeſſorum tuorum *Regum Bohemiæ* præſentia, ubicunque & quandocunque, congruis tamen aliàs ad hoc temporibus, atque locis per Te, vel Succeſſores eosdem de hoc fuerit requiſitus, etiam in *Pontificalibus Miſſarum* ſolemnia celebrare, & ſolenniter benedicere, locorum Metropolitanis, aut Diœceſanis, vel ſuperioris alterius cujuscunque, non obtentâ, vel petitâ licentiâ licitè valeat, devotioni tuæ tenore præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam Conceſſionis noſtræ infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, ejus ſe noverit incurſurum. Datum Avinione ſecundo Nonas Maij, Pontificatûs Noſtri Anno Quarto.

XXXIV.

Clementis Papæ VI. Apoſtolicæ literæ, quibus Univerſitatem Pragenſem ſtatuit, & licentiam gradus Scholaſticos conferendi Archi-Epiſcopo Pragenſi tribuit.

A. 1347.

Clemens &c. *Ad perpetuam rei memoriam.*

Raynal. T. XVI. Laudatio Bohemiæ à devotione Populi; à multitudine, & copiâ rerum; ab auro & argento &c.

COnſiderantes eximiam devotionis & fidei puritatem, quam tam ipſe *Carolus & Prædeceſſores ſui Bohemiæ Reges* quàm ejusdem Regni incolæ ad Sanctam Romanam Eccleſiam geſſiſſe ac ipſe *Carolus* Rex & incolæ gerere dignoſcuntur, ferventi deſiderio ducimur, ut *Regnum* ipſum quod divina bonitas multitudine populi, rerum, copiâ prædotavit, fiat literarum ferilitate fœcundum, ac in eo quemadmodum auri & argenti fore dignoſcitur abundantia ſic ſcientiarũ prævaleat munere, ut viros producat conſilijs maturitate conſpicuos, virtutum redimitos ornati-

natibus, ac diversarum facultatum dogmatibus eruditos, sicque ibi fons irriguus, de cujus plenitudine hauriant universi literalibus cupientes imbui documentis.

His igitur omnibus & præsertim *amœnitatibus civitatis præfatæ* diligenti examinatione pensatis ad hujusmodi Universitatem non solùm præmissorum ejusdem Regni, & regionum circum adiacentium incolarum, sed etiam aliorum, qui de diversis mundi partibus ad eandem confluent civitatem, commodum & profectum paternis affectibus anhelantes, dicti *Regis* supplicationibus inclinati de fratrum nostrorum consilio Apostolicâ auctoritate statuimus, ut *in dicta Civitate Pragensi* perpetuis futuris temporibus *Generale Studium* vigeat in qualibet licita facultate: Et quod legentes & studentes ibidem omnibus Privilegijs, libertatibus, & immunitatibus concessis Doctoribus, legentibus, & studentibus commorantibus in studio generali gaudeant & utantur: quódque illi qui processu temporis scientiæ margaritam fuerint in illa facultate, in qua studuerint, assecuti; sibíque docendi licentiam ut alios erudire valeant ac magisterij honorem seu titulum petierint impertiri; per Magistros seu Magistrum illius facultatis, in qua examinatio fuerit facienda, *Archiepiscopo Pragensi*, qui est pro tempore, præsententur. Idem quoque Archiepiscopus, Doctoribus & Magistris in eadem facultate inibi actu regentibus convocatis, illos in ijs, quæ promovendis ad Doctoratûs seu Magisterij honorem requiruntur per se vel alium juxta modum & consvetudinem, quæ super talibus in generalibus studijs observantur, examinare studeat diligenter, si ad hoc sufficientes & idonei reperti fuerint, hujusmodi licentiam tribuat, ac honorem seu titulum conferat Magistralem. Illi verò qui in eodem studio dictæ Civitatis examinati & approbati fuerint, ac docendi licentiam, & honorem seu titulum Magisterij obtinuerint, ut est dictum, ex tunc absq; examine & approbatione aliâ regendi, & docendi tam in Civitate prædicta, quàm alibi ubicunq; quibuscunq; tam dictæ Civitatis, quàm quorumlibet aliorum locorum, seu generalium studiorum, in quibus voluerint legere, vel docere, statutis & consvetudinibus contrarijs, Apostolica vel aliâ quacumque firmitate vallatis nequaquam obstantibus plenam, & liberam habeant facultatem. Nulli ergo, &c. Dat. Avin: VII. Kal. Febr. anno V.

Amœnitas urbis Pragensis.

Universitas Scientiarū Pragæ

Gradus scientiarum.

Archiepisc: hos gradus conferant.

XXXV.

De Inunctione, & Coronatione Regum Bohemiæ Caroli, Romanorum, & Bohemiæ Regis Bulla Aurea.

 Caro-

1347. ## Carolus Dei Gratiâ Romanorum Rex, Semper Augustus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam.

Priv. Regni f. 11.

Proceres, qui Carolo IV. pro hac Bulla Aurea supplicarunt.

Schismaticus Archi-Moguntin.

INnata cordi Nostro benignitas circa fidelium, & devotorum nostrorum honores, & commoda continuis intenta vigilijs, votis ipsorum annuere jugiter, & propensiùs Nos inducit, qŭoties poscentium vox est justa. In hoc enim liberalitatis Nostræ non errat intentio, sed Regalis sceptri fastigium extollere salubriter arbitratur. Sanè ad Nostræ Celsitudinis, Venerabiles: *Archi-Episcopus Pragensis, Olomucensis, Wratislaviensis, Litbomyslìensis Episcopi, necnon Illustres: Joannes Carinthiæ, Comesq; Tyrolis, & Goritiæ, Germanus Noster carissimus, Nicolaus Oppaviæ, & Ratiboriæ, Bolco Opoliensis, Wenceslaus Silesiæ, Bolco Silesiæ, Casimirus Tessinensis, Henricus Saganensis, & Joannes Silesiæ Duces. Jodocus de Rosemberg, Wilhelmus de Landstein, Bertold, & Czenko de Lippa fratres, Wanko, & Benessius de Wartenberg, fratres, Gessek de Michelsberg, Hinco de Nachod, Jesco de Wartemberg Hinco de Sleven, Ulricus, & Henricus filius ejus de Novadomo, Jesco de Krawarz, Stephanus de Sternberg, & Jaroslaus de Sternberg,* ac cæteri Prælati, Duces, Principes, Barones, Proceres, & Nobiles Regni nostri Bohemiæ, præsentiam accedentes, Nobis humiliter supplicârunt. Quòd cùm Ecclesia Pragensis per Sanctissimum Dominum Clementem Divinâ Providentiâ Papam Sextum, ad Nostri, dum essemus in minoribus constituti, instantiam & petitionem, in *Metropoliticam Ecclesiam* cum plenitudine juris Metropolitici exaltata fuerit, & erecta, ut Regibus Bohemiæ, quod ipsi de cætero Sacræ Unctionis, & Coronationis solemnia per manus Archiepiscopi Pragensis moderni, suorúmq; Successorum Archi-Episcoporum Pragensium, in perpetuum recipere valeant, indulgere, & concedere liberaliter dignaremur. *Nos* utiq; attentâ Ecclesiæ Pragensis exaltatione, & erectione præfatâ, non absq; provida consideratione, quod de Jure creandi sunt, de vice populi, Magistratûs, quódq; si *Archiepiscopus Moguntinensis* ad dictâ accederet Pragensem Ecclesiam, pro dictis Sacræ Unctionis, & Coronationis solemnibus offerente se casu, sicut solebat ante exaltationem, & creationem hujusmodi non leve *Archiepiscopis Pragensibus* præjudicium crirетur forétq; falcem in messem ponere alienam, attendentes, & sic ingratitudinis maculam, quâ *Henricus de Wirnburg*, quondam *Archiepiscopus Moguntinensis, ipsiusque Ecclesiæ Capitulum*, propter adhæsionem *Ludovico quondam de Bavaria*, per Sanctam Romanam Ecclesiam suis demeritis exigentibus, unà cum suis complicibus, & adhærentibus condemnato factam, contra Sanctam dictam Romanam Ecclesiam, ac Regnum Romanorum, & sacrum

crum Imperium, & ob hoc idem Henricus per Sanctam Romanam Ecclesiam depositus, damnabiliter asperguntur; deliberatione prævià, & maturâ super his, cum nonnullis Regis Romanorum futuri Imperatoris Coëlectoribus, & alijs Principibus, nostræ tunc temporis assistentibus Majestati habitâ, ac de ipsorum consilio pleniori, dictúmq; Regnum Bohemiæ dulcoratis favoribus, & honoribus gratiosis, in quantum ex Divina Nobis providentia permittitur, prosequi summopere cupientes, prædictorum Prælatorum, Ducum, Principum, Baronum, Procerum, & Nobilium, quos honoris, & felicis Statûs Regni Romani, & Sacri Imperij fideles, solicitos, & sedulos præ cæteris comprobavimus Zelatores, supplicationi, quam his, & nonnullis causis alijs, quæ rationabiliter nos inducunt, rationi consonam, & æquitati proximam meritò reputamus, benigniùs, & liberaliùs inclinati. Quod *Archi-Episcopus Pragensis*, qui est, & erit pro tempore, Reges præfatos Bohemiæ coronare, eisdémq; Diadema impónere, ac *gladium, pomum, & sceptrum*, cæteráq; Insignia *Regalia* tradere cum solemnitate debitâ valeat. Ipsique Reges perpetuis futuris temporibus dictæ coronationis, ac diadematis, gladij, sceptri, & aliorum Insignium Regalium Impositionis, & Traditionis solemnia, & prout ad Regem pertinent, de manibus ipsius Archiepiscopi, & Successorum suorum devotè possint recipere, prout per *Sanctissimum Patrem Nostrum* prædictum de sacra Inunctione, & Consecratione, cæterisq; Solemnitatibus, & Insignibus ad forum Spirituale pertinentibus, eisdem Regibus, & *Archiepiscopis Pragensibus*, suísque Successoribus in exaltatione, & erectione dictæ Pragensis Ecclesiæ ad Nostri Instantiam, ùt prædicitur, est concessum de nostræ Romanæ Regiæ plenitudine potestatis, ac ex certa scientia præsentis scripti patrocinio liberaliter concedimus, & etiam indulgemus. Omne Jus, & omnem consvetudinem, ac usum, quod, & quos Ecclesiæ, seu Episcopi Moguntinenses præfati habuerunt, & habere potuerunt huc úsq; in Coronatione dictorum Regum, & Diadematis impositione eisdem *Regibus Bohemiæ*, revocantes, cassantes, & irritantes, annullantes, & de prædicta *Romanæ Regiæ* plenitudine potestatis penitùs abolentes, cum nostri, & nostræ *Romanæ Regiæ* plenitudine potestatis, & authoritatis interpositione Decreti præfatarum Coronationis, Diadematis, Impositionis, & gladij, cæterorúmq; Insignium Regalium traditionis, ad *Archiepiscopum Pragensem* modernum, ejúsque Successores futuros perpetuos, ipsorúmq; per manus imponi, & tradi solennia, & Insignia prælibata, & non ad supradictum *Archiepiscopum*, & *Ecclesiam Moguntinensem* præfatos justè, & legitimè pertinere, non obstantibus legibus, consvetudinibus, usibus, observantijs, Juribus, municipalibus, vel communibus statutis, seu edictis factis, & editis in contrarium quibuscunq;, quas, & quæ, quantum ad hæc, ac si forent nominatim, & de verbo ad verbum scripta præsentibus, & inserta,

Coronatio Regum Bohem: per Archiepiscopos Pragenses perficienda.

ſerta, revocamus, caſſamus, irritamus, annullamus, & de dicta *Roman* *Regiæ plenitudine* poteſtatis decernimus, firmitatis fore nullius, vel mo menti. Nulli ergo omnino liceat hanc noſtræ donationis, ceſſionis, In dulgentiæ, Revocationum, caſſationum, Irritationum, & annullationun paginam infringere, vel ei auſu temerario contraire. Contrarium ver facientes ſi qui fuerint (quod abſit) ultra Indignationem noſtræ Celſitudi nis Romanæ, quam ob hoc ſe noverint graviter incurſuros, mille Marca auri puri, noſtro, & Regni Romani fiſco componant, Ipſarum videlice medietatem noſtræ, & Succeſſorum noſtrorum Romanorum Regum vel Imperatorum Curiæ, ſeu Cameræ, & reliquam paſſis injuriam irre miſſibiliter applicandam. In quorum omnium teſtimonium, & ad cer titudinem pleniorem præſentes fieri juſſimus, & Bullâ Aureâ Typario no ſtræ Majeſtatis impreſsâ præcepimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt *Joannes* Miſen, & *Apeczko* Lubecen: Epiſcopi, *Rudolfus* Senior Saxonia Sacri Romani Imperij Marſchalcus, *Rudolfus ejus* filius, & *Fridericus* d Deck Duces, *Albertus*, & *Guntherus* de Barby Comites, Joannes Do minus in *Mechelburg*, Craſto de *Hohenloch*, Henricus de *Bruneck*, Ulricu Dominus in *Hanow*, Henricus de *Eberſtein*, Eberhardus, & Henricus d *Waltſe*, ac Ægidius Dominus *de Rodemacker*, Romani Regni præfat Principes, & Barones. Datum *Pragæ* Anno Domini 1347. Indiction decimâ quintâ, Calend. Septembr: Regnorum noſtrorum anno ſecundo

Teſtes hujus Aureæ Bullæ.

XXXVI.

Ludovicus Marchio Brandemburgicus poſt Ludovici Imperatoris Patris ſui mortem *Reliquias Imperiales* Monachio Pragam mittit Carolo *IV. Imperatori; quas etiam diligenter enumerat.*

1350.

Reliquiæ miſſæ Carolo IV. à Ludovico Duce Bavariæ filio Ludovici IV. Imp.

Nos Ludovicus *Dei Gratiâ Marchio Bran denburg: & Luzicenſis, S. Rom: Imp: Supremus Camera rius, Comes Palatinus ad Rhenum, Dux Bavariæ & Ca rinthiæ, Comes Tyrolis & Goricienſis, Supremus Advocatu Baſilicarum Aquileg: Trident. & Brixiæ.*

Peſſ. Rad. 5. in Phoſphoro. f. 403.

AFfirmamus & palàm facimus his literis, quòd pro nobis & omnibu noſtris Fratribus, die veneris ante *Judica*, dum hæ datæ ſunt, Sere niſſimo Principi, & Illuſtriſſimo Domino noſtro, *D. Carolo Roma norum Regi* Semper Auguſto, & Regi Bohemiæ fideliter, & in veritate

Reli-

Reliquias Sacri Imperij, unà cum alijs adjunctis cimelijs: nimirum, unam *auream Crucem* pretiosis lapidibus & unionibus ornatam, integram & inviolatam, & in qua Cruce est *Lancea una cum clavo Domini nostri*, in illa est etiam pars *Sanctæ Crucis*, unus dens Sancti *Joannis Baptistæ* in Crystallo, & Sanctæ *Annæ Brachium*, adsunt quoque speciatim duo *gladij*, unus *S. Mauritij* & alter Sancti *Caroli* in deauratis vaginis; adest etiam singulariter integra, & inviolata, præfati Imp: *Caroli*, aurea corona cum arcu & *Cruce*, pertinentia ad illam, texta de varijs pretiosis lapidibus & auro, in qua singulariter pretiosus est lapis intextus, qui vocatur *Candidus*. Adest quoque candida toga *S. Caroli*, in manicis contexta lapidibus & unionibus, & unum pallium *S. Caroli* cum duobus Leonibus, contextum ex auro, lapidibus & unionibus; adest etiam *aureum pomum*, unà cum *aurea Cruce S. Caroli*, & ambæ ejus chirothecæ, cùm lapidibus, unionibus & auro; & *argenteum Sceptrum*. Adest etiam grandis *annulus* cum ingenti *pyropo*, quatuor *Saphyris*, & quatuor *unionibus*, quod eò devênit ab uno *Duce Brunsvicensi*; Adest etiam alter *annulus* cum uno *pyropo*, & tria *aurea calcaria*. Etiam adest unum *deauratum pomum* cum *una Cruce*, & *deaurato Sceptro*, unum *thuribulum aureum*, duæ benè candidæ partes *Ceræ* & unum calefactivum *pomum*. Adest etiam *cærulea toga* contexta in manicis auro, & unionibus, & alia *phœnicea toga cum nigris Aquilis*, & unus globus, duæ chirothecæ & *duo calcei* ejusdem coloris; adest etiam *una stola* contexta auro, lapidibus & unionibus, & altera *simplex stola*. Adest etiam unum *deauratum scrinium*, in quo est unum *instrumentum*, seu *testimonium*, & una *crystallus* cum *Reliquijs*, & *una aurea vacua crucula*; hæc propriè spectabat, ad piæ memoriæ nostrum charum Dominum & Patrem *Imperatorem Ludovicum*; complete, sine diminutione & permutatione tradiderimus, in omni eâ mensurâ prout nobis eas præfatas Reliquias, noster piæ memoriæ charus Dominus & Parens *Ludovicus* reliquit; & hoc sumimus ad *juramentum*, & homagium, quod *Sacro Romano Imperio* præstitimus, cùm attestatione harum; quæ datæ sunt *Monachij*, post Christum natum, Anno 1350. die Veneris ante *Judica*.

> Hæ sunt reliquiæ dictæ Imperiales, & non Regni Boh. quæ Norimbergæ hodieque servantur. *Aurea Crux. Lancea, clavus, pars S. Crucis. Dens S. Joh. Bapt. Duo Gladij Corona Caroli M. Arcus & Crux.* vestes Caroli M. Pomum aureum. chirothecæ. Sceptrum argenteum. Annulus. Calcaria aurea. Pomum & Sceptrum Thuribulum. togæ, chirothecæ, calcei, stolæ. Scrinium Crucula. hæc sub juramento traduntur

XXXVII.

Regalia conferuntur more eorum temporum, Wilhelmo Præposito Wissehradensi.

Carolus &c. *Nobilibus* Czenkoni de Lippa *Regni Bohemiæ Supremo Camerario*, & Boczkoni de Cunſtat, *fidelibus noſtris dilectis, gratiam* &c.

M.S. Cancellariæ Caroli IV. V. Epitomen noſtram.

Quomodo Principatus Præpoſito Viſſehradenſi olim conferebatur.

Nota.

QUia pridem *Venerabili Wilhelmo Wiſſehradenſi Præpoſito, Regni Bohemiæ Cancellario, Principi*, familiari & devoto noſtro dilecto *Præpoſituram Wiſſehradenſem*, tanquam *Bohemiæ Rex*, & auctoritate Regiâ Bohemiæ, ritè contulimus, ac ipſum more ſolito, & juxta Regni Bohemiæ approbatam conſvetudinem, recepto priùs ab ipſo homagij, fidelitatis & ſubjectionis debito juramento, cum *ſceptro* noſtro regali innoveſtivimus de eadem. Et cùm de neceſſitate obſervantiæ dudum laudabilis & approbatæ conſvetudinis *Regni* noſtri *Bohemiæ*, requiratur omnino, quòd dicto *Wilhelmo Præpoſito*, ratione *principatûs ſui*, ſceptrum Regium in Eccleſia *Wiſſehradenſi* tradatur, ſive per manus *Regis Bohemiæ*, vel alterius, cui hoc Regia ſerenitas duxerit committendum. Idcirco cùm alijs arduis tam *Sacri Imperij*, quàm *Regni Bohemiæ* negotijs impediti, non poſſimus talibus cæremonijs intereſſe, de veſtræ circumſpectionis induſtria plenam habentes fiduciam, fidelitati veſtræ committimus, & ſeriosè mandamus, & vobis ambobus in ſolidum, ut non ſit melior conditio occupantis, ſeu alteri veſtrûm, ſi unum aliqua de cauſa abeſſe contingeret, auctoritate *Regiâ Bohemiæ* in hac parte plenariè delegamus: quatenus in præſentia *Capituli Wiſſehradenſis, in Eccleſia* ipſa, & in loco conſveto, dicto *Wilhelmo Præpoſito* ſceptrum Regni auctoritate *Regiâ Bohemiæ* præfatâ aſſignare & tradere debeatis; facientes de traditione ſceptri hujusmodi publicum inſtrumentum, ſic ut eidem inſtrumento, de verbo ad verbum, præfatæ noſtræ commiſſionis ſeries inſeratur.

Commiſſarij loco regis Principatum conferentes.

Nota diligentiam Majorum.

XXXVIII.

Carolus IV. Imperator & Bohemiæ Rex confirmat donationem Borzivogij II. Ducis Bohemiæ ad lætam Curiam pertinentem.

Caro-

Carolus Dei Gratiâ Romanorum Rex, Semper Augustus, & Bohemiæ Rex. Honorabilibus Præposito, Decano & Scholastico, totiq́ue Capitulo Sanctæ Pragensis Ecclesiæ, Devotis nostris dilectis, Gratiam Regiam cum plenitudine omnis boni.

Pessina in Phosphoro Radio II.

OBlata per vos, & pro parte vestra, & Ecclesiæ vestræ Pragensis humilis petitio continebat: Quòd cùm recolendæ memoriæ olim *Borzivogius* Illustris Boëmiæ Dux, devotionis intui-tu, ac zelo fidei, nec non ad honorem, & reverentiam Beatissimorum Viti, Wenceslai & Adalberti Martyrum, & Patronorum nostrorum eximiorum Ecclesiæ prædictæ, *curiam latam* dictam, in majori civitate Pragensi, cum ædificijs & domibus suis, ac juribus, libertatibus, ac fructibus, seu usibus quibuscunque, in ipsâ, & ad ipsam Curiam pertinentibus gratiosiùs donaverit, concesserit & contulerit gratiosè, prout hujusmodi donatio & concessio de ipsa Curia, & suis pertinentijs prædictis, præfatæ Ecclesiæ facta, in libris, registris & breviarijs librorum ipsius Pragensis Ecclesiæ pleniùs continetur. Cujus concessionis seu donationis tenor esse dignoscitur, in hæc verba: (*Ista est donatio Borzivogij Ducis de Boëmia. Istam Donationem dedit Ecclesiæ Pragensi Borzivogius beatæ memoriæ Secundus Dux Boëmorum, pro remedio animæ, & animarum Antecessorum suorum, & Successorum suorum: videlicet Curiam hospitum, in medio civitatis Pragæ, & pondus, & tynam, & judicium ad Curiam pertinens, quatenus Ministri Ecclesiæ Pragensis ex redditibus Curiæ* annuatim provenientibus, singulis septimanis duos solidos percipiant, sed hac ratione, ut *Presbyter* undecim, *Diaconus* septem, *Subdiaconus* quatuor, *Campanarij* duos in ordine vicis suæ recipiant; reliquum verò usibus cedat Canonicorum. De *laxsone* viginti denarij & quadraginta *allecia*, de *husone*, de *lucijs*, de *carpionibus*, de *trutis*, quadragesima pars; Si *husones* venduntur pro argento, de qualibet marcha quatuor denarios; de uniformi plaustro hinnuli, thina datur; de duplicato, duæ. *Mercatores* de extraneis partibus, si vendunt *cutes*, sive *mel*, sive *ceram*, sive *vinum*, sive *boves* pro argento, de qualibet marcha quatuor denarios. Quicunque venit cum pecunia pro *equis*, aut alijs rebus emendis, de marcha argenti dat quatuor denarios, de auro secundùm valorem argenti; si fraudem fecerit, omnibus spoliatur; de quadraginta paribus calceorum aut caligarum, unum par; de quadraginta cautibus salis similiter: de peplis similiter; de stamine linei panni, duos. *Mercatores* si extra Curiam occultaverint sua bona præter licentiam, aut lineos pannos simul per fraudem consuerint, pretium quod dare debuerant accipiant,

1358.

Literæ Ducis Borzyvogij recitantur.

 piant,

piant, & omnibus ſpolientur. Si quis alium vulnerat, ſolvit tres marchas; ſi occidit, omnibus ſpoliatur; ſi quis vulneratus, aut qui vulnerat alium, aut pernicioſus quocunque modo fuerit in Curia, non à *Camerario*, aut *Richterio*, aut ab aliquo invadatur. Deprehenſus in fornicatione ſolvit ſeptuaginta duas marchas. Quandocunque cum mercibus vadit extra civitatem ſolvit marcham piperis, chirothecas & calcaria. Nullus extra Curiam maneat, niſi per licentiam, ſolutâ tamen eadem juſtitiâ : Si quis in civili jure debeat jurare ſolus, in Curia jurat ipſe unus; ſi ibi ipſe unus, in Curia ipſe vigeſimus quartus; ſi ibi ipſe vigeſimus quartus, in noſtro jure ipſe ſeptuageſimus tertius. Hoſpites conveniuntur coram noſtro Judice, cives ab hoſpitibus coram Richtero vel Camerario. Iſta ſunt jura domeſtica, de rayſone unum denarium accipit, de tyna unum, de penſa unum, de quolibet equo unum. Domeſtici intereſt fimum *educere, & domos & tecta : & cætera cuſtodire.*) Dignaremur prædictas, donationem & conceſſionem, de regali clementia confirmare. Nos itaque veſtris moti ſupplicationibus rationabilibus & condignis, contemplatione prædictorum *Patronorum Sanctorum*, nec non intuitu *Sanctæ Eccleſiæ Pragenſis*, quam in noſtris votis gerimus & affectibus præcipuam, prædictam Curiam cum omnibus ſuis juribus, libertatibus, in ipſa donatione ſeu conceſſione contentas approbamus, ratificamus, & gratificamus, ac ratas, gratas & firmas perpetuis temporibus eſſe volentes, ex certa noſtra ſcientia præſentibus confirmamus. Et nihilominùs ex ſuperabundantia clementiæ regalis, & plenitudine regiæ Poteſtatis, *præfatam Curiam* cum omnibus ſuis pertinentijs & continentijs ſupradictis, de novo conferimus & donamus, omnes & ſingulos defectus, ſi qui forent, in ipſa donatione ſupplentes, & ſuppleri volentes, perinde acſi omnes expreſſati forent, & de verbo ad verbum expreſſi & inſerti, ex certa noſtra ſcientia, & de ſpeciali mandato regiæ dignitatis. Cœterùm volentes robur, & Eccleſiæ præfatæ gratiam facere pleniorem, omnes & ſingulas literas, privilegia, donationes, libertates, immunitates & conceſſiones Eccleſiæ veſtræ, & perſonis ipſius, per prædeceſſores noſtros *Reges*, ſeu *Imperatores Romanorum*, *ſeu Bohemiæ Reges*, ſeu *Duces*, *nec* non *alios Reges*, ſeu Principes, Comites, aut Barones, ſeu quasvis alias perſonas utriusque ſexûs, data, ſeu datas, conceſſa ſeu conceſſas, in vita vel in morte, aut etiam empta & comparata, vel quovis juſto titulo acquiſita, poſſeſſa & habita, de ſpeciali liberalitate celſitudinis regiæ, approbamus & confirmamus, eisque vim adhibemus, conſenſum pariter & aſſenſum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ innovationis, & confirmationis gratiam infringere, aut ei temerariâ præſumptione aliquali contraire. Si quis autem, vel ſi qui contrarium attemptaverint, ſeu attemptare præſumpſerint, ultra indignationis noſtræ aculeum, & pœnam graviſſimam ad arbitrium proprium infligendam, pœnam centum marcharum auri puri, quarum medietatem fiſco

Confirmatio Donationis Ducis Borzivogij.

Confirmatio generalis Privilegiorum omnium, & donationum Eccl. Prag.

ſco regio, & alteram medietatem antedictæ Eccleſiæ Pragenſi applicari olumus, ſe noverint irremiſſibiliter incurſuros. In quorum omnium eſtimonium, atque robur perpetuò valiturum, præſentes literas conſcribi, & noſtræ Majeſtatis ſigilli patrocinio fecimus communiri. Datæ Pragæ, Anno Domini, milleſimo trecenteſimo quinquageſimo ſecundo, Indictione quintâ, ſecundo Calendas Januarias. Regnorum noſtrorum Anno ſexto. Per Dominum Regem. Welislaus.

XXXIX.

De Immunitate & Poteſtate Archi-Epiſcopi Pragenſis in temporalibus, Anno 1352. 1352.

Carolus Dei Gratiâ Romanorum Rex Semper Auguſtus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam. Gold. f. 52. Pont. l. 5. Boh. Pia.

QUanquam de juvante Regiæ benignitatis clementia, & ex aſſumpta cura regiminis, univerſorum ſaluti ex quodam debito teneamur intendere, peramplius tamen ad procurandam quietem, *Sanctæ Pragenſis Eccleſiæ* nos obligatos fore conſpicimus, quæ per ſacrum regenerationis lavacrum nos à contracta originalis inquinamenti peſte mundificans *habitavit*, & ad gloriam & in ſpem beatæ repoſuit lætitiæ ſempiternam. Sanè *Venerabilis Arneſti Pragenſis Archiepiſcopi, Principis & devoti noſtri dilecti*, nuper Serenitati noſtræ oblata ſupplicatio continebat litteras quaſdam claræ memoriæ Illuſtris *Ottogari*, quondam *Bohemiæ Regis*, proavi noſtri dilecti, quas ſuper certis juribus, gratijs & honoribus dictæ *Pragenſis Eccleſiæ* Venerabilium Antiſtitum ibidem obtinuit operoſa ſedulitas, approbare, ratificare & confirmare de benignitate regia dignaremur: quarum tenor per omnia ſequitur in hæc verba: (In nomine Patris & Filij & Spiritûs Sancti Amen. *Nos Ottogarus Dei Gratiâ Bohemorum Rex*, Univerſis Chriſti Fidelibus, præſentis Privilegij literas inſpecturis. Humanæ naturæ conditio ſemper trahit ad ſe hominis miſeriam & defectum, & quanto plùs homo in hoc mundo foris tranſitorijs rebus involvitur, tantò magis virtus interior enervatur. Undè veram credimus ſalubris conſilij medicinam, ut ſicut quis cadit per vitium ſic aſſveſcat reſurgere per virtutem, maximè jus reſtituens alienum, quod nullum poſſe abſque peccato & mortis interitu detinere, credere jure poſſumus & debemus. Hinc eſt igitur quòd univerſos volumus non latere, quod cùm inter nos & Venerabilem Patrem Dominum *Andream Pragenſem Epiſcopum* ſuper Libertate Pragenſis Eccleſiæ, & alijs articulis, apud examen Sedis Apoſtolicæ quæſtio verteretur, per Sanctiſſimi Patris Domini

Carolus IV. in Eccl. Prag. Baptizatus.

forte habilitavit

Recitantur Ottogari Regis literæ.

Retractat Rex quæ fecerat adverſus Andream Ep. Prag.

mini *Honorij Tertij* Pontificis providentiam, de voluntate partium eſt ſtatutum, ut deperdita privilegia noſtra; & Anteceſſorum noſtrorum, quorum tenorem idem Epiſcopus ſuo juramento probârat, nos reſtaurare Pragenſi Epiſcopatui & Eccleſiæ deberemus, pro quo ſiquidem & alijs adimplendis cùm Venerabilis Pater Dominus Gregorius de Creſcentio S. Theodori Diaconus Cardinalis in Regno Boëmiæ Legationis officio fungeretur, & idem Epiſcopus in ipſius Venerabilis Patris Domini Legati præſentia, multis aſtantibus Epiſcopis, Abbatibus, aliisq; Eccleſiarum Prælatis, & majoribus Baronibus Regni noſtri, ſecundùm tenorem infrà poſitum præſtitit juramentum. Nos omnia, quæ juravit, adimplere volentes, Epiſcopatui & Eccleſiæ Pragenſi privilegium deperditum taliter reſtauramus:

Andreas Epiſcopus præſtat juramentum de Privilegijs Eccleſiæ Prag. cum ipſæ literæ Privilegiorum fuiſſent deperditæ.

Ad honorem igitur Dei Patris, & Beatorum Martyrum *Viti, Wenceſlai, & Adalberti*, Patronorum noſtrorum, pro remiſſione peccatorum, & anteceſſorum noſtrorum omnium animabus, concedimus & donamus Epiſcopatui & Eccleſiæ, & hominibus eorundem, omnem exactionem, ſive inquietationem, venditionem **Narok / Zwod / Hlawám / Wrez** / collectas generales, ædificationes caſtrorum, foſſata **Přjſeky / Průwod / Nárez** / & omnia alia gravamina.

Ingentia Privilegia Eccl. Prag.

Et ſi quis de hominibus Epiſcopatus vel Eccleſiæ Pragenſis furtum, vel rapinam, vel aliam hujuſcemodi grandem culpam perpetrator perpetraverit, criminis ſententiæ Regiæ poteſtatis ſubjacet, & Pragenſis Eccleſia vel Epiſcopatus, cujus homo erit, ipſius vendicet facultates.

Si quis etiam in bonis Epiſcopatûs vel Eccleſiæ Pragenſis homicidium præſumſerit perpetrare, & homicida evaſerit, conſanguinei interfecti reum jure terræ requirant: Ità tamen quòd homines Eccleſiæ & Epiſcopatus conſerventur inde impunes.

Ponimus etiam quod aliquando ejuſdem fuit Eccleſiæ cum omnibus Juribus ſuis, acceſſionibus & pertinentijs de Regia munificientia eidem Eccleſiæ concedimus, & donamus.

Ad hujus igitur noſtræ reſtaurationis, conceſſionis, & donationis notitiam & inviolabile firmamentum, coram infrà ſcriptis teſtibus præſens privilegium per manum Hermanni Notarij & Capellani noſtri, fecimus fieri, & ipſum ſigillum munimine noſtro mandavimus inſigniri: Anno Dominicæ incarnationis M. CC. XXI. nono Julij, Indict: IX. In monte S. Iſaac, præſidente in Romanorum Eccleſia Domino Honorio tertio, regnante verò in Imperio Domino Friderico, in præſentia Domini Gregorij de Creſcentio S. Theodori Diaconi Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legati. Teſtes autem ſunt hi:

Teſtes ad prædicta.

Dominus Robertus Epiſcopus Olomucenſis.
Dominus Joannes Nitrienſis Epiſcopus.

Do-

Dominus Laurentius Wratislavienſis Epiſcopus. Dominus Leopoldus, Auſtriæ & Styriæ Dux. Comes Condakerus de Gradeck, Dominus Poppo Præpoſitus Nambergenſis. Dluhomil Abbas de Brzewnow. Germanus Abbas de Wilemow. Rinerius Abba sde Inſula. Joannes Abbas de Kradiſt. Bertholdus Abbas de Siloa. Germanus Abbas de Luthomisl. Bonifacius Abbas de Cradiſt. Florianus Abbas de Luca. Wernſtrus Abbas Sanctæ Crucis. Walcherus Præpoſitus Naumburgenſis. Wedo Abbas de Cocinio. Gerhardus Abbas de Luvielde. Marquardus Abbas de Swietla. Henricus Ducis Auſtriæ Protonotarius. Marquardus Præpoſitus S. Hippolyti. Bavarus, Budiwoy. Borſuta, Iaroſs.

Witko, Henricus frater ejus, Bohuslaus, Swatoslaus, Sulislaus, Bolak Diwiſs, Barones Boëmiæ.

Nos igitur intuitu Omnipotentis Dei, & in Beatorum *Viti, Wenceslai Adalberti*, & aliorum Patronorum Bohemiæ gloriam & honorem, nec non ad præfati Archi-Epiſcopi devotam ſupplicationis inſtantiam, meritis ipſius, quibus pro magnificatione dignitatis Regiæ, & tranquillo Regnicolarum ac fidelium noſtrorum Statu, conſtanti fortitudine fideliſſimè laboravit, diligenter & gratioſæ deliberationis affectu dignanter aſpectis ſupradictas litteras in omnibus ſuis ſententijs, capitulis, punctis, clauſulis & tenoribus, de verbo ad verbum, prout exprimuntur ſuperiùs, animo deliberato, non per errorem aut improvidè, ſed nonnullorum Sacri Imperij & Regni Bohemiæ Principum, Baronum, & Procerum, fidelium noſtrorum accedente conſilio, ac de certa noſtra ſcientia approbamus, ratificamus, & de Regiæ poteſtatis plenitudine confirmamus, ſupplentes omnem defectum, ſi quis in præmiſſis litteris obſcuritate & defectu verborum aut ſententiarum ſeu interpretationis dubio, aut alio quovis modo compertus fuerit, de Romanæ Regiæ plenitudine poteſtatis. Nulli ergò penitùs hominum liceat hanc noſtræ approbationis, confirmationis, & defectuum ſuppletionis paginam infringere, vel ei auſu quovis temerario contraire ſub pœna mille marcarum puri argenti, quos ab eo, qui contravenerit, irremiſſibiliter exigi volumus, & earum medietatem noſtri Regalis ærarij Smefici, reſiduam verò injuriam paſſorum uſibus applicari. Se quitur Confirmatio Caroli IV. Teſtes literarum Caroli IV.

Illuſtri Rudolpho Duce Saxoniæ, Sacri Imperij Archimareskallo. — — — — Principibus.
Burchardo Magdeburgenſi Burggravio. — —
Wladislao Duce Teſſinenſi. — — —

Wilhelmo de Lantſtein Burggravio Pragenſi. — — Baronibus.
Yoſtone de Rozemberck Camerario. — —
Andrea de Duba Cudario. — — —
Wankone de Wartenberk, Princerna Regni Bohemiæ. —

To-

Thobia de Kamentz. — — —
Burhardo de Cimburk. — — —
Boczkone de Kunſtat — — — Baronibus.
Jaskone de Zvirzeticz.
Buſkone de Wilharticz. — — —

Fidelibus noſtris teſtibus ad præmiſſa; præſentium etiam ſub noſtræ Majeſtatis ſigillo teſtimonio literarum. Datum Pragæ, per manus Venerabilis *Preczlai Wratislavienſis Epiſcopi, Aulæ Regiæ noſtræ Cancellarij* vice Venerabilis *Gerlaci Moguntini* Archiepiſcopi Sacri Imperij per Germaniam Archicancellarij, anno Domini M. CCCLII. Indict: V. quarto Idus Maij, Regnorum noſtrorum anno VI.

XL.

Literæ Caroli IV. Imp. ad Capitulum Pragenſe enumerantis Reliquias &c. quas Treviris obtinuit.

Honorabilibus Decano, Scholaſtico, Totique Capitulo Sanctæ Pragenſis Eccleſiæ, devotis noſtris dilectis, 1354. 7. Febr. *Carolus Dei gratia Romanorum Rex Semper Auguſtus, & Boëmiæ Rex. Devoti dilecti.*

DUm his diebus proximè tranſactis, poſt obitum felicis memoriæ Venerabilis Baldvini Archi-Epiſcopi Trevirenſis, Principis & Patrui noſtri cariſſimi, triſtes de obitu ipſius in *Moguntina Civitate*, in Civitatem *Trevirenſem* veniremus. Conſolator ille Paraclitus Spiritus in tribulatione nos dignatus eſt inibi mirificè conſolari; omnem ab oculis noſtris abſtergens lacrymam, mœſtitiæque noſtræ triſtitiam convertens, in lætitiæ & jucunditatis gaudium, & ſolamen: Dum nobis *S. Reliquiarum* Pignora ibidem occurrunt, quæ dudum in votis Regijs præcipua, ardenti deſiderio geſtabamus. Et quanquam magnas & innumerabiles pecuniarum quantitates ab *Electo & Capitulo Eccleſiæ Trevirenſis*, juſtè & rationabiliter ac ſinè ulla reprehenſione habere potuiſſemus; Regalis tamen dignitas ipſas reſpuens, cenſuit theſauros hujusmodi Cœleſtes & Spirituales, quos nec tinea demolitur, ærugo non conſumit, nec fures effodiunt, vel furantur: videlicet *Reliquias* infrà Scriptas ab eisdem Clero & Capitulo, licèt invitis, & cum dolore, cordis eorum obtinere. Et niſi pro tunc ipſa *Trevirenſis Eccleſia* deſtituta fuiſſet Paſtore, & ut eò promptiores eſſemus, partes noſtras interponere in promotione Eccleſiæ præ-

Carolus IV. Treviros profectus

Vbi ſanctorum reliquias obtinet.

prædictæ apud Sedem Apostolicam, eámq; Regiæ Celsitudini nostræ recommissam dignaremur habere, nequaquam præfatas Reliquias habuissemus ab eisdem. Habuimus igitur in DEI nomine, & ob Reverentiam & honorem ac devotionem internam mentis nostræ, quam semper gessimus, & gerere volumus *B. MARIÆ Virginis gloriosæ*, Et ob reverentiam vivificæ *S. Crucis* D. nostri JESU CHRISTI, nec non ad Reverentiam *SS. Patronorum* nostrorum *Viti, Wenceslai, Adalberti*, & aliorum SS. Patronorum nostrorum *Regni nostri Bohemiæ:* & præsertim ad honorem & exaltationem *S. Pragensis Ecclesiæ*, volentes eam multiplicibus Sanctorum Reliquijs gloriosiùs insigniri.

Et primò in Ecclesia ipsa *Trevirensi*, certam partem *de ligno Crucis Dominicæ*, quod manu nostrâ propriâ præscidimus, quod quidem lignum Crucis prædictæ, *B. Helena Constantini Mater* de Hierusalem rediens ad Trevirensem Civitatem secum attulit, ubi tunc domicilium habuit, & ubi Natalis sui originem duxerat; ab ipsis Clero & paucis de Capitulo, valdè clandestinè habuimus & secretè. Præterea tertiam partem *Pepli B. Mariæ Virginis* gloriosæ habuimus ad S. Maximinum, in domo in qua habitare solebat ipsa *B. Helena* cum *Constantio* Consulari Urbis Romæ, *Patris Constantini* Imp: prædicti; quam postea per *S. Agritium Patriarcham Antiochenum* in Ecclesiam ipsam *S. Maximini* consecrari procuravit; qui Sanctus Patriarcha in eadem Ecclesia corporaliter requiescit; quod quidem *Peplum* gloriosum & omni devotione venerandum, prædicta *B. Helena* secum de Hierusalem *in Trevirensem Civitatem* apportavit; & reposuit in *Monasterio S. Maximini*, quod fundaverat ut prædicitur prælibato, quod quidem *Peplum Venerandum de Septimo in Septimum* annum ibidem, secundum Indulgentiam Romanorum Pontificum, *in Monasterio S. Maximini* omni populo publicè solet ostendi, sicuti aliæ Reliquiæ B. MARIÆ Virginis *Aquisgrani* in publico, anno septimo demonstrantur. Item habuimus in Ecclesia *Trevirensi* prædicta, à præfatis Clero & Capitulo, *de Mannate Domini* ad instar & modum unius parvi panis formati, unam de quinque formellis, quas eadem *B. Helena* de Hierusalem in *Trevirim* secũ attulit, cum alijs supradictis. Præterea habuimus *partem baculi* B. Petri in latitudine trium digitorum, scilicet inferioris partis Baculi, quam manu propriâ serrâ præcidimus, quo resuscitatus fuit *B. Maternus* post quadraginta dies, de quo legitur prout nôstis, in decret. *Cùm venisset*, de Sac. Unct. Item partem de Calcamentis *B. Apostoli Andreæ, & partem Catenæ ferreæ* B. Petri Apostoli, in Ecclesia præfata à personis prælibatis.

obtinet partem Crucis Dominicæ.

Tertiam partem Pepli Beatissimæ V.

partem de Manna.

partem baculi S. Petri.

partem calceam. S. Andreæ Ap. & partem Catenæ S. Petri.

Cæterùm inde perreximus ad Ecclesiam *B. Matthiæ* Apostoli *Treviren.* & aperiri rogavimus tumbam *B. Matthiæ* prædicti Apostoli, quæ nunquam solita fuit aperiri, habuimus inde *Articulum digiti* de Reliquijs ipsius *B. Matthiæ*, & partẽ *de Reliquijs B. Philippi Apostoli*, quas quidẽ omnes

Articulum digiti S. Mathiæ Apostoli & de Reliqu. S. Philippi Ap.

& ſingulas partes Reliquiarum attulit ſæpe dicta *B. Helena*; excepto *baculo prædicto* per *S. Petrum* miſſo, de quibus nunquam aliquid datum extitit ſeu diviſum. Deinde deſcendentes ad Monaſterium *Cartuſienſe*, fundationem dicti *Treviren. Archi-Epiſcopi* patrui noſtri cariſſimi, habuimus Sigillum ſecretum in *Annulo* ſculptum, olim inclyti *Henrici Romanorum Imp:* avi noſtri cariſſimi. Item habuimus ibidem digitum unum ipſius *Henrici Imp:* abſciſſum de manu ſua per quosdam devotos & Religioſos viros, ob reverentiam & venerationem ipſius, quam ad eum ex multa devotione habebant, propter ipſius merita & teſtimonium bonæ vitæ ſuæ. Item ibidem habuimus *pectorale cum Reliquijs* SS. ipſi pectorali incluſis, quod ipſe *Henricus Felix Imperator* dum viveret, in ſuo collo cum devotione appendere & geſtare ſolebat. Quæ omnia præfatus *Trevirenſis Archi-Epiſcopus* Zelo dilectionis magnæ, quem ad tantum fratrem, & germanum cariſſimum, etiam jam defunctum ac ſi adhuc viveret, habebat continuè penes ſe gerens ſub fida & ſolerti cuſtodia. Poſtremò habuimus in *Eccleſia Trevirenſi* ab Adminiſtratoribus Eccleſiæ ipſius unum *annulum* valdè gratum, qui fuerat ſæpe fati *Henrici* Avi noſtri, cum gemma habente colorem quaſi Rubini, cujus virtute, & tactu reſtringitur ſangvinis fluxus.

Inſuper accedentes ad Monaſterium *Horrei Dominarum*, in *Trevirenſi* Civitate ſupradicta, quod fundavit, olim *Imperator Dagobertus*, tradens ipſi Monaſterio *B. Hermigardem filiam ſuam*, relinquens ibidem membra ſua & *Reliquias* unius *S. Innocentis*, ſuper quibus fundatum fuit *Monaſterium* prælibatum; de quibus *Reliquijs* recepimus *unum Brachium* cum ſuis *quinque digitis*, pelle & carne & ungulis veſtitis, & contectum, quæ habuimus ibidem cum magna difficultate à *Canonicabus* prædictis; verùm quia Magiſtra nocte proximè præcedente defuncta fuerat, *Canonicæ* prædictæ volentes nobis in hoc complacere, ſub ſpe promotionis in *Magiſtram*, nobis jam *dictum Brachium eò promptiùs* tradiderunt, quamvis non nihil invitæ.

Brachium unius SS. Innocentium ex Bethleem.

Volumus itaq; & veſtram hortamur devotionem, quatenus receptâ & aſſumptâ nobis cum exinde conſolatione, ſincerâ & devotâ mente cum Clero veſtro, Deum velitis pro nobis jugiter exorare. Volumus tamen (cùm pauciſſimæ perſonæ, *Clerus*, *Præpoſitus*, *Decanus & Cuſtos* duntaxat, *Adminiſtratores Eccleſiæ* modernæ vacantis prædictæ, qui omnes ſunt quaſi *de Comitatu Lucemburgenſi* nativitate oriundi; in alijs verò Monaſterijs Abbas & Prior cum Sacriſtanis non credentibus nos illuc causâ Reliquiarum habendarum veniſſe, ſed potiùs ad videndas ſolummodò easdem; *Civitas autem Trevirenſis* nobis obedientiam jam fecerat, & ipſi hoc videntes ſeſe nobis opponere non audebant in hac parte) defacto Reliquiarum ipſarum notitiam habeant, ut hoc nuncium *in Secreto habeatis*, neminiq; pandatis, prop-

Treviris Lucemburgici Prælati.

propter pericula viarum, præterquam Venerabili *Arnesto Archi-Episcopo Pragensi* cui consimiles scribimus literas, donec certos nostros nuncios cum ipsis Reliquijs pro parte nostra, ad vestram præsentiam pervenire contingat. Præterea scire velitis, quòd intentionis nostræ sit omnimoda voluntas, ut *partem illam Baculi* inseramus *Baculo Pastorali Archi-Episcopi Pragensis*, ut sicuti pallio *B. Petri* vestiri dignoscitur, sic & suo *Baculo* ipse *Archi-Episcopus* & Successores sui in ipsa *Pragensi Ecclesia* utantur temporibus perpetuis in futurum; quod novum erit in prædicta *Ecclesia Pragensi*, nec alibi, in toto orbe terrarum credimus posse huic simile reperiri: facturi nobis in præmissis omnibus & singulis, & eorum quolibet, gaudium singulare. Datum *Treviris* sub annulo & sigillo Secreto prædicti *Henrici Imp:* die 7. Mensis Februarij, Regnorum nostrorum anno VIII.

Mandat inseri partem baculi S. Petri in pedum Archiepiscopi. quod & factum.

XLI.

Literæ Caroli IV. Imp. donantis Ecclesiæ Pragensi Reliquias, quas Treviris acceperat diversas à prioribus, quæ hîc enumerantur.

1354. in Martio.

CAROLUS *DEI Gratiâ Romanorum Rex Semper Augustus, & Bohemiæ Rex.* Venerabili Arnesto Archiepiscopo Principi, & Honorabilibus Prziedbogio Decano, Sdeslao Scholastico, totiq; Capitulo Sanctæ Pragensis Ecclesiæ devotis nostris dilectis, Gratiam Regiam & omne bonum. Pacificus Rex & Regum Dominator DEUS Magnificus, *qui facit mirabilia magna solus* in sublimibus pariter, & in imis, aperiens manum suæ potestatis, & largitionis, simul quoque implens omnia bonitate, ad hoc nos licèt immeritos, principalis in Monarchia constituit dignitatis, *biniq; Regni* contulit dignitatem, ut si ad aliqua extrinseca debita sollicitudo nos provocat, & noctes plerúmq; ducamus insomnes, ut subditi nostri sub tegimine dignitatis Regiæ queant vivere quietè; ad ea tamen, quæ incrementa cultûs Divini, & Sanctorum Venerationem prospiciunt, tantò faciliùs & solertiùs convertamus aciem nostræ mentis, quantò prona justitia manus ejus, nostrum præ cæteris mortalibus excelsiùs nomen erexit, & solium suæ clementiæ roboravit, & honorem splendoribus licèt insufficientibus meritis voluit gloriosiùs insigniri.

Officium boni Regis, & amor ergo subditos Caroli IV.

Sanè cum sicuti novit ille, qui nihil ignorat, cordi nobis sit honor & decus *S. Pragensis Ecclesiæ* præfatæ, cujus Zelus comedit viscera nostræ mentis, quæ nos in lavacro lavit Baptismatis, in sinu quoq; suo regeneravit, refovit, & ùt Mater in fide Orthodoxæ S. Apostolicæ & Catholicæ Ecclesiæ educavit & docuit. Ad honorem itaq; & exaltationem ipsius, in Christi nomine, & ob reverentiam *gloriosissimæ Virginis MARIÆ Matris* ipsius DEI, & BB.

Amor Caroli IV. in Eccl. Pragensem.

Enumerat priores Reliquias.

& BB. Martyrum Patronorum noſtrorum, *Viti, Wenceſlai*, *Adalberti* & *Procopij*, & aliorum Sanctorum, quorum Reliquiæ & Corpora inibi, & in *Regno noſtro Bohemiæ* feliciter continentur, damus & donamus *eiden Pragenſi Eccleſiæ*: In primis *partem tertiam de ligno Dominicæ Crucis* quod manu propriâ præcidimus, quódque vivificæ, & Sanctæ Crucis lignum, Beatiſſima *Helena* Mater Imperatoris Conſtantini, *de Jeruſalem ad Trevirenſem* rediens Civitatem ſecum attulit, ubi pro tunc habitationem & domicilium ſuum habuit, & ubi natalis ſui originem duxerat, al *Boëmundo Electo*, & paucis de Capitulo dictæ *Trevirenſis Eccleſiæ*, clandeſtinè & ſecretè habitam & obtentam. Secundò *tertiam partem pepli* glorioſiſſimæ Mariæ Virginis &c.

Quas & quæ omnia & ſingula, veſtræ devotioni & Eccleſiæ veſtræ Pragenſi memoratæ per honorabiles *Neplachum Monaſterij Opatovicenſis Abbatem Ordinis S. Benedicti*, & *Weliſlaum Decanum Saczenſem Concanonicum* veſtrum, Capellanos noſtros devotos dilectos, & *Haſkonem de Zwirzeticz Cameræ noſtræ Regiæ Magiſtrum* fidelem dilectum, Nuncios & Ambaſſatores, ad hæc per nos ex certa noſtra diſpenſatione & ſcientiâ ſpecialiter deputatos, duximus transmittendos: volentes & devotionem veſtram obſecrantes per viſcera pietatis JESU Chriſti, ſinceris affectibus quatenus apud *Deum*, & ipſius *Genitricem Virginem Mariam* glorioſam ac præfatos Beatiſſimos *Martyres Patronos* & interventores noſtros cum Clero & populo veſtro devoto, pro nobis velitis devotis mentibus exorare, ut DEUS multiplicatis interceſſoribus, propellens langvores, ſalutem mentis & corporis, & vitam nobis tribuere dignetur æternam.

Capituli precibus ſe ſummopere commendat Carolus Imper.

In quorum omnium teſtimonium atq; robur, præſentes literas conſcribi, & ex certa noſtra ſcientia, noſtræ Majeſtatis Sigilli munimine juſſimus communiri. Datum & Actum *Metis*, ſub teſtimonio & in præſentia Venerabilium *Gerlaci* Moguntinenſis, & *Wilbelmi* Colonienſis Eccleſiarum Epiſcoporum; *Dagoberti* Leodienſis, *Ademari* Metenſis, *Joannis* Olomucenſis, *Joannis* Litomyſslenſis, *Protivæ* Segnienſis Eccleſiarum Epiſcoporum, *Boëmundi* Electi Trevirenſis, & *Bohuſſy* Lithomericenſis Præpoſiti, nec non illuſtrium *Ruperti* Senioris & *Ruperti* junioris Ducum Bavariæ & Comitum Palatini Rheni, *Wenceſlai* Ducis Lucenburgenſis, *Wladiſlai* Teſſinenſis Ducis; *Wilhelmi* Juliacenſis, *Ruperti* Pontenſis Marchionum; *Gebhardi* de Wirtemberg, *Valeriani* de Spanheim, *Joannis* de Saraponte, *Henrici* de Hoënſtein, *burchardi* de Hardek, *Alberti* de Anhalt Comitum, & *Burchardi* Burggravij de Magdeburg, & aliorum pluribus rimorum Procerum & Principum, & Devotorum & Fidelium Imperij & noſtrorum; per manum Venerabilis *Joannis* Lithomiſslenſis Epiſcopi præ-

Teſtes literarum.

prædicti *Cancellarij nostri*, Anno Domini 1354. Indictione Septimâ. X. Calend. Aprilis, Regnorum nostrorum anno VIII.

XLII.

Carolus IV. Imp: enumerat SS. Reliquias, ubi, & quo loco eas acquisierit; quas postea Regno Bohemiæ, & Ecclesiæ Pragensi donavit, sub aurea Bulla.

CAROLUS DEI Gratiâ Romanorum Rex Semper Augustus, & Bohemiæ Rex. Venerabilibus *Arnesto* Sanctæ Pragensis Sedis Archi-Episcopo, Episcopis, Principibus, Præpositis, Decanis, Canonicis, Capitulis, Collegijs, Abbatibus, Prioribus & Religiosis quibus libet, Baronibus, Nobilibus, & Universitatibus Cleri & populi prædictarum Diœcesium, nostris, *Regni & Coronæ Bohemiæ* fidelibus, ad quorum notitiam præsentia contigerit pervenire, Gratiam Regiam & omne bonum. *Ineffabilis* Divinæ Misericordiæ pietas, & consiliorum ejus imperscrutabilis latitudo, sicut Statûs nostri magnitudinem, de immensæ virtutis arcano, non exigentibus meritis nostris quâdam singulari prærogativâ fecit insignem, ut dum universalibus mundi gubernaculis præsidemus, in pacis amænitate lætetur, sub felici nostro regimine, populus Christianus; Sic juxtâ desideria nostri cordis, *generosam illam plantaginem Matrem nostram dignam DEO, Sanctam Prag. Ecclesiam, Regnum & Coronam Bohemiæ, & subditum Majestati nostræ fidelem populum, gratâ benignitate respexit.* Nobis tot & tantorum *Martyrum, & SS. Reliquias*, felicissimè ministrando, ut qui pridem cum subjectis nobis fidelibus Zelo, & amore fidei Orthodoxæ, ad Divini nominis cultum aspirasse dignoscimur, nunc Creatorem & Plasmatorem omnium in sanctis suis, quorum obtinuimus, ipso disponente, Reliquias devotissimè veneremur. Amor mirus in Eccl: Prag. Caroli IV.

Sanè dum lapsu transacti temporis egrederemur *Regnum Bohemiæ*, & ad dispositionem felicem honoris, & Statûs *Sacri Romani Imperij* ad partes Alemanniæ nostra procederet Regia Celsitudo, Magnificus ille Conditor & Illuminator claritatis æternæ pedes nostros benignâ miseratione direxit; Et dum *Civitatem Augustensem* nobis, & sacro subjectam Imperio, sicut hoc Divina clementia curavit admittere, tam prosperè quàm feliciter venissemus, ecce qualiter *Venerabilis ejusdem* loci Episcopus, unà cum Venerabilibus Prælatis, Canonicis, & Capitulo Ecclesiæ supradictæ, Majestati nostræ infrà scriptas *Reliquias* liberaliter erogavit: Primò de *Cingulo B. MARIÆ Virginis; & de Ossibus B. Narcissi M. Item de Vexillo B. Odalrici*, qui sicuti fide digna tenet assertio, fuit Episcopus Ecclesiæ supradictæ, Item in eadem Augustensi Civitate de Monasterio *B. Odalrici*, ordi- Quæ Augustæ Vindelicorum ex Reliquijs SS. Impetraverit. De Cingulo B. V. de Ossibus S. Narcissi. De vexillo & brachio S. Vdalrici.

De Capite S. Hilariæ, & S. Dionysij.

ordinis S. Benedicti, obtinuimus tales Reliquias: primò *de Brachio B. Odalrici*: Item anteriorem partem Capitis *B. Hilariæ Martyris Reginæ Cypri* & Matris *S. Affræ*: Item posteriorem partem capitis *S. Dionisij* fratris Beatæ *Hilariæ* prædictæ, primi *Episcopi Augustensis*. Ac demum in Monasterio Campidonensi Ordinis S. Benedicti ejusdem Augustensis Diœcesi obtinuimus tales Reliquias: primò *de Tunica inconsutili Salvatoris*; *de præsepi & pannis involutionis* ejusdem, & *de veste purpurea Domini nostri*; quas quidem Reliquias Magnus ille *Carolus* Imperator donaverat Monasterio supradicto: item de ossibus *Gordiani & Epymachi* MM. Denique felix illa *Constantia* affectu felici, adventum nostræ Majestatis accipiens, donatione infrà scriptorum munerum, nostram decrevit præsentiam honorare, dum Episcopus & Capitulum ibidem, nobis infra scriptas *Reliquias* erogarent; primò *Scapulam cum ossibus, carne & cute B. Pelagij M.* qui Patronus in eadem Ecclesia veneratur: Item *de Brachio B. Conradi Confessoris* ejusdem Ecclesiæ Episcopi; *de capitibus Beatorũ Pontificum & MM. Patricij & Metelli.* Item de Monasterio *Petershusen* Civitatis ejusdem obtinuimus *de Capite B. Gregorij Papæ*, quod B. Gebhardus Constantinensis Episcopus, ex munere cujusdam Romani Præsulis, de Roma portavit; Item *de Reliquijs B. Gebhardi* Fundatoris Monasterij supradicti. Et in Monasterio B. Udalrici Civitatis præfatæ, obtinuimus particulam *de Capite B. Udalrici Confessoris.*

De Tunica inconsutili Christi, de præsepi & pannis, de veste purpurea ejusdem &c.

S. Pelagij. S. Conradi. &c. S. Gregorij Papæ. S. Gebhardi S. Udalrici. S. Galli. S. Othmari De Sangvine Christi. De lacte B. V. de corp. S. Marci, S. Januarij de capite S. Barth. &c.

Abinde versùs *Monasterium S. Galli*, optatis gressibus procedentes, altare in quo *Corpus B. Galli* jacebat fecimus aperiri, de cujus apertura hominum memoria non habetur; & aperto monumento, quod in altari erat reconditum, obtinuimus tales *Reliquias*: videlicet majorem partem *Capitis B. Galli Confess*: cum aliquibus Ossibus suis; Et aperto altari *S. Othmari* in eadem Ecclesia, ac revulso monumento, quod erat sùbtus altare, ubi *Corpus B. Othmari* Confess: jacebat, recepimus caput ejusdem, cum aliquibus suis sacratis Ossibus; *posteriorem tamen ibi capitis* particulam relinquentes. Deinde in Monasterio majoris *Augiæ*, quod ab *Augusta* Potentia nomen accepit tales sumus *Reliquias* assecuti; videlicet *mediam partem cujusdam Crucis concavæ*, in cujus una planicie imago Beatissimæ Virginis, in modum Crucis invenitur extensa, super cujus Capite apparet una manus, quasi de Superioribus benedicens: in cujus concavo *Sangvis Domini nostri fuit reconditus*, quam quidem Crucem *Asam* Urbis Hierosolymitanæ præfectus, *Magno Imperatori Carolo* per manus *Hubaldonis* dicti loci Abbatis & *Humfridi* Ducis Istriæ, legitur transmisisse. Item *partem Corporis B. Marci Evangelistæ*: Item *de lacte B. Virginis*: Item medietatem *Corporis B. Januarij M. Beneventani Episcopi*, & duorum Sociorum ipsius: Item de Capite *B. Bartholomæi Apostoli*; Item medietatem Cor-

Videatur de hoc sangvine Christi Augiam allato Regino. append: ad A 923. Herm. Cõtract. Chr. ad annum eund. Mariã. Scotus l. 3. ætat. 6. ubi addit: *Fortè ille Sangvis, qui de Imagine Christi confluxerat, cùm in Beryto Civitate Judeæ patiebatur, eadem, quæ, & Dominus passus est ab eis.* Sigebertus in Chr. eadem apponit.

Corporum *B. Fortunatæ V.* & *M. Carponij Prisciani, & Evagristi fratrum* Virginis supradictæ. Et cùm pervenissemus in *Sekym* obtinuimus de Reliquijs *B. Fridlini Abb:* Et in Halsla Argentinensis Diœcesis, magnam partem Corporis *S. Florentij* Argentinensis Episcopi & Confessoris. Et venientes in *Andelach* Monasterium Sanctimonialium, Ordinis S. Benedicti, quod *B. Rychardis* uxor *Caroli II.* Romanorum Imperatoris devotè fundavit, obtinuimus *partem corporis B. Lazari*, quem Deus Omnipotens â mortuis suscitavit: quam quidem partem prædicta Imperatrix dignissima, ad locum præfatum de Civitate *Marsilia* reportavit. Cúmq; ad Monasterium *Ersheim* Sanctimonialium Ordinis *S. Benedicti* ejusdem Argentinensis Diœcesis quod uxor *Lotharij* Imperatoris piè fundavit, gratis Successibus veniremus, data est nobis *anterior pars capitis, & magna pars capitis, & magna pars corporis B. Urbani Papæ & M.* quas Reliquias Leo Papa attulit Monasterio supradicto, & quædam etiam particula capitis *B. Sixti Papæ & M.* nobis obvenit ibidem.

Pars corporis S. Florentij &c.

& S. Lazari

& S. Urbani

Abinde etiam in Monasterium *Weissenburg* Spirensis Diœcesis, fundationis *Dagoberti* Imp: venientes, obtinuimus medietatem Corporum *Sergij & Bacchi MM.* Beatorum, & particulam cujusdam *Cinguli B. Virginis*, & de *Alba Veste* in qua *Christum* sprevit Herodes, & illusum remisisse legitur ad Pilatum; Postremò in Civitate *Moguntinensi*, per Venerabilem loci Archi-Episcop: & Abbatem Monasterij *S. Albani*, in ipso Monasterio obtinuimus *Reliquias* infra scriptas: primò, *de mensa Cœnæ Domini*; *de fascia*, quâ Christus involutus legitur Evangelicâ veritate; *De Sudario Christi*, & magnam partem capitis *S. Vincentij M. & Levitæ*; quas *Reliquias* Magnus Imperator *Carolus*, ob amorem Imperatricis *Vastradæ* secundæ suæ Consortis, in eodem Monastero sepultæ, noscitur eidem Monasterio erogâsse. Item magnam partem corporis *B. Albani*, magnam partem capitis *B. Justinæ M. & V.* & partem brachij *B. Aurei M.* primi præsulis seu Pontificis Moguntini.

Medietas Corporis SS. Sergij & Bacchi. De alba Veste Christi. De Cingulo B. V. De Mensa Cœnæ Domini de fascijs, de Sudario. Pars Capitis S. Vincentij. Pars corporis S. Albani. pars capitis S. Justinæ, & Brachij S. Aurei.

Susceptas igitur modo supradicto Venerandas *Reliquias*, animo deliberato, & sicut hæc Divini Numinis inspiratione recepimus, ad consolationem totius *Regni & Coronæ Boëmiæ*, in salutem subjecti nobis populi, Sanctæ Matri nostræ *Pragensi Ecclesiæ*, velut aliarum Capiti & Magistræ, dignum duximus liberaliter erogandas, ut dum tanti Capitis veneranda solemnitas tanti Numinis grato fuerit solatio recreata, svavitatem rivi mellifluí, de fontis dulci scaturigine prodeuntis fluenti copia non ignoret; & in membra transfundatur feliciter salus, & benedictio Capitis exaltati. *Caput vero S. Galli*, Ecclesiæ Parochiali in novo foro Majoris Civitatis nostræ Pragensis, ubi *B. Gallus* Patronus existit, eâ ratione donavimus, ut populus Parochialis ejusdem Ecclesiæ, de tanti sui Patroni digna præsentia, & nostræ Majestatis grata solicitudine glorietur. Vos igitur fideles nostros & sub-

Has omnes Reliquias donat Ecclesiæ Pragensi Carolus IV.

Caput S. Galli donat Parochiali Ecclesiæ S. Galli in Urbe Veteri Pragæ.

ſubditos, quos in Parte & Domino noſtro JESU Chriſto exiſtimamus no bis ſpirituali fraternitate conjungi, in Salvatore omnium requirimus & hortamur; quatenus de adventu tampreciosi cœleſtis donarij; & tanto rum MM, & Electorum DEI, nunc aſpirante gratiâ mentis, & animi læ titia gaudeatis; dignas ei agentes gratias, qui nobis vires præbuit, infudi ſolertiam, roboravit & animum, tantorum vobis donorum Cœleſtiun ſolatia præparare, atq; Sanctos eosdem reverenter ſuſcipire, & adventun ipſorum debitis cæremonijs, & exquiſitis laudibus prævenite; diem cele britatis *allationis Reliquiarum* hujusmodi ſub certo anni tempore, ſicu tibi *Archiepiſcopo* viſum fuerit, ob amorem noſtri, & ut noſtris ſatisfia affectibus, ſtatuendo, quem totus Regni populus teneatur ſub pœnis de bitis, quoties annali revolutione redierit, cum ſolemnitate debita vene

Dies Allationis Reliquiarum in Boh. celebris.

rari; ut ipſi nos in *Cœlis* dignentur ſuſcipere, & diem extremi examinis apud diſtrictum illum Judicem, gratis orationibus miſericorditer præve nire; præſtante *D. noſtro JESU CHRISTO*, qui cum Patre & Sancto Spi ritu unus eſt Deus, & Dominus glorioſus. Venerabilibus *Baldvino Tre*

Teſtes ad præmiſſa.

virenſi, Wilhelmo Colonienſi, Gerlaco Moguntino Archi-Epiſcopis, *Albert* Herbipolenſis, *Gerhardo* Spirenſis Eccleſiarum Epiſcopis, Illuſtribu *Ruperto* Seniore, *Ruperto* Juniore Comitibus Palatini Rheni, & Ducibu Bavariæ; *Rudolpho* Auſtriæ, *Alberto* inferioris Bavariæ, *Henrico* Saganen ſi, *Wladiſlao* Teſſinenſi Ducibus; *Wenceſlao* Comite Lucemburgenſi Nobilibus etiam *Gerlaco* Seniore de Naſſau, Joanne & Adolpho natis ip ſius, Joanne & Wilhelmo de Kaczenelbogen, Ulrico Seniore *de Helfenſtein*, Ulrico *de Hanow*, Siffrido de Vitgenſtein Comitibus; Henrico de *Hoënloch* Herbipolenſi, *Bobuſlio de Pardubicz* Luthomericenſis *Eccleſiarum* Præpoſitis, & alijs Baronibus, Proceribus & multitudine fidelium Sacri Imperij & Regni noſtri Boëmiæ, teſtibus ad præmiſſa. Præſentium ſub noſtræ Majeſtatis typario teſtimonio litterarum. Datum Moguntiæ per manus venerabilis *Joannis Luthomyſlenſis* Epiſcopi, Protonotarij noſtri. Anno Domini MCCCLIV. Indictione ſeptimâ, 4. Nonas Ianuarij, Regnorum noſtrorum anno 8.

Subſcriptio Caroli IV. manu ejus auguſtâ.

Hæc ad majus teſtimonium ego Carolus Quartus Romanorum AuguſtusRex, & Bohemorum Rex, manu meâ ſubſcripſi ad perpetuam memoriam.

XLIII.

Carolus IV. aliam partem S. Crucis in Monaſterio Parys Ord. Ciſterc. Diœceſis Baſileenſis obtinet ab Abbate & Conventu, eámq; per Jenczonem de Augezdecz Collegiatæ Eccl. S. Crucis Præpoſitum Wratislaviæ, & Canonicũ Pragenſem Noribergâ transmittit, & donat Eccleſiæ Pragenſi.

CARO-

CAROLUS Dei Gratiâ Romanorum Rex Semper Augustus, & Bohemiæ Rex, Venerabili *Arnesto* Archiepiscopo Pragensi, Principi & Consiliario, ac Honorabilibus Decano, Scholastico & Capitulo Ecclesiæ Pragensis, devotis nostris dilectis; Gratiam Regiam & omne bonum. Zelus devotionis & Amoris, quo circa *Sanctam Pragensem Ecclesiam, venerandam Matrem nostram*, & Beatissimos Martyres, *Vitum, Wenceslaum, & Adalbertum* gloriosos Patronos nostros incessanter afficimur, animum nostrum sollicitat, ut dum de *Sacrarum Reliquiarum* thesauro, per loca Sacri Imperij egregium aliquod, & insigne Clenodium devotorum nostrorum largitione consequimur, per illud eandem Ecclesiam benignitate Regiâ decoremus. Hinc est quòd *lignum vivificæ Crucis* pretiosum, partem illam videlicet, quam inclyta Imperatrix illa *B. Helena*, quæ superno munere almæ Crucis, quæ mundi tulit pretium, inventrix esse promeruit, thecis sive laminis aureis, miro quodam opere expolitis reconditam, *Constantinopolim* quondam legitur attulisse; quámq; processu temporis Religiosus quidam *Martinus* Abbas de Parys Ordinis Cisterciensis in *Alsatia*, tum Apostolicæ Sedis Legatus, vir ùt fertur, vitæ & Religionis mirificæ, ad idem Monasterium honorifice apportavit, prout clarè super hoc, testimonij datæ nostræ Celsitudini litteræ attestantur, in ipso Monasterio, nobis donatam unà cum prædictis thecis sive laminis aureis, vestræ devotioni, per Honorabilem *Jenzonem Præpositum Ecclesiæ S. Crucis Wratislaviensis*, Canonicum vestrum, Capellanum & devotum nostrũ dilectũ, pro perpetuo decore & honore, dictæ *Pragensis Ecclesiæ*, ac Spirituali vestro, & aliorum Regnicolarum Bohemiæ solatio, destinamus. Hanc igitur cum jucunditate Spiritûs, Hymnisq; & Canticis, dignâ studeatis devotione suscipere, susceptámq; eò ampliori reverentiâ venerari, quo per illam membris quondam Dominicis, tanquam margaritis ornatam, humanum genus uberiora constat beneficia percepisse salutis; Ut autem dictæ *Venerandæ Crucis* certitudo, à modernis deducatur ad posteros, & dubitationis tollatur occasio, præsentes vobis Regales dirigimus literas, Sigilli Majestatis nostræ munimine roboratas. Datum *Nurnberg.* die 23. mensis Septembris, Indictione septimâ, Anno D. 1354. Regnorum nostrorum anno 9.

1354. 23. Sep:

Amor Ecclesiæ Pragensis in Carolo.

Portio S. Crucis ab Helena Constantinopolim allata.

Donatur Eccl. Prag. cum laminis aureis.

XLIV.

Carolus IV. pergens Mediolanum, & inde Romam ad capessendas Coronas à Nicolao Aquilegiensi fratre suo, obtinuit partem Evangelij S. Marci propriâ Evangelistæ manu conscripti, pluresque alias Reliquias; quæ omnia donat suæ Ecclesiæ Pragensi.

1354. ultimâ Octobris.

CAROLUS DEI Gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex. Princeps & devoti dilecti. Noverit veſtra devotio quòd nuper ad fines; Italiæ procedentes in *Eccleſia Aquilegienſi* invenimus *librum Evangelij S. Marci Evangeliſtæ*, latinis literis in Septem quaternis *propriâ ejusdem S. Evangeliſtæ manu* conſcriptum; cujus duos quaternos ultimos, inſtantiâ magnarum precum obtinuimus, vobisque pro decore *S. Pragenſis Eccleſiæ* matris noſtræ per Nobilem *Ludovicum de Hoënlob* dirigimus; prout in literis Regiæ Majeſtatis noſtræ Sigillo dependenti ſignatis evidentiùs eſt expreſſum. Et nihilominus in ſignum affectionis, quâ prædictum librum, quin imò *Eccleſiam Pragenſem* ſincerè complectimur, jam diſpoſuimus pulchrum & pretioſum, ex auro & margaritis, pro eodem libro confici apparatum pretij duorum millium florenorum, menſurâ jam quidem aſſerum ejus acceptâ, ita ut dum apparatum ipſum vobis, DEO volente, in brevi miſerimus, aliud non reſtabit niſi prædicto libro, apparatum hujusmodi applicare. Quo circa devotionem veſtram attentè requirimus & hortamur, volentes, quatenus cum univerſo Clero Civitatum, & ſuburbiorum noſtrorum Pragenſium, tam *Exemtorum*, quàm non Exemtorum locorum, eidem libro obviam veniatis, & jucunditate ſpirituali, & gaudio ſuſcipiatis eundem. Et quoniam Eccleſiaſtica traditio ſtatuit *Evangelium* in Eccleſijs â Diaconis decantari; quanto majorem poteſtis in dicti *Evangelij* ſuſceptione, Diaconorum Sacris veſtibus Diaconalibus indutorum, numerum congregetis. Conſequenter verò concedente Domino, *Caput S. Victoris M.* dictæ Pragenſi Eccleſiæ transmittemus. Datum Feltri, die ultimo Menſis *Octobris*, Regnorum noſtrorum Anno nono.

S. Marci autographum.

Apparatus pro eo libro ex auro & margaritis.

Supplicationem imperat, & Diaconorū maximum numerum congregari.

XLV.

De eodem Evangelio S. Marci Caroli IV. literæ.

1354. ultim. Octobris.

CAROLUS DEI Gratiâ Romanorum Rex, ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex. Venerabili Arneſto Archiepiſcopo Pragenſi, Principi & Conſiliario, ac honorabilibus Przedwogio Decano, Sdenkoni Scholaſtico, & Capitulo S. Pragenſis Eccleſiæ devotis noſtris dilectis, Gratiam Regiam & omne bonum. Excitat cor noſtrum illius intimi amoris integritas, quo circa *Prag: Eccleſiam* prædictam, *Almam Matrem noſtram*, in qua ſalutiferæ regenerationis ſumus lavacro delibuti, & circa glorioſos Martyres *Vitum*, *Wenceſlaum*, *Adalbertum*, *quinque fratres*, nec non *Procopium*, & *B. Ludmillam* Patronos noſtros ardenter afficimur, ut eandem Eccleſiam jugi ſemper honore & reverentiâ, devoto animo veneremur, & pio deſiderio proſequamur, & de ejus exaltatione, multifariæ ſolli-

Amor Pragenſis Eccleſiæ in Carolo.

ſollicitudinis ſtudio, quantum cælitùs conceſſum fuerit, intendamus; quod tunc nos exequi ritè, perpendimus, dum dictæ theſauris aggregamus Eccleſiæ quicquid per terras, & loca Sacri Imperij, cujus DEO propitio, licèt immeriti moderamur habenas, de theſauris Sacrorum locorum, pretioſum nobis & nobile miniſtratur. Hinc eſt, quòd dum ad *Patriarchā Aquilegienſem*, vias noſtras dexterâ Domini propitiùs dirigente, pridie veniſſemus, invenimus in *Eccleſia Aquilegienſi totum librum Evangelij S. Marci Evangeliſtæ*, latinis litteris in ſeptem quaternis, propriá ſuâ manu conſcriptum; de quibus duos quaternos ultimos, devotis precibus nobis obtinuimus elargiri; Qui quomodo illuc pervenerit, in ultimo folio dictis duobus quaternis appoſito. Regiâ manu noſtrâ plenè ſcripſimus, ad rei memoriam ſempiternam. Hos nimirum duos quaternos tantis deſiderijs acquiſitos, vobis, imò dictæ *S. Pragenſi Eccleſiæ*, ad honorem & gloriam DEI omnipotentis, & SS. Patronorum noſtrorum, ac ejusdem Eccleſiæ *Sanctiſsimæ & Dilectiſsimæ Matris noſtræ*, duximus dirigendos; devotionem veſtram affectuoſiùs exhortantes, quatenus tam pretioſum & inſigne Clenodium, prædictum videlicet *Sanctum Evangelium* devotis mentibus Hymnizantes, & cum ſpirituali jucunditate cantantes proceſſionaliter, & lætè ſuſcipere omnique, quo poteſtis honore, & humili ſtudeatis officio, pro toto veſtræ poſſibilitatis modulo venerari; Ut dum Sanctorum merita in eorum Reliquijs atque memorialibus, in dicta *Pragenſi Eccleſia*, quæ Mater eſt Eccleſiarum omnium Regni noſtri Bohemiæ & Magiſtra, ſinceris celebrantur obſequijs, pijs eorum interceſſionibus Regni ipſius incolis & præſentis vitæ fælicitas, & æterni Regni jucunditas præparetur; Volumus inſuper & ſincero deſideramus affectu, ut per ſingulos annos, *Sancto die paſchæ* prædictus Liber *Evangelij S. Marci* in proceſſione ſolemniter deportetur, & in ipſo *Evangelium* ejusdem feſti, quod in duobus quaternis habetur, ab uno *Prælato vel Canonico Eccleſiæ*, in Eccleſia ipſa, in majori Miſſa legatur, conveniantque *de ſingulis Eccleſijs*, tam Regularibus quàm ſæcularibus, Collegiatis & Parochialibus, in Civitatibus noſtris Pragen: & earum ſuburbijs ſituatis, duo presbyteri, ſeu inferiorum Sacrorum Ordinum Miniſtri, veſtibus Diaconalibus induti, quorum unus *turibulum* cum incenſo, alter *plenarium*, ubi illud poteſt haberi, in proceſſione teneant, & demum legenti Evangelium in circuitu ejus aſſiſtant, totiq; Miſſæ aduſque finem interſint. Hanc igitur noſtram diſpoſitionem *tu Archiepiſcope*, in Eccleſijs prædictarum Civitatum & ſub urbiorum tuæ juriſdictioni ſubjectis, in formam perpetui ſtatuti redigere; in Exemptis verò Eccleſijs, apud earum Prælatos, ex parte noſtræ Celſitudinis, ut noſtra impleatur intentio, precibus ſtudeas impetrare. In teſtimonium verò veritatis ſupradicti Evangelij, præſentes fieri fecimus litteras, Sigilli noſtræ Majeſtatis appenſione ſignatas. Datæ Feltri.

Donatur Eccleſiæ Pragenſi Evangeliū S. Marc.

Cantatur hodiéque Evang. ex eo in die Paſchæ, & in feſt Aſcēſionis Domini.

 Anno

Anno Domini 1354. Indict: 7. die ultimo Mensis Octobris, Regnorum nostrorum anno Nono.

Hoc autem quod sequitur adscripsit suâ manu Optimus Imp. *Carolus IV.* quas ego ipse vidi, & reverenter sum osculatus:

Autographum Caroli IV. sic habet.

EGo *Carolus Quartus* DEI Gratiâ Romanorum Rex, semper Augustus & Bohemiæ Rex. Vidi Librum Evangeliorum *S. Marci* de sua propria manu scriptum integrum, ab initio usq; ad finem in septem quaternis, in potestate *Patriarchæ Ecclesiæ Aquilegiensis*, qui liber in dicta Ecclesia fuit servatus à *B. Hermagora*, & ab Ecclesia Aquilegiensi prædicta usq; in hodiernum diem; qui videlicet *B. Hermagoras* de manu *B. Marci* eundem librum accepit, & à *B. Petro* per resignationem, & intercessionem *S. Marci* accepit præsulatum prædictæ *Aquilegiensis Ecclesiæ*; de quo libro, petitione meâ, apud Patriarcham & Capitulum dictæ *Aquilegiensis Ecclesiæ* obtinui istos duos quaternos ultimos libri prædicti; & alij quinq; præcedentes remanserunt in Ecclesia supradicta, & hæc scripsi manu meâ propriâ, anno ab incarnato verbo, 1355. in Vigilia Om. SS. Regnorum meorum anno Nono.

Testes ad prædicta.

Huic subscripsêre tres Episcopi: *Augustanus*, *Vicentinus*, & *Lithomißlensis* hunc in modum:

Et ego Marquardus DEI Gratiâ Episcopus Augustensis, in testimonium veritatis præmissorum omnium, manu meâ propriâ me subscripsi.

Et ego Frater Ægidius DEI Gratiâ Episcopus Vicentinus & Comes in testimonium veritatis præmissorum omnium, manu mea propriâ me subscripsi.

Et ego Joannes DEI Gratiâ Litomißlensis Episcopus, in testimonium veritatis præmissorum omnium, manu meâ propriâ me subscripsi.

XLVI.

Cùm Carolus IV. Imperator insignia Imperij recuperasset (lanceam, Clavos, partem Crucis &c.) edidit Innocentius VI. Diploma de festo ijs decreto.

Vide suprà Literas Ludovici Brandeburgici ad A. 1350.

Inno-

Innocentius, &c. ad perpetuam rei memoriam. A. 1354.

IN Redemptoris nostri Domini JESU Christi per quem Salvati & liberati sumus; Sacratissima passione sic nos gloriari oportet, ut ipsius passionis cuncta mysteria dinumerantes & merita, in singulis etiam ejus salutaribus instrumentis & fructibus gloriemur; inter quæ illud celebriter memorandum est, quòd ipse Salvator, emisso in cruce jam spiritu, sustinuit perforari lanceâ latus suum, ut inde sangvinis & aquæ profluentibus undis, formaretur unica, & immaculata, ac Virgo Sancta Mater Ecclesia, sponsa sua. O Beatissima ipsius Sacri lateris apertura, unde nobis tot & tanta divinæ pietatis dona fluxerunt; hinc siquidem nostræ redemptionis pretium: hinc ablutionis & regenerationis lavacrum: hinc ipsius Ecclesiæ, Sacramenta suscepimus. O felix *lancea*, quæ tot bona nobis efficit, & ad tanti triumphi gloriam superadditam hoc latus ipsum aperiendo Sanctissimum, januas nobis Regni Cœlestis aperuit! Hæc vulnerando jam mortuum, vulnera nostra sanavit, Vitámque nobis reddidit & salutem. Hæc innoxium transfigendo illius sangvine culpas nostras abstersit, & demum eisdem undis Sacratissimis irrigata, cæcitatis nostræ tenebras sustulit; & nos ipsius divinæ pietatis fluvijs inundavit. Illíque etiam dulces clavi, cum quibus ipse Salvator eidem cruci fuit affixus, quíque non solùm ejus immaculato respergi Sangvine, & molem ferre tanti ponderis meruerunt, sed & nos etiam per ipsorum salutiferas plagas dulcedinem tantam ipsius divinæ charitatis accepimus ut manus nostræ à peccati solutæ nexibus, pedésque nostri à mortis laqueo fuerint liberati, sunt devotissimè recolendi. Quid enim vulnere ac plagis hujusmodi sanctiùs, quid eis salubrius, ex quibus salus nostra processit: & in quibus assiduè curare se possunt animæ devotorum? licèt igitur lancea & clavi prædicti aliáque ipsius passionis salutifera instrumenta sint â cunctis Christi fidelibus ubilibet veneranda, & de ipsa etiam passione in eadem Ecclesia solemnia annis singulis officia celebrentur & fiant; dignum tamen & conveniens reputamus, si de ipsius Passionis specialibus instrumentis & præsertim in partibus, in quibus instrumenta ipsa dicuntur haberi, solemne ac speciale festum celebretur & fiat; Nósque illos Christi fideles, qui aliqua ex instrumentis ipsius habere se gaudent, in eorum devotione divinis Officijs, atque muneribus specialiter foveamus.

Ray. T. XVI.

Hanc Epistolam Innocentij Papæ in Lectiones Breviarij divisam legimus in eo Festo.

Sanè oblata nuper nobis pro parte Charissimi in Christo filij nostri *Caroli Romanorum & Bohemiæ Regis* illustris petitio continebat, quòd ipse inter Sacras reliquias, quæ *imperiales* vulgariter nuncupantur, quæque tanquam pretiosissimus Imperij Romani thesaurus consveverunt per *Romano-*

Petitio Cæsaris Caroli IV.

manorum Regem seu Imperatorem qui est pro tempore, conserva[t] & reverentissimè etiam honorari, habet in sua custodia prædictam Sacratissimam *lanceam*, nec non unum *ex clavis* prædictis, prout præde-cessores sui claræ memoriæ *Catholici Romanorum Reges* seu *Imperatores* etiã habuerunt, & quòd ad ipsas reliquias habetur in illis partibus magna devotio & concursus etiã populorum: quare dictus Rex velut Princeps Catholicus Zelo devotionis accensus, nobis humiliter supplicavit, ut d[e] ipsius *lancea & clavis* tam pro eorum veneratione majori, quàm pro Romani Imperij favore & honore præcipuo, *festum in Alemanniæ, & Bohemiæ partibus* perpetuò celebrari statuere, ac præcipere dignaremur.

Festum de Lancea & Clavis Domini instituitur.

Nos itaque cupientes, quòd ipsi *lanceæ* atque *clavi* in partibus maximè, in quibus habentur & etiam conservantur, tanto ab ipsis Christi fidelibus devotiùs venerentur, quanto pro ipsis celebriorem Altissimo cultum viderint exhiberi; devotis quoq; ejusdem Regis Supplicationibus inclinati, Apostolicâ Auctoritate statuimus, & etiam ordinamus quòd ad ipsius Salvatoris nostri laudem & gloriam, dictæque passionis suæ reverentiam gloriosam de præmissis *lanceâ* & *clavis* & sub eorum vocabulo proprium festum cum speciali *officio*, per aliquos Prælatos Catholicos & alios paginæ divinæ peritos, quos idem *Rex* ad id eligendos duxerit ordinando, *sextâ feriâ post Octavam Resurrectionis Dominicæ* annis singulis â Christi fidelibus in eisdem *Alemanniæ* & *Boëmiæ partibus* perpetuò solemniter celebretur, & ut fideles ipsi ad venerationem ipsorum, *lanceæ & clavorum* ferventiùs animentur, eóque ad Ecclesiam vel capellam, in qua fuerint & ad celebrationem festi, & officij prædictorum libentiùs confluant, quò ibidem uberiùs dono cœlestis gratiæ conspexerint se refectos; de omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi; omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui in die festi hujusmodi ipsam Ecclesiam, vel Capellam, in qua tunc lancea & clavus ipsi fuerint, ut præfertur, devotè visitaverint annuatim, *tres annos & tres quadragenas*, singulis videlicet, ipsius festi diebus quibus Ecclesiam & Capellam ipsam visitaverint; eis verò, qui eâdem die in Missa & singulis horis Canonicis ubicumque in *Provincia dicti Regis* & Successorum suorum Catholicorum Romanorum Regum, seu Imperatorum, qui pro tempore fuerint; divinis intererunt, tam in *Missa* quàm in singulis horis eisdem, *centum dies*, in qualibet videlicet missa & singulis horis eisdem, quibus in præsentia Regis vel Successorum suorum prædictorum divinis ipsis intererunt, ut præfertur, de injunctis eis pœnitentijs misericorditer relaxamus. Nulli ergo &c. Datæ Avin: id. Februarij, anno II.

Institutæ Preces.

Indulgentiæ venerãtibus hasce reliquias concessæ.

XLVII.

XLVII.

Carolus IV. Imp. Ticini seu Papiæ impetrat Caput & Corpus S. Viti, idque, nuncium lætissimum significat Archiepiscopo, & Ecclesiæ Pragensi.

CAROLUS DEI Gratiâ Romanorum Rex semper Augustus & Bohemiæ Rex: Venerabili Arnesto Archi-Episcopo necnon Przemislao Præposito, Przedwogio Decano, Sdenkoni Scholastico, & Capitulo Pragensis Ecclesiæ, totiq; Clero & Populo Regalis Urbis nostræ Prag: devotis & fidelibus nostris dilectis, gratiam Regiam & omne bonum. Oriens ex alto splendor lucis æternæ, qui nescit occasum, sicuti priscis temporibus *Bohemorum* gentem gentilibus erutam erroribus, novellam tunc *S. Matris Ecclesiæ* plantulam, inter ipsa morum conversionis suæ primordia candore mirabili illustravit; ita etiam his temporibus, quibus auctore Domino, in Paradiso Ecclesiæ secùs decursus aquarum fluentium transplantata, ac in arborem erecta proceram, fæcundâ fructuum spiritualium ubertate fulcitur, suis eam non desinit fulgoribus adornare, ac varijs gratiarum dotibus insignire. Tunc enim *gloriosi Bohemiæ Principes* de quorum alto sangvine traxisse nos constat Originem, *pro Christi nomine* gloriosa subjêre certamina, & pia colla jugulo submittentes, atrociter trucidati cœleste Rosarium meruerunt sertis præsigniti roseis introire. Nunc per nostræ Vigilantiæ Regalis obsequium, varia Sacrata Sanctorum corpora innumerásque Reliquias longè latéque per Orbem collectas, *fælix meruit Bohemia* possidere: *fælix* nimirum *Bohemia*, quæ talibus & tantis Divinâ clementiâ muneribus se præditam gloriatur; felix utique *in cujus Aula Regali, Magnificam Sedem sibi elegit excellens Imperium Orbis terræ.* Ad cujus nos apicem, licèt immeriti, cælesti providentiâ sublimati, summopere meditamur, *& dum etiampro humana conditione oculis corporis nostri sopor illabitur, vigilat cor nostrum assidue, in his, per quæ status Magnificus, & exaltatio venerandæ Matris nostræ Sanctæ Pragensis Ecclesiæ producatur, quam* venerabiles Patroni, & progenitores nostri dilecti, conspersione sui rosei Sangvinis consecrârunt, quæque Ecclesiarum omnium Regni nostri Bohemiæ Domina esse dignoscitur & Magistra; Sanè dum nuper ad suscipiendum Coronam ferream, quâ nostri prædecessores *Romanorum Reges* inter trifarias Imperij Sacri Coronas in secunda sui coronatione, sunt soliti coronari, *Mediolanum* applicuissemus, & coronâ eâdem fuissemus solemniter insigniti; inter ipsa coronationis nostræ solemnia, lætanter audivimus, qualiter *in Civitate Papiensi* in Monasterio *S. Marini*, *Ordinis S. Benedicti*, in majori Altari, inclytus quondam *Astulfus Lombardorum Rex*, ab annis octin-

1355. XI. Cal. Februar.

Mirus amor in Carolo Prag. Ecclesiæ.

Vigilantia Sancta Principis optimi.

octingentis circiter, *Caput & Corpus Beatissimi Viti Martyris Patroni nost* eximij, mirâ devotione & honorificentiâ collocavit. Harum igitur p tiosarum Reliquiarum desiderio ferventer accensi, continuò Venerabil *Papiensem, Bergomensem, & Vicentinum Episcopos,* nec non honorabi *Bohusium Præpositum, & Joannem Canonicum Ecclesiæ Litomericens* Capellanos & devotos nostros commensales dilectos, ad dictam Papie sem Civitatem, nostra providit Serenitas dirigendos, pro parte nost Celsitudinis, *Caput & Corpus* prædictum instantissimè petituros. Qu bus ad arduam precum nostrarum & desiderij ardentis instantia in multorum Nobilium Prælatorum, Civiúmque præsentia, pr dicto altari reverenter aperto, *Abbas S. Marini,* nec non nobiles & Civ Civitatis præfatæ *Papiensis,* licèt inviti, & earundem Reliquiarum avi nostris tamen votis ac precibus satisfacere cupientes, & Adventum Reg sibi desideratissimum in ea parte singulariter honorantes, ipsas, quas ex n mia vetustate pro majori parte redactas repererunt in pulverem, eisde nostris Nuncijs non sine lacrymarum profluvio præsentarun per eos nostræ Celsitudini assignandas, quas pretiosissimum *Civitatis & Ecclesiæ Papiensis,* suúmq; esse thesaurum, communis eorum assertio pr clamabat; prout super his omnibus Instrumentum Publicum est con ctum, & dictorum *Episcopi Papiensis,* nec non *Abbatis S. Marini, & Communitatis Papiæ* Sigillis, ad præmissorum omnium clariorem evidentia & perpetuam rei memoriam consignatum. Quod processu tempor unà cum sacrato *Capite & Corpore B. Viti,* per speciales nuncios, ad prædictam *Pragensem Ecclesiam* in ejusdem gloriosi Martyris titulo & hon re constructam, favente Domino transmittemus, aut in nostro fælic *Deo auspice* adventu, nobiscum faciemus afferri. Sperantes per Divin dispositionis providentiam accidisse ut Regiminis nostri temporibus, *Caput & Corpus* dicti gloriosi Martyris, ad Ecclesiam suo nomini antiquit fabricatam afferretur, cujus meritis gloriosis fælix *Bohemia temporali* pr speritate lætetur, & ejus devoti, postpræsentis caducæ lucis occasum, i Regione lucis perpetuæ gaudijs mereantur perfrui sempiternis; Volumu autem totum tenorem præmissum, per singulas Collegiatas, Conventu les, & Parochiales Urbis nostræ Pragensis, & suburbiorum ejus Ecclesia Clero & populo solemniter publicari, Præsentium sub nostræ Majestat Sigilli testimonio literarum. Datum Pisis anno Domini 1355. octavâ In dictione. XI. Calend. Februarij, Regnorum nostrorum anno 9.

Bohusius Frater fuit Arnesti Archiepiscopi Joannes de VVartnberg Canonicus.

Nota pulverem S. Viti.

Caput & Corpus S. Viti.

Utinam viveres!

XLVIII

XLVIII.

De duabus Spinis Domini, Carolo IV. Imp. donatis, testimonium Joannis Francorum Regis.

JOANNES DEI Gratiâ Francorum Rex. Notum facimus, Universis, præsentibus & futuris. Quod nos Sanctæ devotionis affectum quem ad Sacratissimam *Coronam Spineam* in sua gloriosissima passione nostri impositam capiti Salvatoris, quæ in *Sacrario Reliquiarum* nostræ *Sacræ Capellæ Regalis*, Parisijs ab antiquis temporibus reposita servatur, Serenissimus Princeps, *D. Carolus IV.* Dei Gratiâ Romanorum Imperator Semper Augustus, & Boëmiæ Rex, Frater noster charissimus, habere dignoscitur; & Zelum sinceræ dilectionis, quem ad nos & *Domum nostram Franciæ* & liberos nostros Nepotes suos, rerum experientiâ gerere comprobatur, debitâ meditatione pensantes; ut ardentiùs crescat suæ devotionis affectus, *duas Spinas de Dominica Sacratissima Corona*, per manus dilecti & fidelis Consiliarij & Cancellarij nostri *Petri Archi-Episcopi Rothomagensis* extrahi fecimus, & reverenter assumi, ipsásque eidem Fratri nostro, per dilectissimum primogenitum nostrum *Carolum Ducem Normanniæ Viennensémque Delphinum*, ipsius fratris nostri nepotem, fecimus præsentari, eásque eidem *Fratri nostro* charissimo, fraternâ & liberali affectione, concedimus & donamus. Et ut nemini veniat in dubium, quin *dictæ Spinæ de prædicta Corona Sacratissima* veraciter sint extractæ, litteras præsentes præfato *Fratri nostro*, unà cum dictis Spinis, tradi fecimus nostro magno sigillo Sigillatas, in testimonium veritatis. Datum *Parisijs* anno D. 1356. Mense Maij.

1356. *Mense Majo.*

Duæ Spinæ ex Corona Christi donantur Carolo IV.

XLIX.

Ratificatio literæ Domini Mindensis pro Monasterio B. MARIÆ in Skalitz per ipsum fundato.

T. I Erect. on.

Universis Christi fidelibus præsentibus & futuris præsentes literas inspecturis Arnestus DEI, & Apostolicæ Sedis Gratiâ Archi-Episcopus Pragensis, Salutem in Domino sempiternam.

A. 2.

DEcens, & debitum esse perpendimus, ut *Nos*, & quilibet nostrorum, in partem solicitudinis assumpti, ad ea quæ cultûs Divini augmentum, & salutem respiciunt animarum, diligenti studio, & studiosâ

1357.

diosâ diligentiâ ferventiùs intendamus, & illorum animos, qui ad hoc zelo devotionis, ad acquirenda æternæ beatitudinis præmia ſe promtos, & voluntarios exhibent, non ſolùm in ipſorum ſalubri confirmemus propoſi, ſed etiam curâ pervigili ſolicitiùs augeamus. Sanè pridem *Venerab in Chriſto Frater noſter Dominus Theodoricus Mindenſis Epiſcopus*, nobis expoſuit, quòd ipſe *ad Dominum noſtrum JESUM Chriſtum, & Beatiſſimam Virginem Matrem* ejus, totámque cœleſtem curiam zelum habens fervidæ dilectionis, & cupiens terrena in cœleſtia, & tranſitoria in æterna fælici commercio commutare, deſiderabiliter & affectabiliter pro ſuæ progenitorum ſuorum animarum ſalute, & cultûs divini augmento, *in Regno Boëmiæ & Pragenſi Diœceſi* in loco dicto & nominato *Skalitz* quoddam *Monaſterium Monachorum Ciſtercienſium Ordinis uno Abbate, ac duodecim Monachis* in eodem creandis, ordinandis, & inſtituendis Monaſterii, cujus Monaſterij Abbas *Sedleczij*, Ordinis & Diœceſeos prædictorum, *Pater Abbas* exiſtet, de ſuis bonis per ſuam induſtriam acquiſitis, & ad ipſum ſpectantibus de novo fundare, conſtruere, & dotare, quod *Ad Gratiam Beatæ Virginis* intitulari & nominari voluit, & prædictis *Abbati & Monachis* in hujusmodi inſtituendis & ordinandis Monaſterio novo, ac pro eodem Monaſterio dictus Dominus Epiſcopus purâ & irrevocabili donatione in perpetuum donavit, tradidit, & aſſignavit in dotem, ac ſponte ac liberè etiam de authoritate *Caroli Imperatoris & Regis* patentes literas ſibi in ea parte conceſſas coram nobis exhibitas, curias & poſſeſſiones, utpote *Skalitz, Stanitz, Michowitz, ac Lipeſka*, nec non Sylvam *Kozibrzebet* cum omnibus, & ſingulis prædijs ſuis & proventibus, & juribus, & pertinentijs ſuis in *Regno Boëmiæ, & Pragenſi Diœceſi* prædictis dedit, ac cum pecunijs & bonis ſibi donatis, & per ſuam induſtriam acquiſitis empras & comparatas, quorum fructus, redditus, & proventus tunc ad *dictum Dominum Epiſcopum* ſpectantes ad *ducentas marcas argenti*, ſexaginta groſſis pro marca qualibet computatis annuatim aſcendebant, ac devotiſſime cum magna nos rogavit conſtantia, ut cùm *Abbas*, duodecim Monachi prædicti juxta conditionem Patriæ & Regni, ac alijs debitis conſideratis circumſtantijs poſſent de prædictis fructibus, redditibus, & proventibus cum honeſtate ac decentia ſuſtentari, ejus in hac parte ſalubri propoſito, ac pro deſiderio favorabiliter ad honorem Divini nominis, & laudem glorioſæ Virginis MARIÆ annuentes, in prædicto locò *Skalitz* unum novum Monaſterium fundare, & in ipſo Monaſterio *Abbatem*, & *duodecim Monachos* primùm & in principio inſtituere, creare, & ordinare authoritate dignaremur ordinariâ, & idem novum Monaſterium intitulari, nuncupari, & inſigniri *ad Gratiam Beatæ Virginis* faceremus. *Nos* igitur de favore fructuum, reddituum & proventuum prædictorum, nec non de omnibus & ſingulis prædictis nobis per *Dominum Epiſcopum* expoſitis, certam non

Skalicij Abbas cum duodecim religioſis.

Pater Abbas Sedlecenſis.

Monaſterij Titulus ad Gratiam B. Virginis

Nota: Sexaginta groſſi Marcam conficiebant, id eſt noſtrates novem Imperiales.

Diligentia B. Arneſti Archiepiſcopi in examinanda hac fundatione.

on habentes notitiam, & propterea volentes certam, & indubitatam abere notitiam de valore hujusmodi, ac præmissis expositis, fidelem formationem recepimus, & etiam diligentem. Et quia possessiones curias prædictas eidem Monasterio novo per *Dominum Episcopum* sic aditas & donatas reperimus, de, & cum suis bonis & pecunijs sibi donas, ac per ipsius industriam acquisitis, emptas & comparatas, & ad valoem communibus annis ascendere memoratum; nec non ipsorum de frutibus redditibus & proventibus præfatos *Abbatem & Monachos* instituenos & creandos in dicto novo Monasterio posse decenter & honestè suentari, ejusdem *Domini Episcopi* pijs ac devotis precibus annuentes, prius odem *novo Monasterio* per dictum *Episcopum* sicut status ejusdem novi xigit Monasterij, de paramentis & alijs ornamentis ad cultum Divini Nonis, nec non libris ad usum *Abbatis & Monachorum* dicti novi Monaerij opportuniùs sufficienter dotato, & multipliciter decorato, nec non uobus *millibus sexagenarum grossorum* pro constructione fabricæ præfati ovi *Monasterij* pro pluribus, & amplioribus redditibus, pro dote novo mparandis Monasterio traditis, & donatis in dicto loco *Skalitz* Monaerij Monachorum Cisterciensis ordinis per dictum *Episcopum* fecimus concessimus, ac decrevimus; posito etiam in hujusmodi fundatione Ionasterij novi *lapide primario*, per Venerabilem in Christo Fratrem norum Dominum *Joannem Olomucensem Episcopum*, Assistentibus sibi dio *Domino Carolo Imperatore, & Rege*, nec non multitudine Prælatorum personarum tam Ecclesiasticarum, quàm secularium authotitate norâ ordinaria, ac de speciali mandato nostro sibi in hac parte concesso, hristi nomine invocato, ad laudem & gloriam omnipotentis DEI, & glooſissimæ Virginis MARIÆ ac totius cœlestis curiæ, & divini cultûs augnentum diligenti super his, & prædictis omnibus & singulis cum nostro apitulo, tractatu & deliberatione præhabitis, in dicto loco *Skalitz Moasterium Monachorum Cisterciensis Ordinis*, authoritate nostrâ ordinariâ, nore præsentium creamus & eundem locum in Monasterium Monachoum, & Ordinis prædictorum in perpetuum erigimus, & creamus, ac *Ionasterij* vocabulo *ad Gratiam Beatæ Virginis* insignivimus, nominaimus, ac insigniri, nominari, nuncupari decrevimus, statuimus & nandamus, in eo Monasterio *ad Gratiam Beatæ Virginis* insignito & nunupato *Abbatiam & Conventum tredecim Monachorum Ordinis Cisterciensis Abbate in eodem Monasterio computato* pro nunc & pro ista vice instiimus, erigimus, & creamus, & prædictarum possessionum, & curiarum *kalitz, Stanitz, Michonitz & Libeſska, nec* non sylvæ *Kozibrzbet* doationem & in dotis assignationem dicto Monasterio *ad Gratiam Beatæ Virginis* per dictum *Episcopum Mindensem* factis confirmamus, & approamus, & easdem curias & possessiones, cum omnibus & singulis suis ju-

Lapis primus Monasterij positus Cæsare Carolo præsente.

ribus & pertinentijs, nec non redditibus, ac proventibus supradictis eidem Monasterio donatas & in dotem per præfatum *Mindensem Episcopum* assignatas, ut præfertur præfato Monasterio *ad Gratiam Beatæ Virginis* assignandas *Abbati* qui fuerit pro tempore & *Conventui* ejusdem Monasterij concedimus, unimus, incorporamus, applicamus, & annectimus. Nolentes tamen hujusmodi *tredecim Monachorum numerum* statutum, & institutum fore in dicto Monasterio, juxta prædicti *Domini Theodorici Mindensis Episcopi* ipsius Monasterij fundatoris intentionem, sed nostræ & ipsius intentionis existit, ut dicti Monasterij *ad Gratiam Beatæ Virginis* redditibus auctis, & etiam juxta instituta Ordinis Cisterciensis Monachorum numerus augeatur & tot ibi ponantur, & recipiantur in futurum, quot de facultatibus dicti Monasterij honestè & decenter poterunt sustentari. Statuentes, etiam ordinantes, ut *Abbas Monasterij Sedlicensis* prædicti sit, & esse debeat *Pater Abbas* Monasterij *ad Gratiam Beatæ Virginis*, & ipsum Monasterium *ad Gratiam Beatæ Virginis* existat *Filia Monasterij Sedlicensis* præfati, & eidem *Sedlicensi Monasterio* tanquam *Filia* juxta instituta Cisterciensis Ordinis præpetuè sit subjectum, & quod prædictum *Monasterium ad Gratiam Beatæ Virginis* sic erectum Monasterium Monachorum Ordinis Cisterciensis perpetuò censeatur & etiam habeatur. Quæ omnia & singula volumus & decernimus habere perpetuè roboris firmamentum, & in eorum, ac cujuslibet ipsorum robur, & testimonium præsentes literas fieri & scribi fecimus, & sigilli nostri appensione duximus roborare, præsentibus *Rudolpho* Saxone, *Conrado* de Olsthin, *Przemkone* de Teschin, *Bolkone* de Falkenberg Ducibus Illustribus, Spectabili *Burchardo* Comite de Mochelna, Nobilibus Timone de *Coldiz*, Buskone de *Wilharticz*, & Haskone de *Zwieretitz*. Datum & actum *Pragæ* Anno Domini M. CCC. LVII. Secundo Idus Novembris. Pontificatûs nostri anno quarto-decimo, & nos Brziedvoius Decanus, Plichta Scholasticus, totumq; Capitulum Ecclesiæ Pragensis publicè recognoscimus, quòd super expositione, petitione, fundatione, donatione, & dotatione, erectione, creatione, ordinatione, & institutione, & omnibus & singulis præmissis, & quolibet eorum, una cum *Domino & Patre nostro Domino Arnesto* nostræ Pragensis Ecclesiæ Archi-Episcopo solennem tractatum, & diligentem deliberationem habuimus, eisque omnibus, & singulis, nec non incorporationi, unioni, & applicationi dictorum bonorum prædictis, tanquam pijs & justis annuimus, & consensimus, & præsentibus consentimus, & ad ea omnia & singula, & ad quodlibet eorum nostrum expressum consensum & benevolum assensum adhibuimus, & in præsentibus adhibemus, & in eorum, ac cujuslibet ipsorum robur, perpetuum & evidens testimonium præsentes literas Sigillo *Capituli* nostri fecimus communiri.

Ut augeatur numerus Fratrum.

Testes ad præmissa.

Archi-Episcopi cum suo Capitulo consultatio.

Per-

L.

Permutatio Bonorum inter Episcopum Luthomislensem, & Abbatem Monasterij Aulæ Regiæ.

1358.

IN Nomine Domini Amen. Nos Joannes DEI, & Apostolicæ Sedis Gratiâ Lutomislensis Ecclesiæ Episcopus ad universorum tam præsentium, quàm futurorum volumus notitiam pervenire: quòd nos cum ebita reverentia literis *Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Domini nnocentij Papæ VI.* receptis, continentiæ, & tenoris infrà scripti: *Innocentius Episcopus* Servus Servorum. Venerabili Fratri *Joanni* Episcopo utomislensi, ac dilectis Filijs *Joanni Abbati*, & Conventui Monasterij ulæ Regiæ Cisterciensis Ordinis Pragensis Diœcesis Salutem, & Apostoicam Benedictionem. Ecclesiarum, & Monasteriorum omnium comodis libenter intendimus, & quæ à nobis pro ipsorum utilitate percipius postulari, favore concedimus speciali. Dudum siquidem pro par- vestra *Abbas, & Conventus* nobis exposito, quod vos habebatis in *Diœsi Luthomislensi* quoddam Castrum dictum Landsberg / & quædam ppida murata, & non murata, utpote *Landiscronam, Wilshemwerde, riboniam, & Gabilonam,* nec non Campestres in *Stradoff*, & *Spanow*, & uàm plures alias villas de juribus, & pertinentijs dicti Castri *Landsperg* xistentia; ad vos *Abbatem, & Conventum*, vestrúmque Monasterium um omnibus Juribus, & pertinentijs eorundem pleno jure spectantia, uæ omnia dudum eidem *Monasterio* donata, & tradita fuerunt per clam memoriæ *Wenceslaum Regem Bohemiæ* ejusdem Monasterij Fundatoem, quæ à dicto Monasterio per tres diætas distare noscebantur, & quòd os *Abbas, & Conventus* tam propter hujusmodi distantiam, quàm pro o, quòd dictum *Castrum*, quod fortè existit plerumq; per *Officiales Reni Bohemiæ* plerumque per Nobiles partium illarum teneri consvevit, pau- a, & exigua indè emolumenta, & cum magnis difficultatibus, laboribus, dispendijs perceperatis, quin imo eorum occasione plura damna, & ericula maxima subjeratis, & ad magnam eratis deducti etiam paupertaem, propter quæ inter vos *Abbatem, & Conventum* sæpius, & deinde per os cum dilectis Filijs *Abbate, & Conventu Czedlicensi*, Ordinis, & Diœces is prædictorum, cujus *Abbas, Monasterij vestri Pater Abbas existit*, nec on *Capitulo generali* dicti ordinis, ac Inspectoribus ad hæc per dictum Capitulum specialiter deputatis tractatum fuerat, & etiam deliberatum, ummodo super hoc ab *Apostolica Sede* possetis licentiam obtinere, quod os *Abbas, & Conventus* Castrum, & bona prædicta permutare pro alijs onis eidem Monasterio vestro magis utilibus, & vicinis, & præsertim tecum

Tom. 1. Erection. Q. 1.

Innocentij VI. literæ concedentis, ut possint bona illa commutari.

cum *Frater Episcope*, qui ad hæc nomine *Ecclesiæ tuæ Lutomißlensis* interdebas, seu quibuscunque alijs, cum quibus vos *Abbas, & Conventus* conditionem vestri Monasterij possetis facere meliorem, & à nobis pro par vestra *Abbas, & Conventus* faciendi permutationem hujusmodi licent humiliter postulatâ, Nos Venerabili Fratri nostro *Archi-Episcopo Pragen* & dilectis Filijs *Cisterciensis, & Morimundi Gabilonensis, & Lingonien Monasteriorum Abbatibus* eorum tunc proprijs nominibus non expressis dedimus per nostras literas in mandatis, ut ipsi vel duo, aut unus eorum per se vel alium, seu alios de præmissis omnibus, & singulis, nec non bonis hujusmodi eidem *Monasterio* magis utilibus, & vicinis, pro quibu vos *Abbas*, *& Conventus*, pro dictis vestris Castro, & bonis deliberareti seu tractaretis permutare, & de ipsorum, vestrorúmque bonorum val re, & an hujusmodi permutatio in utilitatem dicti Monasterij vestri, ejusdem *Luthomißlensis*, vel alterius *Ecclesiæ*, cum qua forsan permuta tionem hujusmodi deliberare, seu tractare contingeret, cederet, & d præmissorum omnium circumstantijs universis se diligentiùs informare & quantumcunque super his per informationem hujusmodi reperien nobis suis literis dictarum literarum nostrarum seriem continentibu quantocyus intimare curarent. Postmodum verò *Venerabilis Frate noster Arnestus Archi-Episcopus, & dilecti Filij Joannes Czedlicensis*, *& Eberhardus Pomucensis Monasteriorum* Ordinis, & Pragensis Diœcesi prædictorum Abbates, quibus *Joanni, & Eberhardo* Abbatibus Dilect Filij *Joannes* Cisterciensis, & *Thomas* Morimundensis Monasteriorum prædictorum *Abbates* super his commiserant plenariè vices suas, nobi per suas patentes dictarum literarum nostrarum seriem continentes, eorum sigillis munitas literas retulerunt, se super præmissis omnibus, & singulis diligentiùs informâsse dictarum literarum vestrarum, & commissionis vigore, séque per informationem hujusmodi reperisse, quod castrum, oppida, villæ, bona, Jura, & pertinentiæ supradicta, exclusis, & exceptis dictis villis *Spanow*, *& Stradow*, quas vos *Abbas*, *& Conventus* pro parte ipsarum villarum à dicto *Monasterio* modicam distantiam, & vicinitatem, nec non magnam eorum utilitatem, & fertilitatem vobis ex eis provenientium in hujusmodi permutationem venire, & transire nolebatis, à prædicto Monasterio per tres diætas vulgares distabant, & quod propter hoc multa damna, parváque emolumenta, quæ ex dicto Castro, & alijs ejus pertinentijs prædictis perceperatis, & alias causas præmissas in dictis literis vestris contentas, dudum per vos *Abbatem*, *& Conventum*, inter vos sæpius, & deinde cum *Patre Abbate, & Capitulo*, & Inspectoribus supradictis tractatum, & deliberatum fuerat, quòd *per vos Abbatem, & Conventum* Castrum & bona prædicta permutarentur pro alijs bonis vobis, & Monasterio vestro magis utilibus, & vicinis, præsertim cum

Commissarij hujus negotij à Pontifice constituti.

Epi-

Episcopo supradicto, & quod subsequenter inter *Te Episcope* cum consensu dilectorum Filiorum, *Capituli tui Luthomißlensis* Ecclesiæ ex parte una, & *Vos Abbatem, & Conventum* cum consensu & authoritate dicti *Joannis P. Abbatis* ex altera, coram eisdem *Archi-Episcopo, & Czedlicensi, & Pomucensi Monasteriorum prædictorum Abbatibus*, tractatum fuisse, & etiam concordatum, quòd ex causa permutationis hujusmodi per vos *Abbatem & Conventum* Castrum prædictum cum dictis Oppidis, Villis, Juribus, & Pertinentijs suis, exceptis prædictis villis, de Stradow, & Spanow, quas Vobis, & *Monasterio* vestro ex causis præmissis ut præfertur reservatis, tradatur tibi nomine dictæ mensæ tuæ, & quod dictum Castrum cum dictis alijs Juribus, & Pertinentijs propter eorundem situm, & vicinitatem, quam habent cum bonis alijs Mensæ prædictæ poterunt *tibi Episcope*, & ipsi Mensæ majoris emolumenti, utilitatis, & valoris, quàm sint, vel esse possint dicto Monasterio *Aulæ Regiæ*, vel alteri Ecclesiæ cuicunque, & versà vice *per te Episcope* tradantur vobis prædicti *Abbas, & Conventus*, & Monasterio vestro *Villa Swol*, quæ est vicina contigua, & adjacens bonis dicti Monasterij *Aulæ Regiæ*, & ab ipso Monasterio vix per unam Leucam distare dignoscitur, nec non Villa *de Raussthaw* ad dictam mensam spectans, & in, & super villis *Ugezd, & Ossek* ad ipsam etiam mensam spectantibus, quæ per unam, & dimidiam diætam à dicto Monasterio *Aulæ Regiæ* distant assignetur *per te Episcope, vobis Abbas, & Conventus* annuus census, seu redditus centum sexag. grossorum Pragensium, & Successores tuos *Episcopos Luthomißlenses*, qui pro tempore fuerint proprijs periculis, & expensis vobis prædicti *Abbas, & Conventus* in Civitate Pragensi annis singulis in duobus terminis, videlicet medietas in *S. Georgij*, & alia medietas in *S. Galli* Festivitatibus persolvendus, eâ conditione adjectâ, quòd *Luthomißlensis Episcopus*, qui pro tempore fuerit vobis *Abbas, & Conventus* intra decennium alios redditus ejusdem summæ centum sexagenarum locò prædicti redditûs, qui assignari debet super dictis villis *Ugezd & Ossek* in locis alijs non distantibus ultra quatuor milliaria à præfato *Monasterio Aulæ Regiæ*, ubi vos *Abbas, & Conventus* hoc duxeritis acceptandum cum pleno jure, & dominio comparare, & emere teneatur, & quod hujusmodi villæ ad *Episcopum*, & mensam prædictos spectantes longè magis sunt vicina dicto Monasterio *Aulæ Regiæ*, quàm ejus Castrum, & bona alia suprà dicta, & inde etiam longè plura, & majora emolumenta Monasterium ipsum habere poterit, quàm percipere consveverit ex Castro, & ejus pertinentijs suprà dictis, quódque hujusmodi permutatio, si cum de licentia nostra fieri contingat, cedet in prægrande commodum, & utilitatem non modicam *Mensæ, & Ecclesiæ Luthomißlensis, ac Monasterij Aulæ Regiæ* prædictorum. Quare pro parte vestra, nec non prædictorum *Cisterciensis, & Morimundi Abbatum*, qui nobis etiam per suas pa-

Commutatio exprimitur.

Obligatio Litomißlensis Episcopi ad bona emenda pro Cœnobio Aulæ Regiæ.

patentes literas retulerunt ſe plenariè informatos, quòd dicta permutatio, ſi de licentia noſtra, ùt præmittitur, fiet, cedet in utilitatem menſæ, & *Eccleſiæ Luthomiſſlenſis, ac Monaſterij Aulæ Regiæ* prædictorum, fuerit nobis humiliter ſupplicatum, ut vobis faciendi permutationem hujusmodi Licentiam concedere dignaremur. Nos itaque præmiſſa omnia diligentiùs attendentes, ac cupientes prædictorum *Eccleſiæ*, *& Monaſterij Aulæ Regiæ* utilitatibus providere, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, permutationem hujusmodi felicis recordationis *Benedicti Papæ XI.* Prædeceſſoris noſtri, & quicunque alijs conſtitutionibus, nec non ſtatutis, & conſvetudinibus *Eccleſiæ Monaſteriorum*, *& Ordinis* prædictorum contrarijs nequaquam obſtantibus faciendi, & perficiendi cum ſolennitatibus in talibus fieri conſvetis, & etiam opportunis, plenam, & liberam vobis authoritate Apoſtolicâ licentiam elargimur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, Indignationem Omnipotentis DEI, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Avinion, 4. Calendas Novembris. Pontificatûs noſtri anno 4.

Confirmatio illius Commutationis.

Quarum quidem Apoſtolicarum Literarum vigore, & authoritate nos deliberato ac ſano, ac maturo *Capituli* noſtri conſilio præhabito cupientes nobis, ac noſtræ *Luthomiſſlenſis Eccleſiæ*, *& menſæ noſtræ* & nihilominus pro noſtræ ſalutis augmento felici ferventi deſiderio providere de prædicto Sedis Apoſtolicæ Indulto, & licentia ſpeciali ad hoc etiam piâ, & clementi Sereniſſimi Principis, & Domini Domini *Caroli Rom: Imper: Semper Auguſti*, *& Bohemiæ Regis* accedente voluntate, & conniventia cum Venerabilibus Viris, & Dominis, videlicet cum Domino *Joanne* nunc Abbate, *Franciſco* Priore, *Joanne* quondam Abbate, Petro Subpriore, Hermanno Burſario, Nicolao Camerario, Laurentio olim Portario, Joanne Grangiario, Henrico de Sitavia Abbate de Praga, *Hermanno Præpoſito* in Melnico, Michaële olim Abbate, Joanne Magiſtro Lapidum, Andrea Magiſtro Curiæ in Slaps, Joanne Magiſtro Curiæ in Lahonicz, Henrico Portario, Nicolao Cantore, Wenceſlao Cuſtode, Jacobo Succentore, Procopio Subcuſtode, Franciſco Tuntlini, Joanne Subcelerario, Frenczlino Notario, Wenceslao de monte Kutnis, Jacobo de Praga, Franciſco Magiſtro Novitiorum, Ioanne Smelczino, Conrado Infirmario, Ioanne Capellano Abbatis, Franciſco Refectore, Iacobo de Praga, Ulrico Subportario, Nicolao Palario, Iacobo Subcamerario, Nicolao Hanburgio, Ioanne Ortlini, Laurentio Ponderatoris, Ioanne Braſeatoris, nec non cum Conventu *Monaſterij Aulæ Regiæ Ciſtercienſis Ordinis Pragenſis Diœceſis* talem permutationem, & tractatum permutationis certarum villarum, & poſſeſſionum, prout inferiùs exprimuntur, clariùs ad noſtram menſam

Enumerantur Religioſi in Cœnobio Aulæ Regiæ.

ſam

àm pertinentium pro castro Landsberg, & suis pertinentijs similiter in-
eriùs expressatis, cum consensu *Capituli nostri Luthomißlensis*, diligenti deli-
beratione frequenti, & solemni tractatu præhabitis, & præmissis, & aucto-
ritate Reverendi in Christo Patris, & Domini Domini *Arnesti Sanctæ*
Pragensis Ecclesiæ Archi-Episcopi pro utilitate Ecclesiæ, & mensæ nostræ
faciendum duximus, & facimus realiter cum eisdem. In primis *nos Jo-* Quid cesserit Monasterium Aulæ regiæ Episcopo Litomislensi
hannes Episcopus prædictus, Christi nomine invocato, præfatis Dominis
Joanni Abbati, Priori, Celerario, & Conventui Monasterij *Aulæ Regiæ*
prædicta nomine ejusdem *Monasterij* recipientibus pro Castro eorum
prædicto Landsberg, ac oppidis muratis, & non muratis, utpote *Lan-*
discrona, *Wilhelmsweid*, *Tribovia*, *&* *Cabilona*, nec non alijs campe-
stribus, *Woitzdorff*, *Santzdorff*, *Weitprechsdorff*, *Ruffa Aqua*, *Jaco-*
bisdorff, *Hermansdorff superiore*, *Hermansdorff inferiore*, *Herwoczen-*
dorff, *Albrechsdorff* *Czausauff*, *Schillingsdorff*, *Lucau*, *Rudolsdorff*,
Hulwadorff, *Ulrichsdorff*, *Jansdorff*, *Libenthal*, *Ditrichsbach*, *Knopen-*
dorff, *Hertreichsdorff*, *Seitfrisdorff*, *Michau*, *Miroslobs*, *&* *tribus curijs*
villæ Gerhardi, *Parnik superiore*, *Parnik inferiore*, *Nikildorff*, *Radslabs-*
dorff, *Cuniksfeld*, *Hewensdorff*, *Ribnik*, *Zborus*, *Pertolsdorff*, *Bartelsdorff*,
Schmikendorff, *&* *Wenczmandorff*, *Kunzendorff*, *Petrisdorff*, *Aquila*
Malin, & cum omnibus alijs bonis, quæ ad Castrum, & Jurisdictionem
Castri Landisberg prædicti, & pertinentiarum ejus ab antiquo spectâsse,
& pertinuisse dignoscuntur, etiamsi postea negligentiâ, seu longo tractu
temporum ab eis alienata, & à quibusvis Personis cujuscunque statûs,
conditionis exstiterint, invasa, & usurpata noscantur, & per eos etiam
possessa non fuerint; quorum recuperatio, & repetitio quovis juris titulo
illud providè, & licitè fieri poterit, ad nos, & successores nostros
Luthomißlenses Episcopos, *pro usibus mensæ Episcopalis Luthomißl:*
liberè, & simpliciter pertinebit, & pertinere debebit, infrà scriptis villis,
videlicet *Bayus*, *Nova Bela*, *Czirpius*, *&* *Czigensus*, & pertinentijs earum
duntaxat exceptis, quæ apud *Monasterium Aulæ Regiæ* permanebunt, alijs-
que Juribus, & pertinentijs dicti Castri Landsberg existentibus cum om-
nibus, & singulis suis redditibus, proventibus, censibus, piscationibus,
fructibus, terris, agris cultis, & incultis, pratis, pascuis, silvis, rubis, rube-
tis, fluminibus, fluvijs, rivis, & rivulis, aquis, & aquarum decursibus, pi-
scinis, piscarijs, judicijs, Dominio, proprietate, usu, fructibus, emolu-
mentis, nec non cum omnibus & singulis juribus, & pertinentijs ad præ-
dictos *Abbatem*, *&* *Conventum*, ac ipsorum *Monasterio Aulæ Regiæ* ex
donatione quondam præclaræ memoriæ *Serenißimi Principis*, *&* *DD.*
Wenceslai secundi Regis Bohemiæ illustris spectantibus *Stradow*, *&* *Spanow*
villis exclusis, & exceptis, quas prædicti *Abbas*, *&* *Conventus* sibi, ac
Monasterio eorum propter earundem villarum à dicto Monasterio mo-

Quid vicissim Cœnobio Aulæregiensi cedat Episcopus Litomissleasis.

dicam distantiam, & vicinitatem, necnon magnam earum utilitatem,
fertilitatem ipsis ex eis provenientem, reservârunt, & reservant, & in h
jusmodi permutationem venire noluerunt, & nolunt, villam nostra
Swol vicinam contiguam, & adjacentem bonis dicti *Monasterij Aulæ R*
giæ per nos ritè, & rationabiliter de rebus, & bonis nostris proprijs, & c
vinæ dispensationis munere nobis collatis, & intuitu personæ nostræ a
quisitis nuper à discreto viro *Henslino Meinhardi Cive Pragensi* jus
emptionis titulo emptam, & comparatam, & ad nos intuitu Personæ nost
spectantem cum vero dominio, & proprietate, ac cum omnibus, & si
gulis redditibus, proventibus, agris cultis, & incultis, pratis, piscin
silvis, & rubetis, fluvijs, piscinis, rivulis, & aquarum decursibus, pisc
rijs, & piscationibus, fructibus, & utilitatibus, obventionibus, & em
lumentis, necnon cum omnibus, & singulis suis juribus, & pertinentijs,
appendicijs universis, sicut eandem à dicto *Henslino Meinhardi* jus
emptionis titulo comparâsse dignoscimur, & prout Terræ Tabulis inscri
ta, & inserta dignoscitur, & villam *Rauschaw ad mensam nostram Episc*
palem spectantem cum judicijs, dominio, censibus, usufructibus, redd
tibus, utilitatibus, proventibus, honoribus, obventionibus, juribus,
pertinentijs suis, eo jure, quo ad *mensam nostram Episcopalem* dicta vil
pertinuerat, permutamus, & prædictis *Abbati, & Conventui*, ac eorum
Monasterio pro dictis eorum Castro, oppidis, villis, juribus, & pertine
tijs suis (*Stradow*, *Spanow* villis, ùt præfertur, exceptis, & exclusis) ver
permutationis titulo tradimus, & donamus, & de ipsis villis *Swol*, &
Rauschaw eis condescendimus, & easdem villas ipsis liberè resignamu
ac in eos, ac dictum eorum *Monasterium Aulæ Regiæ* ex causis hujusm
di permutationis transferimus pleno jure habendas, tenendas, posside
das, & utifruendum per dictos *Abbatem*, & per *Conventum* perpetu
temporibus, ac possessionem ipsarum ex nunc authoritate propriâ cap
endam, & disponendam de eisdem villis, & bonis, tanquam de ipsorum
proprijs rebus, & bonis liberè, pacificè, & quietè. Item *nos* ex causa, a
titulo, & vigore prædictæ pronuntiationis in & super villas nostras *Ugez*
& Offek ad præfatam nostram *mensam Episcopalem* spectantibus, quæ pe
unam, & dimidiam diætam à *dicto Monasterio Aulæ Regiæ* distare noscun
tur, prædictis *Abbati, & Conventui Monasterij Aulæ Regiæ* annuum cen
sum, sive redditum *centum sexagenas grossorum denariorum Pragensium*
tam in parata pecunia, quàm alijs cæteris & rebus & utilitatibus consisten
tem, cum plenissimo jure, potestate, & dominio assignamus, tradimus
& donamus; eâ tamen conditione in hujusmodi permutationum, seu
permutationis contractu adjectâ: quòd nos *Luthomisslensis Episcopus* præ
dictus, qui fuerit pro tempore, prædictis *Abbati, & Conventui* infra de
cennium à data præsentium immediatè computandum, alia bona libera

seu

ſeu alias poſſeſſiones, & terras liberas annuatim reddituum, ſeu cenſuum *centum ſexagenas denariorum* prædictorum, locò prædicti annui cenſûs, ſeu redditûs centum ſexagenarum Pragenſium denariorum, quem in & ſuper dictis villis *Ugezd, & Oſſek* eis aſſignavimus, donavimus, & tradidimus, ùt præmittitur, in alijs locis non diſtantibus *ultra quatuor milliaria* à præfato *Monaſterio Aulæ Regiæ*, ubi prædicti *Abbas, & Conventus* hoc acceptandum duxerint, cum pleno jure, & dominio emere, & comparare teneantur. Poſt quorum bonorum cenſuum, & reddituum ut prædictorum emptionem, & prædictis *Abbati, & Conventui* factam eorundem traditionem ſtatim ipſo facto prædicti cenſûs, & redditûs centum ſexagenarum groſſorum prædictorum per nos in dictis villis ipſis *Abbati, & Conventui Monaſterij Aulæ Regiæ*, ùt præſcribitur, aſſignati, donati, & traditi ad nos, & dictos noſtros ſucceſſores, & ad *menſæ Lutomiſslenſis Epiſcopatûs* proprietatem per omnia prout ante contractum præſentem pertinebant ſinè impedimentis, & contradictione quibuslibet liberè revertantur. Itaque quod ex tunc ipſi *Abbas, & Conventus Monaſterij Aulæ Regiæ* in eisdem villis *Ugezd, & Oſſek*, ac ipſorum Cenſibus, redditibus, & pertinentijs quibuslibet nullum penitus jus, ſeu actionem ſibi poterunt quomodolibet vendicare. Si autem infra decennium præfatum, nos, vel ſucceſſores noſtri *Luthomiſslenſes Epiſcopi* alia bona libera, ſeu alias poſſeſſiones & terras liberas annalium cenſuum centum ſexagenarum prædictis *Abbati, Conventui, ac Monaſterio* non emeremus, nec compararemus, ùt præfertur, ex tunc ipſi *Abbas, & Conventus, ac Monaſterium* præfati, prædictos redditus, & cenſus *centum ſexagenarum groſſorum denariorum* in & ſuper dictis villis eis demonſtratos, traditos, & donatos in perpetuum, ut ipſorum ac *Monaſterij* eorum proprios & hæreditarios cenſus, & redditus abſque contradictione qualibet ad eorum *Monaſterium* pleno jure retinebunt. In quo per nos, & ſucceſſores noſtros præfatos, & *Eccleſiam noſtram Luthomiſslenſem* non poterunt, nec poſſunt perpetuè quomodolibet impediri. Volentes igitur dictos *Abbatem, & Conventum*, ac ipſorum *Monaſterium Aulæ Regiæ* certos reddere, & ſecuros promittimus bonâ fide pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris hujusmodi permutationis contractum, & ſingula in ea contenta, rata, grata, & firma perpetuis temporibus tenere, habere, & inviolabiliter obſervare, & prædictis *Abbati, Conventui*, ac ipſorum *Monaſterio* ſuper prædicto contractu, & omnibus, & ſingulis in eo contentis nullo unquam tempore quamcunque actionem, litem, quæſtionem, ſeu controverſiam ad cujuscunque etiam Principis Eccleſiaſtici, vel ſæcularis mandatum, vel requiſitionem per nos, alium, ſeu alios movere, vel inferre, aut moventi, ſeu inferenti præſtare conſilium, auxilium, vel favorem, nec eidem, ſeu eisdem inferenti, ſeu inferentibus, conſentire, nec contra præmiſſa, vel

Emendæ fuerunt aliæ dictiones pro Cœnobio.

100. ſexag. groſſor.

quodlibet præmissorum facere, vel venire per nos, alium vel alios, publ cè vel occultè, directè vel indirectè, in judicio, extra judicium, de jure v de facto aliquâ ratione, causâ, vel ingenio, vel alio quovis quæsito col re, & prædictos *Abbatem*, & *Conventum*, ipsúmque *Monasterium* sup dicta permutatione, & omnibus, & singulis in ea contentis, aut sup quibuscunque alijs dictum permutationis contractum concernentib quocunque nomine appellentur, non impetere, nec molestare, aut inqu etare verbo vel facto, nec contravenire, neque contra ipsos super præmi sis, & præmissorum quolibet aliquas literas impetrare, nec etiam liter uti impetratis; renunciamus insuper, sponte, & liberè, ac ex certa scient exceptioni doli mali, & auxilio seu suffragio circumventis, & deceptis quacunque causa, & qualitercunque competentibus, & competenti, ac nostrum, & *mensæ nostræ Episcopalis* utilitatem non conversi, & cujuscu que superioris implorandi officio, & beneficio petendi restitutionis in i tegrum, & cujuscunque alterius provisionis contra hujusmodi permutati nis contractum, & omnia, & singula supra dicta nobis, & *mensæ nostræ* su fragari volenti, & generaliter omni aliquando cautiùs juris, vel legis, a facti, actioni, exceptioni, defensioni, auxilio, & beneficio, nec non statu tis, Constitutionibus *Romanorum Pontificum*, & consvetudinibus qu buscunque, quibus possimus contra prædicta, vel prædictorum aliqui facere, vel venire, aut nos de jure, vel de facto qualitercunque, aut qu modocunque juvare, defendere, vel tueri. In quorum omnium robu firmum, & perpetuum, nec non validum, & testimonium evidens, præ sentes literas fieri, & scribi jussimus, & nostri, ac *Capituli nostri Lutbomi slensis*, nec non Venerandi in Christo Patris, & Domini Domini nost *Arnesti*, Sanctæ Pragensis Ecclesiæ Archi-Episcopi Metropolitani nost Sigillorum appensione de anno Domini M.CCC.LVIII. die 26. Mensi Januarij. *Pragæ* in curia Archi-Episcopali, fecimus, & procuravimu communiri.

Ratificatio Arnesti Archiepisc. Prag.

Et Nos *Arnestus DEI, & Apostolicæ Sedis Gratiâ, Sanctæ Pragens. Ecclesiæ Archi-Episcopus*, prædictæ permutationi super qua præfati Do minus *Joannes Episcopus* ab una, & *Abbas*, & *Conventus Monasterij Aulæ Regiæ* ex altera, dudum nobiscum, & sæpius tractaverunt, & delibe raverunt, & nuper etiam nobiscum, & inter se solemnes tractatus habue runt, quia invenimus, & cognovimus, & cognoscimus eandem permu tationem in prægrande commodum, & utilitatem tam *Luthomißlensis Ecclesiæ*, quàm *Monasterij Aulæ Regiæ* redundare, & per ipsam permu tationem, utriusque conditionem fieri meliorem, nostram authoritatem, necnon expressum consensum authoritate ordinariâ interposuimus, adhi buimus, interponimus, & adhibemus, eandèmque permutationem, quo ad omnia, & singula in ea contenta, & ipsam contingentia, & concernen-

tia,

a, in omnibus, & singulis suis capitulis, cunctis sententijs, & versiculis, : tenoribus de verbo ad verbum, ùt suprà exprimuntur, authorizando, : nostram authoritatem interponendo, ratificavimus, approbavimus, tificamus & approbamus ipsàmque jure, modo, & formâ meliori, uibus possumus, animo deliberato, non per errorem, aut improvidè, d ex certa nostra scientia, præfatâ authoritate ordinariâ confirmamus. i cujus rei testimonium Sigillum nostrum unà cum Sigillis præfatorum omini *Joannis Episcopi*, *& Capituli Ecclesiæ Lutbomißlensis* præsentius est appensum. Datum *Pragæ* in Curia nostra Archi-Episcopali. nno Domini 1358. septimo Calendas Februarij.

LI.

)e Creatione Notariorum Publicorum Domino Archi-Episcopo concessio facta. 1358.

nnomine Sanctæ & Individuæ TRINITATIS feliciter. Amen.

CAROLUS IV. divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator Semper Augustus, & Boëmorum Rex, ad perpetuam rei memoriam. Sicut ex assumpto Imperialis dignitatis officio *Sanctarum* *cclesiarum* commodis, & quieti, ac ipsarum procurandis honoribus, laudem DEI, & nostræ salutis augmentum, invigilare tenemur; ut si, os divina providentia ministerio suo deputare ordinavit, sub fælici noro regimine animi tranquillitate eò sinceriùs famulentur altissimo, quangratiosiùs se viderint nostræ protectionis præsidijs communitos. Siit inter cæteras, *Sacro Sanctas Ecclesias* Magnifico statui, & desideratæ licitatis augmento *Pragensis Metropolis* meritis, nostræ eò propensioris eliberationis examine, & amplioris benignitatis affectu dignamur intenere, ipsámque amplioris decoris insignijs illustrare sereniùs, quò gratio-: nostræ salutis compendia suscepimus ab eadem. Nam ipsam post carulis nostræ nativitatis initia, quibus tenebamur ad noxam, *nos* per Sanctæ regenerationis lavacrum ad novam prolem in adoptionem filiorum)EI ex altissimæ dispositionis gratia parturivit. Sanè præmissorum inuitu attendentes etiam multiplicia merita probitatis *Venerabilis Arnesti* *rchi-Episcopi Pragensis Principis & devoti nostri dilecti*, quibus idem atntè sedulitatis officio ad procurandos honores & Magnificum statum *egni nostri & Coronæ Boëmiæ* aspirâsse dignoscitur, & consvetæ fidei, ac irtutis industriâ indesinenter aspirat, sicut hoc evidentium operum du-

T. I, Erecti. on. H. a.

Baptismi gratia in Eccles. Prag. à Carolo recepta.

Arnesti Archiep. Pragensis merita.

dum jndicat effectus,& quotidiana suæ solicitudinis frequentia manifesta Ad honorem omnipotentis DEI, & intemeratæ Virginis MARIÆ Matris ejus, ac Beatorum *Adalberti, Viti, WENCESLAI, quinque Fratrum* nec non Sancti *Procopij*, *Ludmillæ* & *aliorum Patronorum* nostrorum qui *Sanctam Pragensem Ecclesiam* suo pretioso sanguine, & Sanctissimæ vitæ splendoribus decorarunt, animo deliberato, non per errorem, au improvidè, sed sano Principum, Comitum, Baronum, & Procerum nostrorum accedente consilio præfato *Arnesto Pragensi Archi-Episcopo* nec non universis successoribus suis *Archi-Episcopis Pragensibus* in perpetuum authoritate Cæsareâ & Imperiali damus, concedimus, potestatem plenariam & plenissimam facultatem *Notarios Publicos*, *sive Tabelliones per totum Sacrum Imperium*, *in Regno Boëmiæ*, *& ubique locorum creandi ordinandi faciendi*, *instituendi eosque receptos ad osculum cum penna & calamario de Notariatûs & Tabellionatûs officijs investiendi* legitimè juxta morem. Ut videlicet iidem *Notarij* seu *Tabelliones* creandi, ordinandi faciendi, instituendi, ac investiendi per eos in tota ditione *S. R. Imperij Regni Boëmiæ & ubique locorum* authoritatem, potestatem & plenariam facultatem habeant instrumenta publica faciendi, seu quascunque scripturas, contractus, & quoslibet actus hujusmodi, seu negotia, testamenta codicillos, & ultimas voluntates, & alia quævis, super quibus vocati rogati, seu implorati fuerint conscribendi, conficiendi, & publicandi, & omnia ac singula faciendi, quæ *Notarij Publici* seu *Tabelliones*, ab Imperiali Celsitudine creati, ordinati, facti, instituti aut investiti, facere possent etiamsi de his in proventibus, jure & consvetudine deberetur fieri mentio specialis, decerenentes, quòd præfati *Archi-Episcopi Pragenses & successores eorum* ab hujusmodi *Notarijs*, sive *Tabellionibus* tempore creationis factionis, ordinationis, institutionis, seu investitionis eorum corporalia juramenta recipere debeant juxta formam, quæ inferiùs annotatur: *Tu jurabis ad Sancta DEI Evangelia de cætero fidelis esse S. R. Imperio, suisque Imperatoribus, & Regibus Romanorum. Scripturas verò per te in formam publicam redigendas, in membranis, & non in chartis abrasis neque papyreis conscribes, & in causis Ecclesiarum, hospitalium, viduarum, & orphanorum nil requires. Et eris eis favorabilis ac benignus; Tabellionatûs officium perpetuò sinè fraude exercebis nihil addens vel minuens malitiosè vel fraudulenter, quod alteri contrahentium valeat prodesse vel obesse. Pontes, hospitalia, vias publicas, & alia Reip. commoda, quantum in te fuerit, cum diligentia promovebis*, & ut hujusmodi Imperialis gratia robur firmitatis obtineat, neque possit vetustate temporis aboleri, omnem defectum, si quis in præmissis, seu eorum aliquo obscuritate, defectu, seu dubietate verborum & sententiarum aut occasione solemnitatis omisisse comeprtsu fuerit, supplemus de conscientia, & plenitudine Cæsareæ pote-

Facultas Notarios creandi ubique locorum Archiepiscopis Prag. conceditur.

obbligationes Notariorum & ritus eos creandi.

potestatis. Nulli ergo hominum liceat hanc nostræ Imperialis Majestatis paginam infringere, seu ei ausu quovis temerario contraire, sub pæna centum marcarum puri auri, quas ab eo, qui contrà fecerit, totiens quotiens contrà factum fuerit irremissibiliter exigi volumus, & earum medietatem nostri Imperialis ærarij, sive fisci, residuam verò partem injuriam passorum usibus applicari. *Signum Serenissimi Principis & Domini Domini Caroli IV. Romanorum Imperatoris, Invictissimi & Gloriosissimi Boëmiæ Regis.* Testes hujus rei sunt Illustres *Rudolphus* Saxoniæ Dux, Sacri Imperij Archi-Marescallus, Venerabilis *Joannes* Olomucensis, *Joannes* Litomislensis, & *Theodricus* Mindensis Ecclesiarum Episcopi, & Illustres *Joannes* Marchio Moraviæ Germanus noster, Bolco Opoliensis, & Przemislaus Tieschinensis Duces, Principes Swidnicensis, Conradus Olesnicensis, & *Ludvicus* Lignitzensis, *Joannes* Oswietimensis, Bolco Falkenbergensis, *Bolco Opoliensis Duces* & spectabiles *Joannes Recz* Burgravius Magdeburgensis, *Ulricus & Ioannes* Landgravij Lichtenburgenses Comites ac Nobiles *Czenko* de Lippa supremus Camerarius & Marschallus, *Andreas* de Duba supremus Czudarius, *Zbinko* de Hasenburg supremus Dapifer, *Miko* de Wartenberg supremus Pincerna Regni Boemiæ, *Jeßko* de Wartenberg dictus de Wessel Burgravius Pragensis, & alij complures Nostri Principes, Nobiles, & Fideles præsentium sub Imperialis Majestatis nostræ Sigillo testimonio literarum. Datum *Pragæ* Anno Domini M. CCCLVIII. Indictione XI. Kalend. Maij, Regnorum nostrorum anno XII. Imperij verò quarto & decimo. Testes ad præmissa.

LII.

Literæ Apostolicæ Innocentij VI. ad Carolum IV. de non sequestrandis Ecclesiasticorum Bonis, déque eorum Immunitate. A. 1359.

Carolo Romanorum Imperatori Semper Augusto & Bohemiæ Regi.

HAbet fide digna insinuatio facta nobis, quòd tua Serenitas attendens quosdam Clericos, & Ecclesiasticas personas, tam seculares quàm regulares in partibus Alemanniæ constitutos, effrenatâ quadam vivendi licentiâ contra Ecclesiasticæ religionis decentiam, & Clericalis habitûs honestatem secularibus se se actibus immiscentes, ad coërcendos illorum errores, & transgressiones temerarias refrænandas Imperialis solicitudinis operam adhibere feruore devotionis intendit, jam- Raynald. T. XVI.

jâmque ſuper his nonnullis Prælatis earundem partium certas literas de ſtinavit, comminationes ſequeſtrationis Eccleſiaſticorum proventuun faciendæ per ſeculares Principes continentes, nè Clerici ipſi, qui tanquan Dei miniſtri eſſe debent cæteris modeſtiæ & gravitatis exemplar, in ſuan & aliorum perniciem incorrecti ulteriùs per vitiorum lubricum gradiar tur. Siquidem, *chariſſime fili*, zelum tuum, quem habes ad domun Domini multipliciter commendamus, dum tanquam Princeps Cathol cus Miniſtros Eccleſiæ fore modeſtiâ graves, pudicitia nitidos, deniqu & moribus exemplares, ſtudio piæ devotionis affectas, ut qui dati ſunt a abluendas peccatorum ſordes in alijs, ſuis ipſi maculis non ſordeſcan Verùm cùm tu defenſor egregius & Zelator præcipuus Eccleſiaſticæ liber tatis exiſtas, decet excellentiam tuam accuratâ diligentia providere, nè pe id, quod ortum ex puritate devotionis accepit debitos transeundo term nos, noſtro, & Apoſtolicæ ſedis honori, ac præfatæ *libertati Eccleſiaſtica* quam potius defenſare te convenit, poſſit in aliquo derogari; Ideóqu magnitudinem tuam rogamus, & hortamur attentè, quatenus ab huju modi comminationibus ſequeſtrationis Eccleſiaſticorum proventuur facienda (quod abſit per ſeculares Principes) de cætero abſtineas; & ſ quid per comminationes ipſas attentatum forſan extiterit (quod non cre dimus) cùm id procul dubio foret illicitum, & in poſterum eidem liberta ti poſſit præjudicium non, modicum generare, in ſtatum priſtinum re formare procurans, Prælatos de quibus expedire ſublimitas tua cognove rit, debitâ charitate ſolicites & inducas, ut contra eosdem transgreſſore ſui officij debitum exequantur; ut taliter delinquentes ad cenſuram debi tam remittendo, aberrantes etiam Chriſti Miniſtros tractare videaris ho norificentiâ debitâ propter Chriſtum. Nos enim, ad quorum ſpecta officium, ex injuncto nobis deſuper onere miniſterij paſtoralis Prælato prædictos per alias noſtras literas, ſolicitos reddemus & vigiles, ut ſupe hujusmodi prædictorum Clericorum & Eccleſiaſticarum perſonarur exceſſibus limâ correctionis intendant: aliàs tum contra Prælatos eosden ſi circa præmiſſa negligentes extiterint; quàm eorum ſubditos cùm de ec rum defectibus ſufficienter informati fuerimus, Apoſtolicæ proviſioni remedium tam ſolicitè quàm efficaciter, curabimus adhibere. Cæterur eidem magnitudini ſuper præmiſſis per dilectum filium *Guillelmum De canum Wiſſegradenſem* ambaſſatorem tuum latorem præſentium noſtra mentis intentio, quam eidem longiori ſermone duximus referendam la tiùs & apertiùs innoteſcet. Dat: Avin. XII. Kal: Maij. anno VII.

Cæſar ad reformationem Clericorum intentus fuit.

Monetur Carolus Imp. ut intra ſuos limites adv. Eccleſiaſticos potentiam ſuam exerceat.

Sedem Apoſtolicam non defuturam ſuo muneri.

Caro

LIII.

Caroli IV. Conſtitutio pro Juribus Eccleſiarum tuendis, adverſùs Laicorum licentiam.

Carolus IV. Divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator Semper Auguſtus, & Boëmiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam.

AD imperialis Majeſtatis audientiam pro parte honorabilium *Præpoſiti, Decani, & aliorum Prælatorum, & Capituli Magdeburgenſis, Moguntinenſis, & Colonienſis Eccleſiarum* devotorum noſtrorum dilectorum per inſinuationem querulosam ſuppliciter eſt deductum, quòd ſeculares quidam, in poteſtatibus & officijs publicis conſtituti, videlicet *Duces, Comites, Barones & alij Domini temporales*, nec non *conſules* civitatum, oppidorum, villarum, & locorum rectores, dictarum *Magdeburgenſis, Moguntinenſis, & Colonienſis* Provinciarum Dei nomine poſtpoſito, ſtatuta ſingularia & iniquas ordinationes motu proprio, & de facto *contra perſonas Eccleſiaſticas*, Eccleſiarum & locorum religioſorum libertates & privilegia condiderunt eisdemque publicè, & de facto inſiſtere præſumſerunt, contra legitimas, civiles, & canonicas ſanctiones; ut putà: *quòd nulla bona temporalia in poteſtatem Eccleſiaſticam transferantur, neue Clerici in ſacris conſtituti ad agendum & teſtificandum in civilibus, & maximè in pijs cauſis aliquatenus admittantur; quod excommunicati laici, & publicè denunciati in Civili foro mininè repellantur.* — A. 1359. Raynald. T. XVI. — Machinationes contra ſtatum Eccleſiaſticum.

Item præfati domini temporales, conſules, & rectores per ſecularem poteſtatem *res & bona Clericorum occupant & arreſtant, oblationes fidelium diminuunt & reſtringunt; exactiones & talias indebitè & de bonis Eccleſiæ & redditibus exigunt & extorquent; poſſeſſiones Eccleſiarum & perſonarum earumdem devaſtant incendijs & rapinis; contractus inter clericos & laicos factos legitimè ad libros Civitatum, villarum & locorum recuſant inſcribere ac ſigillare*; donata & legata, ad fabricas & Eccleſiarum ſtructuras contra Prælatorum voluntatem & aliorum, quorum intereſt præſumunt uſurpare contra juſtitiam in fraudem & odium Clericorum; de rebus & bonis etiam Clericorum, quas non causâ negotiationis, ſed pro uſibus proprijs per terras ducunt ſeu duci faciunt, *telonium exigunt & recipere non verentur*, & confugientes ad Eccleſias & coemeteria inde extrahere contra ſanctiones imperiales præſumunt. Quæ omnia, & quælibet abinde ſecuta, cùm per ſacras & civiles & canonicas ſanctio- — Plura indigna adverſus Eccleſiaſticos laicorum attentata.

ctiones expreſsè reprobata ſint, & in fraudem Eccleſiaſticæ libertatis de facto præſumta, de Principum, Ducum, Comitum, Baronum, fideúmque noſtrorum conſilio, ex certa ſcientiâ, auctoritate imperiali, caſſ mus, irritamus, & annullamus, caſſaque & irrita, & nullius eſſe m menti penitùs deducimus, & expreſsè pronuntiamus: præcipientes ſu indignatione imperialis banni univerſis & ſingulis dictorum *Magdebu genſis, Moguntinenſis, & Colonienſis*, provinciarum & locorum vicinoru Principibus, & dominis temporalibus, conſulibus, & poteſtatibus, & officijs publicis conſtitutis, quatenus mox, viſis & intellectis præſentibu dicta ipſorum ſtatuta, & ordinationes, ſicut *in præjudicium Eccleſiaſti libertatis* edita ſunt, omnino revocent & de luce tollant, quôdque cundùm ea, non judicent ampliùs nec ſententias dictent, aut eiſdem judicio vel extra judicium quomodolibet pro ſe, & contra Eccleſiaſtica libertatem potiantur. Item pronuntiamus, & declaramus imperi auctoritate, quòd quicumque laicus cujus cunque ſtatûs vel conditio exiſtat, auſu ſacrilego, & propriæ temeritatis audaciâ ſacerdotem vel cl ricum ſecularem vel Religioſum diffidaverit vel captivaverit, proſcri ſerit, ſpoliaverit, occiderit, mutilaverit, aut in carcere detinuerit, a hujusmodi maleficia perpetrantes ſcienter receptaverit, vel favorem his eis præſtiterit, præter poenas à ſacris imperialibus & canonicis ſancti onibus eis inflictas, ſint ipſo facto infames & omni honore privati, nec a placita, vel concilia Nobilium admittendi quovis modo. Volumus e am & hortamur & requirimus ipſos Prælatos Eccleſiaſticos, ut hanc n ſtram legem & conſtitutionem in ſynodis & Eccleſijs publicari procurer & requiſiti executionem pœnarum & ſententiarum denuncient, nè in pr miſſis excedentes per ſimulatam ignorantiam ſuas malitias valeant exc ſare. Nulli ergo &c. Intentata eſt contra molientibus quinquagin marcharum auri puri mulcta: adjectiſque teſtium Principum nomin bus, conſignatum eſt hac loci & temporis notâ diploma imperial Datum *Pragæ*, anno Domini MCCCLIX. Indictione XII. III. id. Octo bris, Regnorum noſtrorum anno XIV. Imperij verò V.

Revocantur omnia quæcunque adverſus Ordinem Eccleſiaſt. conſtituta fûere.

Pœnæ in eos ſtatutæ qui ſtatum Eccleſiaſticum læ-dunt.

LIV.

Literæ Arneſti I. Archi-Epiſcopi de Spiritualibu remedijs in Peſte adhibendis.

Arnestus DEI & Apostolicæ Sedis Gratiâ, Sanctæ Pragensis Ecclesiæ Archi-Episcopus, omnibus & singulis Christi Fidelibus tam Clericis, quàm etiam Sæcularibus per nostram Diœcesim constitutis salutem in Domino, & ad Deum post præterita perpetrata facinora ex toto corde converti.

Tomo I. Erectionum. T. I. 1359.

CUm corporalis infirmitas frequenter animi ægritudinem subsequatur, & è contra correctis & emendatis vitijs plaga propter peccatorum pondus inflicta desinat desævire; hinc est, quòd cùm ıortalitatis pestilentia ob multitudinem, & magnitudinem peccatorum ostrorum, sicut verisimiliter formidamus, ante paucos annos transactos, etiam anno proximè præterito Patriam istam invasisset, & nobis pœniıntiam agentibus, & cessantibus à peccando plaga illa cessârit à nobis. Nunc verò recidivantibus nobis in peccata dimissa, tamquam si canes ad omitum revertamur & forsan (quod non sinè amaritudine cordis adijciıus) quia non veriti fuimus, maximè peccata cumulare prioribus, sævir pestilentia iteratò est reversa. Nam cùm priore vice ipsius pestilentiæ ıorbo infectis, pœnitentiæ spatium ex misericordia Domini concedebaır per triduum, nunc ipso die, quo inficiuntur ut plurimum moriuntur ıbitò tanquam animalia insensata. Expedit igitur & necessarium nobis ſt, ut cùm ad exauditionem precum nostrarum ad Deum per iteratioıem, & exaggerationem peccatorum reddiderimus nos indignos, ad Santorum suffragia recurramus, cum firmo proposito à peccatis abstinendi e cætero & vitam nostram in melius corrigendi. Propter quod ad plaandam iram Dei vindicis iteratò renovare, & præparare decrevimus anidota spiritualia, quæ sequuntur: In primis enim priora nostra monita alubria renovantes requirimus & cohortamur attentè quatenus in civitate Pragensi Metropolitana, & tota nostra Diœcesi à publicatione & notitia Patentium, *Processiones* solenniter fiant à clericis tam sæcularibus quam tiam Religiosis populo subsequente *Litaniam* decantando diebus infrà criptis, & *Missæ purimæ decantentur, & dicantur* in omnibus Ecclesiis, & Parochijs nostræ Diæcesis ordine subnotato: & primò singulis secundis erijs à proxima feria secunda sequente inchoando Missam *pro defunctis*, oro his maximè qui in pestilentia præsente mortui sunt, & quotidie noriuntur. Singulis autem tertijs ferijs in antea, & à proxima ncipiendo Missam *pro peccatis* videlicet: si iniquitates cum suo *officio* ntegrali. Quartis verò ferijs Missa *de omnibus Sanctis*. Quintis autem ferijs

Pestis imititur à Deo ob peccata.

Vehementia Pestis illæ ætát.

Præ scribuntur antidota Spiritualia adv. Pestem.

ferijs Missa de *Spiritu Sancto* subjunctâ collectâ de *Patronis*. Sextis autem ferijs Missa de Sancta *Cruce & Passione Domini*. Diebus autem Sabbati Missæ de *Beatissima Virgine Gloriosa* decantentur. Si verò præmissis diebus aliquod festum notabile incurrerit, tunc si sunt plures in eadem Ecclesia Presbyteri, Missa per unum de illo festo cantetur, & per alium, si- ve alios Missæ prædictæ legantur. Si autem unus solus fuerit Presbyter, ità quòd plures Missæ in eadem Ecclesia haberi non possint; tunc Missa de ipso festo cantetur, factâ commemoratione ac Collectâ Missæ illi die superius deputata. Post Missas verò easdem statim ante *Litaniam* flexi- genibus Clerici: *Psalmum* de Nocturno tertiæ feriæ ipso die scilicet feriæ tertiæ: *Deus noster refugium & virtus* &c. & sextis ferijs *Psalmum Deus Deorum Dominus* &c, intelligibiliter legant, quem mox antiphona: *Ne reminiscaris* &c. subsequatur; & demum *Kyrie eleyson, Christe eleyson Kyrie eleyson, Pater noster* totâ cordis compunctione. Ad quos per Plebanos ipsos præcipimus intonari, dicto: *Et ne nos* &c. cum versiculo: *Domine non secundùm peccata* &c. *peccavimus cum Parentibus* &c. & ceteris ad hoc aptis per ordinem dictis collectæ pro peccatis videlicet: *Exaudi quæsumus Domine supplicum preces* &c. & hæc: *Da nobis quæsumus Domine piæ supplicationis effectum, & pestilentiam, famémque propitius averte, ut mortalium corda cognoscant, & te indignante talia flagella prodire, & te miserante cessare*. In reditu verò ad Parochiam sive Ecclesiam Plebani Ecclesiarum vel eorum vices gerentes, populum, ut vitam suam emendent, corrigant, conterantur, & confiteantur, & de peccatis satisfaciant solicitè moneant & inducant. Et ut Deus has plagas & pestilentias avertat, humiliter fundant ad Deum preces suas. Præterea ut Christi Fideles nostræ Diœceseos tanto devotiùs Altissimo valeant famulari, quantò depositis peccatorum suorum sarcinis deprecationes eorundem in conspectu DEI plus gratæ fiunt & acceptæ, Propter salutem animarum ipsorum concedimus omnibus & singulis Plebanis nostræ Diœceseos & illorum Plebanorum vices gerentibus, qui à nobis habent licentiam à suis Ecclesijs abessendi, ut suos Plebizanos sexûs utriusque auditis eorum Confessionibus à peccatis sibi confessis, & correctis Authoritate nostrâ usque ad Dominicam quâ cantatur: Invocavit, inclusivè proximè venturam absolvere valeant *à casibus* nobis à jure, vel statutis nostrorum specialiter reservatis, eisque pœnitentias injungant, sicuti secundùm exigentiam peccatorum & pœnitentium conditionem magis viderint expedire: Missas vero præfatas modo præscripto descriptas usque ad Dominicam, quâ cantatur: *Esto mihi* &c. proximè venturam volumus decantari. *Processionem* autem volumus tantùm tertijs, & sextis ferijs singulis hebdomadis, scilicet usque ad Dominicam *Esto mihi*. Hortamur autem omnes subditos nostros, & consulimus eis, quatenus omnibus & singulis sextis ferijs, us-

Absolutiones à peccatis.

què

què ad Dominicam: *Esto mibi*, prædictam *uno ferculo*, vel saltèm *duobus* ex causa semel in die sint contenti. Ferijs autem quartis à carnibus abstineant &, *eleemosynarum largitioni*, ac alijs pijs operibus plus solito, & fortiùs intendant, nec non à lascivijs, hastiludijs ingurgitationibus, alijsque impudicis abstineant, læsis in rebus & fama satisfaciant, sicut possunt cum effectu. Ut autem à Domino Deo Salvatore nostro precibus Beatæ MARIÆ perpetuæ Virginis gloriosæ adjuti faciliùs exaudiri mereamur, mandamus omnibus & singulis nobis jure ordinario subjectis Prælatis, ac alijs Rectoribus Ecclesiarum Parochialium universis intrà nostram Dioecesim constitutis, quatenus ad laudem & honorem dictæ Virginis Gloriosæ Dominæ nostræ in suis Ecclesijs singulis diebus in perpetuum in die crepusculo ad Ave MARIA trinâ vice faciant pulsari more consveto. De hujusmodi pulsu audito, quisque fidelis Christi tria Ave MARIA decantet devotè flexis genibus pro venia peccatorum obtinenda. Jejunium De Oratione Angelica.

Nos enim omnibus & singulis Christi Fidelibus existentibus in statu gratiæ qui Missis & Processionibus præfatis cum devotione interfuerint, & pro bono & tranquillo hujus terræ statu, & amotione à nobis pestilentiæ prædictæ tunc oraverint de omnipotentis Dei misericordia & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum, nec non Sanctissimorum Patronorum nostrorum, Viti, Wenceslai, Adalberti, Procopij, Benedicti cum Fratribus, & Ludmillæ meritis & intercessionibus confisi quadraginta dies indulgentiæ misericorditer in Domino relaxamus. Datum Pragæ, Anno Domini M. CCCLIX. die V. Mensis Octobris.

LV.

Confirmatio Erectionis Ecclesiæ in Rokyczan in Conventualem per Arnestum Archi-Episcopum factæ.

Urbanus Episcopus Servus Servorum DEI, Venerabili Fratri Arnesto Archi-Episcopo Pragensi, Salutem & Apostolicam benedictionem. *Tomo I. Erection. T. 3 u. 3.*

Rationi congruit, ac convenit honestati, ut ea quæ de Romani Pontificijs Gratia processerint, licèt ejus superveniente obitu literæ Apostolicæ super illis confectæ non fuerint, suum sortiantur effectum. Dudum siquidem ex parte *Tua* exposito, felicis recordationis Innocentij Papæ sexti Prædecessoris nostri, quæ *Tu* ad honorem DEI, & divi-

ni cultûs, ac Sacræ Religionis augmentum pro tua & omnium fidelium animarum salute *Parochialem Ecclesiam in Rokiczano* Tuæ Diœcesis ad collationem *Archi-Episcopi Pragensis*, qui est pro tempore pertinentem, & in proventibus abundantem in regularem & Conventualem Præpositu-ram erigere; ac in ea instituere *Conventum sex Canonicorum Ordinis S. Augustini*, quorum unus esset *Præpositus*, qui alijs præesset & ipsorum animarum curam gereret, & alius curam animarum Parochianorum ejusdem Ecclesiæ exerceret, instituere, & pro præmissis sufficientem dotem assignare, ex qua unà cum alijs redditibus *dictæ Ecclesiæ Præpositus*, & aliæ personæ dicti *Conventûs*, alijque servitores & ministri ejusdem *Præpositatûs* congruè sustentari, & tam solita ipsius *Ecclesiæ*, quàm alia eidem *Collegio* in cumbentia onera supportare valerent, & insuper statuta, ac ordinationes salubria, juxta quæ *Præpositus*, & *Canonici* ante dicti vivere deberent, edere & facere desiderabas, etiam proponebas, & eidem *Prædecessori* pro parte *Tua* humiliter supplicando, ut tibi licentiam præmissa faciendi, dictósque *Ecclesiam*, redditus, & proventus ipsius *Ecclesiæ* ad *Rectorem* ipsius *Ecclesiæ*, qui tunc erat spectantes, eidem *Præposito*, & *Conventui* authoritate Apostolicâ uniendi, ità quod ipso Rectore cedente, vel decedente, aut Ecclesiam ipsam quomodolibet dimittente, dicti *Præpositus*, & *Conventus* Ecclesiæ ac fructuum, & redditũum, & proventuum eorundem possessionem cujuscunque licentiâ minimè requisitâ propriâ authoritate apprehendere & retinere, ipsorúmque fructus, redditus & proventus in suos usus unà cum alijs fructibus, redditibus, proventibus percipiendis, & dote, quam ipsis *Præposito* & *Conventui* assignandam duceres, ut præfertur, licitè, valenter concedere de benignitate Apostolica dignaretur. Idem *Prædecessor* hujusmodi Tuum pium commendans propositum prædictis Tuis supplicationibus inclinatus faciendi omnia & singula supradicta, nec non contradictores quoslibet & Rebelles per censuram Ecclesiasticam, appellatione postpositâ, compescendi, non obstantibus si aliquid super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi Ecclesijs, vel alijs beneficijs Ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dictæ sedis, vel legatorum ejus literas impertijssent, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem & decretum, vel alium quemlibet esset processum, quas literas & processus habitos per eosdem ad dictam Ecclesiam voluit non extendi, sed nullum per hoc eis, quæ ad assecutionem Ecclesiarum vel beneficiorum aliorum præjudicium generari, & quibuscunque privilegijs, Indulgentijs, & literis Apostolicis generalibus vel specialibus, quorumunque tenorum existant per quæ suis literis, si super his confectæ fuissent non expressa, vel totaliter non inserta effectus eorum impediri valeret quomodolibet vel differri, & de quibus quarumcunque totis tenoribus habenda fuisset in ipsis literis mentio specialis, plenam & liberam, fraternitati tuæ, videlicet secundo Kalendas

Dispositiò tota Ecclesiæ Rokyczanensis, ut sit simul regularis & Parochialis Ecclesia

Numerus Canonicorum.

Supplet omnes defectus &c.

lendas

lendas Maij. Pontificatûs sui anno nono tribuit & concessit; ita tamen, quòd per hoc nullum dicto *Rectori* ejusdem Ecclesiæ, qui tunc erat, posset præjudicium generari. Ac decrevit ex tunc irritum & inane, si secus super his à quo quavis authoritate scienter vel ignoranter contingeret attentari. Verùm quia ipsius Prædecessoris superveniente obitu literæ Apostolicæ super his confectæ non fuerint; *Nos*, nè propterea dictæ gratiæ frustreris effectu, volumus, & Apostolicâ authoritate decernimus, quòd dicta concessio per eundem *Prædecessorem* tibi facta perinde effectum sortiatur, acsi ejusdem *Prædecessoris* literæ sub ipsius diei dato, confectæ fuissent, prout superiùs enarratur quódque præsentes literæ ad præbendam plenè concessionem ante dictam ubicunque sufficiant nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis DEI, & Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avenione sexto Idus Novembris, Pontificatûs nostri anno primo.

LVI.

Literæ super erectione Monasterij Canonicorum Regularium in Trzebon, Ord. S. Augustini. 1367.

Joannes DEI Gratiâ Archi-Episc. Pragensis &c. Ad perpetuam rei memoriam. *T. 1. Erect. A. 5.*

LIcet ex pastoralis dignitatis officio, cui disponente Altissimo præsidemus immeriti, & universorum, quæ spiritualium operationum concernunt profectum vigilanti curâ, & indefessâ mentis solicitudine teneamur intendere; ad ea tamen, quæ ad divini cultûs augmentum & Religionis propagationem latiori se protractu distendere perspicimus, tantò tenemur aciem mentis nostræ convertere vigilantiùs, quantò abinde post hujus vitæ decursum ab eo speramus mercedem recipere, cui talenta nobis credita tenemur reddere duplicata. Sanè nobiles viri Domini *Petrus Præpositus Capellæ Regiæ Omnium Sanctorum in Castro Pragensi, Jodocus, Ulricus, & Joannes Fratres germani de Rosenberg Barones Regni Boëmiæ* nostræ, Dioecesis curaverunt proponere coram nobis, quòd cùm jus patronatûs Ecclesiæ Parochialis in oppido *Wittignow* aliter in *Trzebon* dictæ nostræ Dioecesis, ad eos communiter tanquam ad veros, & legitimos Patronos spectare noscatur, ipsáque Ecclesia plebis copiosâ multitudine sit referta, ac abundet in proventibus, & obventionibus temporalibus,

Joannes Archi-Episcopus Pragensis.

Fundatores Cœnobis Trebenenses quatuor fratres de Rosis.

libus, & ratione sui sitûs sit apta, ut pro divini cultûs augmento ex ea *Monasterium* erigatur; quódque nihilominus præfati *Nobiles* velut sinceræ devotionis constantes alumni, de bonis & facultatibus à DEO sibi collati pro *Monasterio* ibidem erigendo in tanta velint ministrare abundantia quòd Religiosi viri *octo* ibidem in Regularum observantia vitam ducente sinè penuria possint vivere, & in victualibus, & ceteris eorum indigentii commodè sustentari, nobísque humiliter supplicârunt, quatenus ad honorem Omnipotentis DEI & gloriosæ Virginis MARIÆ Genitricis ipsius, nec non *Sancti Ægidij* in cujus honore, & vocabulo dicta Ecclesia fundata, & consecrata existit, ipsam *Ecclesiam in Monasterium Canonicorum Regularium Ordinis Sancti Augustini* creare, & erigere, nec non per *Præpositum & Conventum* dicti Ordinis secundùm morem & consvetudinem *Monasterij Rudnicensis* nostræ Diœcesis hactenus observatas in eo facere & instituere authoritate ordinariâ dignaremur. Ita videlicet, quòd possessiones, jura, & bona dictæ *Parochialis Ecclesiæ* eidem *Præposito &* *Conventui* applicentur, & incorporentur omnia; & quòd dicti *Monasterij Præpositus*, qui pro tempore fuerit curam & regimen habere debeat, & plebi tanquam verus *Pastor* & legitimus ministrare Ecclesiastica Sacramenta. Nos verò ad dictorum Nobilium salubre propositum, & devotionem sinceram, quod & quam erga cultum divinum, Ecclesias DEI & Ministros ipsius incessanter consveverunt gerere, quibus super his facta & opera testimonium perhibent veritatis, nostræ considerationis aciem convertentes, supplicationibus eorum paterno affectu benigniùs inclinati ad honorem Omnipotentis DEI, & gloriosissimæ Virginis MARIÆ Matris ejus, & *S. Ægidij* de expresso consensu & voluntate Nobilium virorum Dominorum & *Wratiwogij* Decani, *Nicolai* Scholastici, & totius *Capituli Ecclesiæ nostræ Pragensis* prætactam *Ecclesiam Parochialem in Wittignow* sive *Trzebon* in *Monasterium Conventuale Canonicorum Regularium Ordinis Sancti Augustini* sublimamus, erigimus, & creamus, universa & singula bona, possessiones, redditus, jura, libertates, & census ipsius *Ecclesiæ*, in quibuscunque rebus consistant in ipsum *Monasterij Præpositum & Conventum* transferimus & ipsis conferimus, meliori modo & forma, quibus possumus & vellemus, decernentes, quòd plebs quondam *Parochialis Ecclesiæ*, nunc verò *Canonicorum Regularium* in cura & regimine animarum per *Præpositum* dicti Monasterij, qui pro tempore fuerit dirigi, regi, & gubernari debeat totis in antea temporibus affuturis. Volumus insuper, quòd *Conventus* prædicti *Monasterij* vel eorum major, vel sanior pars ipsius juxta ordinem sui statuti ex nunc, & in antea *Præpositum* sibi eligat, quotiens fuerit opportunum, qui per *Archi-Episcopum Pragensem*, qui pro tempore fuerit, confirmetur, sibique cura animarum tam ipsius *Monasterij*, quàm plebis, ejusdem *Parochiæ* committatur: juribus

Raudnizio advocati Canonici

Libera Electio Præpositi, & ejus munus.

tamen

tamen noſtris quoad utramque legem & univerſis & ſingulis juribus noſtris ordinarijs, nec non Archi-Diaconis, qui pro tempore fuerint, *quoad viſitationem*, correctionem, procurationem, & cetera omnia, ante correctionem in *Monaſterio dictæ Parochialis Eccleſiæ* de jure vel de conſvetudine ſemper ſalvis. Volumus etiam, quòd *Præpoſitus & Fratres* dicti Monaſterij in *Wittignow* ſive *Trzebon* in omni modo vivendi & obſervantia regularum, quà nunc vigent, ſe debent Fratribus prædicti Monaſterij *Rudnicenſis* omnimodè conformare. In cujus rei teſtimonium præſentes literas fieri, & ſigilli noſtri & *Capituli* noſtri, appenſione juſſimus communiri. Actum & datum *Pragæ* Anno Domini M. CCCLXVII. indictione quintâ, die 12. Menſis Maij præſentibus honorabilibus viris Dominis *Henczone* Præpoſito Sanctæ Crucis Wratiſlavienſis, Officiali Curiæ noſtræ Pragenſis. *Buſſcone* Archi-Diacono Curimenſi, Joanne de Lutomezitz *Decanus S. Apollinaris Pragenſis*, & *Borſſone* Archi-Diacono Bechinenſi teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

LVII.

Privilegium quòd Archi-Epiſcopus & omnes Canonici Pragenſes utantur Rochetis & concelebrantes albis infulis. 1366.

Urbanus Epiſcopus Servus Servorum DEI ad perpetuam rei memoriam.

CIrca decorem Domûs Dominicæ, qui præſertim ex præſidentium in eadem, ac miniſtrorum ejus provenit honeſtate, nos eò propenſiori Zelo afficimur, quò ad curam, & regimen domûs hujusmodi, ſuper ejus ſpeculam ſumus divinâ promerente clementiâ ſublimati. Sanè non ſinè mentis noſtræ mœrore ad noſtri Apoſtolatûs auditum revocatio fide digna deduxit, quòd *Archi-Epiſcopus Pragenſis*, qui eſt pro tempore per ſuam civitatem aliò, aut provinciam, proficiſcens, facere ante ſe crucem deferri, & tam ipſe, quàm ejus Suffraganei velut Eminentiæ ſuarum dignitatum immemores, uti Rochetis, ſeu camiſijs ex quodam frequenti contemtu negligenter omittunt, non attento per ipſos Prælatos, ut decerét eosdem, quòd ſicut competentibus abuti juribus ad malitiæ noxam aſcribitur, ſic non uti ad deſidiam imputatur, & quòd ex hujusmodi eorum neglectu, dignitatum, & privilegiatorum locorum ipſorum, vilipendium ſequitur, & exempli pernicies ad ſubditos derivatur; Nos itaque volentes juxta commiſſi nobis paſtoralis officij debitum, Crux ante Archiepiſc. Prag. deferenda.

remedium ſuper his apponere opportunum, hac conſtitutione perpetuò valitura, ſancimus, & irrefragabiliter ordinamus, quòd Archi-Epiſcopus per Civitatem, Diœceſim, aut provinciam præfatam incedens vivificæ Crucis vexillum agonis, atque trophæi Dominici ſignativum, ante conſpectum ſuum facere bajulari, ipſi quoque *Archi-Epiſcopus & Suffraganei* dictos deferre rochetos, quorum materialis & extrinſecus candor cenſetur judicium puritatis intrinſecæ relativum, quoties ſe in publicum exhibuerint, & etiam Canonici Eccleſiæ Pragenſis, quibus per nos eſt conceſſum, quod certis temporibus in ipſam Eccleſiam, & duo ex eis eidem Archi-Epiſcopo, cùm ſuam *Pragenſem Eccleſiam*, aut alias, in quibus partibus ſibi nuper legationis officium duximus committendum,
Infulæ Canonicis Archiepiſcopo miniſtrantibus permiſſæ.
Miſſam in Pontificalibus celebranti, in diaconatûs & ſubdiaconatûs officij ſervientes, mitris *albis ſeu infulis uti* poſſint, cum ipſis Mitris utentur hujusmodi rochetos, ſeu camiſias, & ſuper eis ſuperpellicia portare etiam teneantur, ipsósque *Archi-Epiſcopum & Suffraganeos* ac Canonicos præſentibus adhortamur, ut ſic huic noſtræ ordinationi obedire ſtudeant reverenter, quòd contra eos pœnam ſuper his ſtatuere non cogamur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Conſtitutionis, ordinationis, & exhortationis infringere vel ei auſu temerario contraire; Siquis autem hoc attemtare præſumpſerit, indignationem omnipotentis DEI & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Avinione III. Kal. Junij, Pontificatûs noſtri Anno tertio &c.

LVIII.

1361.
Privilegium quod duo Canonici concelebrantes Archi-Epiſcopo uti poſſint infulis albis, in Provincia & partibus Legationis.

Urbanus Epiſcopus Servus Servorum DEI, Venerabili Fratri Archi-Epiſcopo Pragenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

PLenitudo devotionis eximiæ, quam Chariſſimus in Chriſto filius noſter *Carolus Imperator* ſemper Auguſtus & Boëmiæ Rex ad nos, & *Romanam* gerit Eccleſiam promeretur, ut votis ſuis in his præſertim quæ decorem & ſolemnitatem Divini cultûs reſpiciunt, liberaliter annuamus. Sanè cùm dudum ad inſtantiam *Imperatoris* ejusdem dilectis filijs Canonicis tuæ *Pragenſis Eccleſiæ* duxerimus concedendum, ut quo-

quotiscunque contingeret *Pragenſem Archi-Epiſcopum* qui pro tempore fuerit in dicta *Pragenſi Eccleſia* in Pontificalibus celebrare, omnes & ſinguli ejus *Canonici Eccleſiæ Pragenſis* mitris ſeu infulis albis ſine quocunque ornatu, licitè uti poſſent. Nos ad reverentiam DEI & ad honoris augmentum, honoris Archi-Epiſcopalis dignitatis volentes conceſſionem hujuſmodi amplificare ut quoties Te, & Succeſſores tuos *Archi-Epiſcopos Pragenſes*, tam in prædicta *Pragenſi*, quam in alijs Eccleſijs tuæ Provinciæ, ac partium in quibus legationis officium per nos tibi & eiſdem ſucceſſoribus noviter eſt conceſſum, continget in Pontificalibus celebrare, duo ex eiſdem Canonicis, quos Tu & quilibet eorundem ſucceſſorum ad ſerviendum vobis in diaconatûs, & ſubdiaconatûs officijs duxeritis præſentium tenore indulgemus. Nulli ergo omnium hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis DEI & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Avinione &c. Kal. Junij. Pontificatûs noſtri Anno tertio, &c.

Extendit Privilegium antè datum ad omnes terras Legationis.

LIX.

Privilegium quòd non poſſit aliquis habere duas Præbendas in Civitate Pragenſi, vel duos Canonicatus.

1366.

Urbanus Epiſcopus Servus Servorum DEI, ad perpetuam rei memoriam.

CUm ex injuncto nobis Apoſtolatûs officio Eccleſiarum omnium cura ſolicitudini noſtræ immineat, decet nos vigilanti ſtudio providere, ut in ipſis Eccleſijs cultus Divini nominis laudabiliter obſervetur. Sanè nuper ad noſtrum pervenit auditum, quòd ſunt nonnulli *Canonici*, qui in *majori*, & alijs *civitatibus Pragenſibus*, & civitatis ejuſdem ſuburbiorum Eccleſijs, diverſos Canonicatus & præbendas habere noſcuntur. Nos proinde attendentes, quòd ijdem *Canonici*, ut pote pluribus intenti, *ſingulis Eccleſijs* congruè deſervire non valent, ac ſuper hoc, quantum nobis eſt poſſibile providere ſalubriter cupientes, auctoritate Apoſtolicâ, præſenti decreto, ſtatuimus & ordinamus, quòd nullus deinceps in majori & alia, ſeu duabus Eccleſijs civitatis, & ſuburbiorum prædictorum duos Canonicatus, & Præbendas, in ſimul obtinere poſſit, niſi forſan hujuſmodi canonicatus, & præbenda, alicui dignitati, perſonatui, vel officio in aliqua dictarum Eccleſiarum exiſtenti Canonicè ſint

Hæc Bulla poſtea ob Cleri paucitatem abrogata, videtur.

ſint uniti, & quod quicunque in ipſa majori Eccleſia, aut aliqua aliarum Eccleſiarum civitatis & ſuburbiorum prædictorum, Canonicatum & Præbendam dictæ majoris aut aliarum Eccleſiarum hujusmodi fuerit pacificè aſſecutus, vel per eum ſteterit quo minus hujusmodi ſecundorum, *Canonicatûs & præbendæ* poſſeſſionem habuerit, Canonicatu, & Præbenda, quos priùs obtinebat ſit ipſo jure privatus, & ſi fortè prædictos primos *canonicatum & præbendam* cum alijs per unum menſem pertinaciter retinuerit, etiam ſecundis *canonicatu* & *Præbendâ* vacare illico cenſeatur, Conſtitutionibus, Privilegijs Apoſtolicis, & alijs contrarijs non obſtantibus. Nulli ergo hominum liceat &c. vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumſerit indignationem Omnipotentis DEI, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ſe noverit incurſurum. Datum Avenione Kalen. Julij Pontificatûs noſtri Anno III.

LX.

Urbanus V. committit Archi-Epiſcopo Pragenſi, & alijs duobus Epiſcopis, ut Muldaviam à Schiſmate abſolvant, ibique Diœceſim & Epiſcopum conſtituant, &c.

Urbanus &c. Archi-Epiſcopo Pragenſi, & Wratislavienſi ac Cracovienſi Epiſcopis.

A. D. 1370.

NObilis vir *Latzko* Dux Moldavien: partium ſeu nationis Walachiæ nobis per dilectos filios *Nicolaum de Melſac* & *Paulum de Swidnicz* ordinis fratrum Minorum Profeſſores notificare curavit, quòd ipſe & ſuus populus Ducatûs ſeu terræ *Moldavienſis* licèt Chriſtianitatis nomine glorientur, tamen ipſi & eorum progenitores Schiſmatici fuerunt hactenus & exiſtunt: ſed quorundam *Fratrum minorum* prædicationibus & doctrinis inducti abnegare volunt omne Schiſma, profiterique ſanctam fidem, quam Catholica & Apoſtolica Eccleſia tenet, docet, & prædicat, ac nobis & Succeſſoribus noſtris *Romanis Pontificibus*, & Sanctæ *Romanæ Eccleſiæ* humiliter obedire, ac intendere de cætero, prout alij Catholici principes & populi obedienter & intendunt: nobisque idem *Dux* humiliter ſupplicavit; quòd oppidum ſuum Ceretenſe Halicienſis diœceſis ſpatio magno terrarum diffuſæ (cui præeſt Epiſcopus Schiſmaticus, cujus Eccleſia *Halicienſis* eſt in *Ruſſiæ* partibus Schiſmaticorum videlicet conſtituta; utique inſigne ac incolarum multitudine copioſum & aliás aptum

In VValachia inſignis Evangelij fructus.

Halicienſis Diœceſis.

otum decorari insignibus Civitatis) in Civitatem erigere, ac Civitatis signire vocabulo, & eidem Episcopum præficere Catholicum, qui ips Ducem & populum instruat & conservet in dicta fide Catholica, & alia pportuna circa hæc facere dignaremur.

Nos igitur ad salutem animarum prædictorum Ducis & populi, cona crucis hostes asserentium jugiter se pugnare, quos ab erroribus, & Schisate prædicto revocare cupimus; augmentumque præfatæ fidei plenis fectibus aspirantes, sed de præmissis nobis expositis notitiam non habens, Fraternitati vestræ, de quorum fidelitate & circumspectione in his & ijs plenam in Domino fiduciam obtinemus, de fratrum nostrorum conio per Apostolica scripta committimus & mandamus; quatenus vos, l duo, aut unus vestrûm per vos vel alium, seu alios viros fideles, atholicos & prudentes; si præfatos *Latzkonem & populum* repereritis, lle firmiter, purè simpliciter, humiliter & reverenter fidem Catholicam scipere prælibatam (quos, si oporteat, ad hoc vestris doctrinis & prædicationibus inducatis, & per alios viros Catholicos in ipsa fide peritos, ocuretis induci) postquam ipsi seu aliqua pars eorum, de qua vestræ scretioni videbitur expedire, abnegaverint omne schisma, & eandem lem devotè susceperint, & eam professi fuerint secundùm formam, uam vobis sub bulla nostra transmittimus, dictum oppidum *Ceretense* totam prædictam terram, seu *Ducatum Moldaviensem* ab omni poteate, dominio superioritate, & jurisdictione ordinariâ & diœcesanâ, & bjectione Episcopali præfati Episcopi Haliciensis, seu gerentis se pro *piscopo Haliciensi* ac Ecclesiæ Haliciensis, & cujuslibet alterius personæ cclesiasticæ in ipsius oppido & terra seu Ducatu quamcumque Spiritualem seu Ecclesiasticam potestatem sive jurisdictionem prætendentis se bere, & ejus Ecclesiæ seu dignitatis, totaliter in perpetuum eximatis; etiam liberetis, constituentes & ordinantes, quòd solum & immediatè nctæ Apostolicæ sedi in spiritualibus subsit; & deinde præfatum oppium in Civitatem erigatis & *civitatis vocabulo* decoretis, ac totam dictam rram seu ducatum *Moldaviensem*, in quantum ad præfatum ducem pernet eidem civitati pro diœcesi assignetis & etiam deputetis, & ipsam diœsim certis terminis limitetis: Et si Ecclesia ibidem sit ad hoc congrua, am *in Cathedralem Et Episcopalem* etiam erigatis &c. Addit, ut si cclesia excitata in eodem oppido non fuerit, Magnifico opere extrui, atue *S. Petri Apostoli* vel alterius sancti ùt Moldavis visum fuerit nomine signiri curent; permoveántque *Latzkonem* ut sacerdotia in ea instituat, ngruísque ad divinum cultum sustinendum vectigalibus locupletet. at: apud *Montem Flasconem* IX. Kal. Augusti, anno VIII.

De Episcopo novo in Muldavia constituendo.

De Ecclesia Christiana ædificanda.

LXI.

Erectio Hoſpitalis in Hraczano pro pauperi-bus & ægrotis, aut ſenibus Clericis Dioeceſi Pragenſis.

Ex T. I. E-rection. u. 7.

In nomine Sanctæ & Individuæ TRINI-TATIS. Amen.

A. 1375.

JoannesII. Arch:Prag. Dominus de. VVlaſſim.

JOannes DEI Gratiâ *Sancta Pragenſis Eccleſia Archi-Epiſcopus, Ap-ſtolica Sedis Legatus,* Ad perpetuam rei memoriam. Inter ſolici-tudines multiplices noſtris humeris incumbentes, illud nobis med-tandum occurrit præcipuè, qualiter operibus miſericordiæ Divinam po-ſimus conſequi miſericordiam juxta quod ſcriptum eſt: *Beati miſerico-des, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* Sanè frequentiùs i-animo noſtro revolventes, qualiter *pauperes Presbyteri,* & alij *Clerici,* n-non *Scholaſtici* noſtræ *Pragenſis Eccleſia,* atque Diœceſis dum ipſos infi-mari contigerit, propter penuriam hoſpitiorum, & victualium carentiam coacti ſint jacere in plateis communibus & victum à tranſeuntibus me-dicare, *in opprobrium totius ſtatûs Clericalis, & ſcandalum plurimorum* Cupientes igitur hujusmodi ipſorum infirmorum inopiæ, quantum n-bis ab alto conceditur compati, & ſuccurrere ad honorem DEI Omn-potentis, & Beatiſſimæ Virginis MARIÆ Genitricis Domini noſtri JE-SU Chriſti, *de conſenſu, & expreſſa voluntate Capituli noſtri Pragenſ-Eccleſia* ereximus, & conſtruximus *de ſumptuoſo opere hoſpitale* novum i-*Hraczano* ante caſtrum Pragenſe pro Clericis pauperibus, & Scholar-bus ſub titulo & honore Sanctorum *Antonij Confeſſoris & Elizabet-Vidua* & eidem hoſpitali Clericorum bona noſtra hæreditaria intuit-Perſonæ noſtræ conquiſita videlicet in villa *Hoſtiewitz Curiam* cum du-bus araturis, cum agris, & ſylvula ad ipſam curiam ſpectantibus ibidem item in villa *Wallow* ducentorum octo groſſorum cum quatuor pulli-cenſûs annui. Item in villa *Kroczißlaw* quatuordecim ſexagenas gro-ſorum Pragenſium annui cenſûs; item in villa *Wßeliß* viginti ſex ſexa-genas groſſorum Pragenſium denariorum, annui cenſûs cum omnibu-libertatibus, juribus, pratis, paſcuis, commoditatibus, limitibus atqu-pertinentijs, & pleno dominio, prout eadem bona hactenus tenuimu-& poſſedimus, damus, concedimus, conferimus, donamus, appropria-mus atque incorporamus, atque in jus, ac perpetuitatem ipſius *hoſpital-* transferimus, per ipſum hoſpitale, *ſeu Procuratorem* ipſius, qui pro tem-pore fuerit regenda, habenda, & poſſidenda perpetuis temporibus pacific-

Cenſus annui Hoſpitalis S. Antonij

De Procuratore hujus Hoſpitalis,

& qui

& quietè. Adijcientes & ſtatuentes, quòd *Procurator* jam dicti *Hoſpitalis*, ſive *Clericus* ſive *Laicus* fuerit, cenſeri & eſſe debeat *manualis* & ſingulis annis coram nobis ſeu Succeſſoribus noſtris *Archi-Epiſcopis Pragenſibus*, qui pro tempore fuerint, ſeu noſtris *Commiſſarijs* de officio regiminis adminiſtratione dicti hoſpitalis facere tenebitur debitam rationem. Item volumus ſtatuimus & ordinamus, ut hujusmodi *Procurator dicti hoſpitalis* recipere, & colligere debeat, & teneatur ad *hoſpitale* ipſum *omnes Presbyteros*, aliósque *pauperes*, *Clericos chori*, & *Scholares Scholæ noſtræ Eccleſiæ Pragenſis* infirmos & debiles, qui hoc cum humilitate debita petierint, & illis durante infirmitate ipſorum providere de victu competenti, & de lectiſternijs opportunis, & forſitan illis non occurrentibus neque extantibus, alios *valetudinarios Presbyteros civitatis & Diœceſis noſtræ Pragenſis*, qui propter ſenectutem commodè ſervire non poſſunt juxta conſilium & mandatum noſtrum, ſeu *Archi-Epiſcopi Pragenſis*, qui pro tempore fuerit, & ipſis victum & amictum juxta ſuam poſſibilitatem congruè miniſtrare; debet autem, & tenetur præfatus *Procurator hoſpitalis Clericorum* ſingulis ſeptimanis in eodem hoſpitali legere vel procurare legi per alium *duas Miſſas ad minùs*, etiamſi infirmi in eodem non exſtarent.

Senes & ægroti Sacerdotes.

Ut autem *erectio hoſpitalis* jam dicti fiat absque præjudicio & ſinè damno *Parochialis Eccleſiæ Sancti Benedicti in Hraczano*, ſtatuimus & volumus & ordinamus, libero, & benevolo, per plebanum tunc temporis dictæ *Eccleſiæ Parochialis Sancti Benedicti*, & expreſſo accedente ad hoc conſenſu, ut pro tunc præfati *hoſpitalis* noſtri ſingulis annis perpetuis temporibus ſolvere debeat unam ſexagenam groſſorum Pragenſium *Plebano Eccleſiæ Sancti Benedicti* prædictæ pro offertorio & ſuo intereſſe medietatem videlicet in feſto Sancti *Georgij* & medietatem in feſto Sancti *Galli*; qui quidem *Plebanus Sancti Benedicti* debet miniſtrare infirmis, & alijs in *præfato hoſpitali* degentibus omnia *Eccleſiaſtica Sacramenta*, & eos qui alibi ſepulturam non elegerint ſuſcipere ad ſuam, & *Eccleſiæ* ſuæ ſepulturam de contingentibus ad funerum exequias nihil penitus omittendo.

Parohia S. Benedicti in Hradcziano.

Et nè impoſterum inter ipſum *Plebanum Sancti Benedicti*, & *Procuratorem* præfati *hoſpitalis Clericorum* quæſtio aut dubium *pro offertorio* quod in ipſo *hoſpitali* obveniet emergat, dicimus, diſponimus & ordinamus, quòd hujusmodi *offertorium*, quod in dicto *hoſpitali* quandocunque ſeu quotiescunque proveniet ad *Presbyteros dicti hoſpitalis*, qui fuerunt pro tempore, vel non extantibus, ad *Presbyterum* tunc ibidem *officiantem* pertinebit, quâ ſexagenâ cenſûs prædicto Plebano, ut præfertur perſolutâ eidem *Plebano* dicimus tam pro *offertorio*, quàm pro ſuis laboribus pleniter ſatisfactum. Præterea volumus, diſponimus, & ordinamus, quòd pro tunc, *hoſpitalis Clericorum* ſupradicti qui Procurator pro tempore fuerit ſolvere debeat ſingulis annis in feſto *Beati Othmari Abbatis* duas ſexagenas

Anniversaria quædam statuuntur.

genas *grossorum Pragensium* dictis Decano & Capitulo *Ecclesiæ nostr* *Pragensis* in anniversario bonæ memoriæ *Magistri Joannis Medici de N* *vadomo Canonici Pragensis* eodem die more aliarum portionum divider das. Similiter in anniversario Dominorum *Wratiwogij Decani* *Cztiborij Archi-Diaconi Lutomericensis Canonicorum Ecclesiæ nostræ Pra* *gensis*, qui occurrit die sequenti post festum *Sanctæ Mariæ Magdalen* unam sexagenam grossorum Pragensium more aliarum portionum, præmittitur dividendam. Insuper licèt felicis recordationis *Albertus* f lius *Jarosßij de Podiebuß* fundando & dotando *altare Sanctæ Wenceslai* *nostra Pragensis Ecclesia* inter alia ordinaverit, ut minister ejusdem *Alta* *ris* debeat colligere & fovere *pauperes infirmos Clericos chori & scholæ Ec* *clesiæ Pragensis* per dies quatuordecim duntaxat prout in litera *Erection* dicti Altaris pleniùs continetur; tamen idem *altarista* propter defectum & carentiam hospitij, ubi infirmos locaret *Clericos* docente experientiâ infirmis Clericis non providit in expensis, neque collegit eosdem, prou ad hoc ex debito tenebatur, propter quod nè tales *infirmos Clericos* signan ter *Ecclesiæ nostræ Pragensis* contingat tali inopiâ & periculis subjacere, di ctum *hospitale*, ùt præfertur, ereximus, & eundem *Altaristam* & succes sores suos qui pro tempore fuerint, ab illo onere colligendi & nutriend *Clericos infirmos*, ut præmittitur, absolvimus, & in totum esse volumu supportatum. Ità tamen, ut præfatus *Minister Altaris Sancti Wenceslai* qui fuerit pro tempore pro hujusmodi honore expensarum solvat singulis annis perpetuis temporibus *Vicario perpetuo nostro in Ecclesia nostra Pra-* *gensi*, qui pro tempore fuerit, *quatuor sexagenas grossorum denarij Pra-* *gensis* per medium in festo Sancti *Georgij*, & per medium in festo *Sancti* *Galli*, pro quibus pecunijs idem *Vicarius* noster comparare & procurare tenebitur *Clericis choralibus Ecclesiæ nostræ Pragensis*, illis præsertim quibus deficit, tunicas criseas ad hyemem, & tunicas barchanicas ad æstatem. Alijs nihilominus, quæ præfatus *Albertus* per ministrum dicti altaris fieri voluit in suo robore permansuris. Ut igitur prælibata nostra *Fundatio*, *Erectio*, dotatio atque ordinatio perpetuis temporibus maneat in convulsa & illibata atque firma, jussimus præsentes literas fieri, & sigillorum nostrorum & *Capituli nostræ Pragensis Ecclesiæ* munimine roborari. Actum & datum *Pragæ* Anno Domini M. CCCLXXV. Indictione XIII. die Septimâ Mensis Julij. Nósque *Hinko Decanus*, *Pota Archi-Diaconus*, *Adalbertus Scholasticus*, totúmque Capitulum *Ecclesiæ Pragensis* publicè recognoscimus & fatemur, quòd super *Erectione*, concessione, donatione, dispositione, ordinatione ac omnibus & singulis supra scriptis, & quolibet eorum unà cum præfato *Reverendo in Christo Patre & Domino Joanne*, *prædictæ Ecclesiæ Pragensis Archi-Episcopo*, *Apostolicæ Sedis Legato* solennem tractatum ac diligentem deliberationem habuimus, eis-

Vestes curandæ.

Capituli Pragensis consensus.

eisque omnibus & singulis præmissis annuimus, & consensimus, ac præsentibus consentimus, & ad ea omnia & singula nostrum expressum consensum & benevolum assensum adhibuimus & præsentibus adhibemus, & in eorum robur perpetuum & evidens testimonium præsentes literas sigilli Capituli nostri appensione fecimus communiri.

LXII.

Gregorius XI. Papa descriptis Turcarum in Græcia progressibus, exhortatur Equites Rhodios in Bohemiæ Regno, ut armis correptis & mari trajecto in auxilium Christianorum in vere Anni 1377. compareant.

Gregorius &c. Hospitalarijs Regni Bohemiæ, &c.

A. 1385.

INgentissima damna, aliáque mala animarum & corporum, non absque flebili memoratu fidelium recitanda, quæ venerunt propter Christianorum negligentiam, in gravissimum dispendium fidei Christianæ commissam, piget & pudet recolere: sed id cogit urgens necessitas, ut ostensis negligentiæ culpis, & infelicissimis eventibus subsecutis, ex eis ipsæ culpæ horreantur detestabiliùs, & promptioribus animis possibilis emendatio præstatur. Est siquidem notissimum, quòd olim etiam de multorum memoria, *impij Turchi* persecutores nominis Christiani, non inventâ resistentiâ sufficienti fidelium, post dissipationem multarum Insularum, quæ fertiles erant, & inhabitatæ per populos Christianos invaserunt, occuparunt, & destruxerunt ferè, totum gloriosum Imperium *Romaniæ*, & sibi tributarium effecerunt, abductis abinde in servitutem miserrimam infinitis personis utriusque sexus, quas ad terras suas abducere voluerunt, jámque Imperium *Bulgariæ & Regnum Serviæ* aliásque partes dictorum Christianorum crudeliter impetere asseruntur. *Civitas* quoque gloriosa *Constantinopolitana*, & ejus *Imperator* illustris, adeò sunt arctati â *Turchis* eisdem, quòd non solùm eis tributarij facti sunt; sed ferè in eorum manibus consistunt, nisi ipsis per auxilium fidelium Occidentalium celeriter succurratur: *Regnúmque Armeniæ minoris*, utique Christianum, positum inter *Saracenos & Turcos* eosdem, jam longis temporibus auxilium fidelium Occidentalium etiam minimum non præsensit, propter quod paulatim, & quasi totaliter in manus decidit impiorum.

Turcarum progressiones deplorandæ.

Constantinopolis in periculo à Turcis.

Præmissis igitur & nonnullis alijs, utilibus & necessarijs causis circa hanc materiam, quæ consultiùs præsentibus subticemus, maturâ deliberatione digestis, ad laudem Dei, defensionem & dilatationem dictæ fidei, gloriam

Quid fieri ab ijs postulet Pontifex

riam & honorem *Romanæ Ecclesiæ*, animarum vestrarum salutem, & religionis vestræ reformationem aut augmentum in spiritualibus & temporalibus dante Domino proventurum, auctoritate Apostolicâ duximus ordinandum, ut quingenti fratres milites dicti hospitalis & totidem eorum scutiferi tempore veris anni Nativitatis Domini millesimi trecentesimi septuagesimi septimi ad *partes Romaniæ* præfatas debeant transfretare, in eisdem partibus ad dictæ sedis beneplacitum permansuri, & gesturi bellum contra Turcos prout per dilectos filios *Magistrum & conventum Rhodi dicti hospitalis* & alios Præsidentes & Consiliarios ad hoc deputandos pro tempore providè disponetur, &c. Datum Avin. VI. id. Decembris, Anno V.

LXIII.

Fundatio & Ratificatio Erectionis Hospitalis in Zleb.

1377. Tomo II. E-rect. K. I.

IN *nomine Domini, Amen.* Nos *Marquardus* Serenissimi Principis ac Domini Domini *Caroli Romanorum Imperatoris* semper Augusti & *Bohemiæ Regis* nostri Domini gratiosi, *Cameræ Magister*, nec non *Petrus* Frater ipsius ejusdem Domini Domini *Caroli Curiæ Magister Fratres de Wartenberg*, Domini in Kost, pro nobis, hæredibus & successoribus nostris in perpetuum. Notum facimus tenore præsentium universis, quod cùm juxta piæ desiderium voluntatis bonæ memoriæ quondam Dominæ *Agnetis de Slevven* Hospitale ad laudem & gloriam Omnipotentis DEI, nec non reverentiam *Assumptionis Virginis Gloriosæ in Zleb*, structurâ, fundatione, nec non expensis, necessariisque authore DEO consummaverimus, ac dotaverimus assignando *Hospitali* prædicto pro dictæ Dominæ *Agnetis*, nostro, nec eon ejus, & nostrorum Progenitorum remedio salutari Villam *Ziehubi* & curiam duarum araturarum *Trubsko* vulgariter nominatis, cum earundem villæ, nec non Curiæ juribus, proventibus, redditibus, censibus, & pertinentijs universis, quibuscunque nominibus censeantur, ità ordinatum extitit, ut videlicet in *hospitali* hujusmodi ponantur perpetuò *sex Monachi Professi Monasterij Gradicensis Ordinis Cisterciensis*, *Pragensis Diœcesis Sacerdotes* jugiter Domino servientes, quorum unus *Præpositus*, sive *Provisor* existat *Hospitalis* ejusdem; cujus *Præpositi* seu *Provisoris* regimen *Hospitale* prædictum in spiritualibus & temporalibus feliciter gubernetur. Debet autem ejusdem *Præpositi*, seu *Provisoris* institutio fieri per *Abbatem* dicti *Monasterij*, quotiens inantea fuerit opportunum, tamen de consensu nostro Hæredum & successorum nostrorum. Et si unquam idem *Præpositus* seu *Provisor* Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris forsitan displiceret, statim debeat destitui per *Abbatem prædictum*, & alius loco sui protinus subrogari. Insu-

Provisor cũ sex fratrib⁹ in Hospita:

Odiosa con ditio.

Duodecim pauperes alendi.

ıſuper *duodecim pauperes in Hoſpitali* præfato debent foveri perpetuò, quo-um cuilibet de quinque ulnis panni criſei pro duobus groſſis emti, veſti-nentorum ſuorum pro neceſſarijs annis ſingulis & perpetuis per *Præpoſitum* u *Proviſorem* prædictum debeat provideri, necnon eisdem perſonis die-us ſingulis & perpetuis in prandio *duo fercula & cœna* ſimiliter *duo*, & ultra

Eorum victus & veſtitus.

ta, *panis & cerevifia in copia*, dum, & quotiens ipſarum Perſonarum quili-et neceſſe habuerit, & requiſierit, obſequioſis affectibus, & debitæ pietatis fficijs miniſtrari. Pro quibus omnibus & ſingulis fideliter adimplendis, t inviolabiliter obſervandis, temporibus perpetuis affuturis recognoſcentes *Abbas* modernus & *Conventus dicti Monaſterij* pro dicta *Domina Agnete* Nos, Hæredes, & Succeſſores noſtros in perpetuos *Fundatores Tutores & Patronos Hoſpitalis* prædicti Nobis, Hæredibus, & Succeſſoribus noſtris bo-

Obligatio Cœnobij Gradicenſ:

â fide in eorum & Succeſſorum ſuorum conſcientia promiſerunt, omnia & ngula ſupradicta perpetuò valenter cum effectu, ac inviolabiliter obſerva-, ſeipſos & Succeſſores ſuos, in perpetuum, ad hoc de certa ſcientia nihilo-inus obligantes & renunciantes expreſsè circa præmiſſa, & quodlibet præ-iſſorum univerſis & ſingulis privilegijs, conſtitutionibus & indultis gene-alibus vel ſpecialibus *Monaſterio* eorum, vel Ordini conceſſis *à Sede Apo-olica, Regibus vel Principibus*, ſeu alijs ſub tenoribus quibuſcunque, quo-um auxilio vel conſilio poſſent à prædictis promiſſis quomodolibet releva-i; prout de his ſunt ipſorum literæ continentiæ plenioris. *Nos* ergo vice

Obligatio Wartebergicorum.

erſâ prædicti *Marquardus & Petrus Fratres de Wartemberg* pro nobis, Hæ-edibus, & Succeſſoribus promittimus præſentibus in perpetuum bonâ fide icti *Hoſpitalis* bona ſingula pro noſtris viribus evincere, tueri, manu tene-e volumus, & fideliter defenſare, præſentium, quibus ſigilla noſtra, videli-et *Marquardi & Petri Fratrum de Wartenberg*, aliàs de *Koſt*, teſtimonio unt appenſa literarum. Datum in *Slevven*, Anno Domini M. CCC. LXXVII. die Dominico, in Vigilia *Purificationis Sanctæ MARIÆ Virgi-is Glorioſæ*. Nóſque *Joannes* DEI gratiâ Sanctæ Pragenſis Eccleſiæ *Ar-*

Confirmatio Joannis Archi-Ep:

hi- Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus, attendentes ejuſmodi *Fundatio-em & Dotationem Hoſpitalis* ex zelo devotionis, per ipſámque cultum auge-i Divinum; ipſam ac omnia & ſingula ſupra ſcripta in ſuis punctis & clau-ulis, prout ſuperiùs deſcripta ſunt authorizamus, ratificamus, approbamus, x ex certa noſtra ſcientia, authoritate ordinariâ confirmamus, dictúmque *Hoſpitale* in beneficium erigentes, eidem Villam, Curiam & cenſus ac red-itus ſupra dictos annectimus, unimus, applicamus, appropriamus, & in-corporamus, ac de cætero inter Eccleſiaſticos volumus reputari. Harum, quibus ſigillum noſtrum appenſum eſt, teſtimonio literarum. Datum *Pragæ* An: Dom: M. CCC. LXXVII. die vigeſimâ quintâ Menſis Februarij.

LXIV.

Litera Donationis Censûs Domûs seu Hospitalis in Roma.

1378. JOannes DEI gratiâ Sanctæ Pragensis Ecclesiæ Archi-Episcopus, Apostolicæ Sedis Legatus. Injunctæ nobis solicitudinis cura requirit, ut jo Divini cultûs augmento ad ea quæ grata sunt Domino, ratione præviâ tendamus, ac pro egenorum Christi Fidelium desiderando subsidio, pervigili studio laboremus. Nobiles ac Magnifici Viri Domini *Petrus*, *Ulricus* & *Joannes Fratres de Rosenberg Regni Bohemiæ Barones*, insigni zelo devotionis accensi quandam literam in pargameno scriptam & sigillorum ipsorum appensione munitam sanam & integram donationem certorum redditum pro hospitio peregrinorum *in Roma* per *Invictissimum Dominum Carolum Cæsarem* deputato, prout infra describitur continentem, nobis cum omni modestia & mansvetudine transmiserunt, & donationem ipsam, quamvis eoipso quòd venerabili loco confertur juris sit Ecclesiastici seu Divini juxta legitimas sanctiones, per nos approbari, & confirmari humiliter petierunt. Tenor verò dictæ literæ sequitur per omnia in hæc verba. Reverendo in Christo Patri & Domino Domino *Joanni* Sanctæ Pragensis Ecclesiæ *Archi-Episcopo*, Apostolicæ Sédis Legato, *Petrus*, *Ulricus* & *Joannes* germani Fratres *de Rosenberg* obedientiam cum reverentia debita & condigna. Quoniam ad *Urbem Romanam*, quam *Beati Petrus* & *Paulus Apostoli* glorioso cruore Martyrij Christo Domino consecrarunt, ità ut Civitas Sacerdotalis, & Regia, & per *sacram Beati Petri fidem Caput est totius orbis* effecta, de diversis mundi partibus Christi Fideles pro expiatione criminum, & salubri venia delictorū confugiunt quasi *ad Matrem*; inter quos plures reperiuntur debiles & infirmi, & temporalium solatio destituti. Sanè hoc dudum Serenissimus Princeps *Dominus Carolus Romanorum Imperator semper Augustus* & *Boëmiæ Rex*, *tanquam Princeps Catholicus*, pius, egenorum & miserabilium consolator unà cum consorte sua *Domina Elizabeth Romanorum Invictissima Imperatrice* devotâ meditatione perpendens, & ad opera misericordiæ ubique ferventer aspirans unam domum sitam Romæ prope Ecclesias, in Parochijs *Sanctorum Stephani Protomartyris*, & *Blasij prope Campum florum* pro omnibus debilibus & infirmis colligendum *de Bohemiæ partibus* venientibus pro certa comparari fecit pecuniæ quantitate, ipsámque cum uberioris gratiæ sancto proposito egenis ipsis ad laudem Domini & honorem assignavit, contulit & donavit. Verùm quia idem *Princeps* propter varias occupationes *Sacrum Imperium*, & *Rempublicam* concernentes hujusmodi desiderandum conceptum complere non valens *Nobis* ulteriorem executionem ipsius comisit; *Nos* attendentes, quòd memorati Principis providenti

Tomo II. Erect. U. I.

Domini de Rosenberg fundant certos Census pro Hospitali Bohemorum in Urbe.

Carolus IV. comparavit Domū pro Peregrinis Bohemis Romæ.

justæ rationis adjuta præsidio salutem prospiciat animarum, volentes ad missa Nobis opem & opera adhibere, cupientes etiam corporalia seminare terris pro retributione æternorum in cælis, de bonis nostris paternis à Deo bis concessis *quatuordecim sexagenas cum medio fertone census annui &* rpetui, *Boëmici pagamenti* videlicet in villa *Oltin*, quæ est nostra *Petri* vilicet, & *Joannis*, novem sexagenas grossorum, in hominibus rusticis cenlibus residentibus prope villæ introitum gressus ad eandem de *Przibie*-*Z* dirigendo, & in villa *Bezeticz* nostri, videlicet *Ulrici prædicti*, quinque xagenas cum medio fertone. similiter in & super rusticis & agris in introi villæ de *Przibienitz* ab Arce computando cum pleno Dominio sub modis, nditionibus, & clausulis infrà scriptis eidem domui, *Hospitio*, *seu Hospi*-*li* assignavimus, donavimus, & præsentibus condescendimus de eisdem.

Census in bonis Fratrum Rosensium collocati.

ergo in hujusmodi *Hospitali* seu domo pro decumbentium in ea solatio ltus Divinus certis temporibus peragatur; *Primò & ante omnia* volumus, sponimus, & ordinamus, ut in eo unum *altare* erigatur, & per loci ordirium cum ceremonijs debitis, sub titulo *Beati Wenceslai Martyris, & San*-*e Marthæ Hospitæ Domini* consecretur. Volumus etiam, & intentiom nostram omnimodè declaramus, quòd sit aliquis custos, Gubernator u tutor domus, seu Hospitalis prædicti, in Sacerdotio constitutus per nos, & eredes nostros, aut tandem per *Præpositum Collegij Canonicorum Regula*-*um* per nos in oppido nostro *Wittignau* aliter in *Trzebon* constituti ponenis ibidem, & iterum quando placuerit removendus, & alius subrogandus; i de dictis redditibus *decem sexagenas* annis singulis pro suis laboribus & fagijs decernimus assignari, & reliquas quatuor sexagenas cum medio fertosuperstites, ipse *Presbyter*, qui & *Custos*, seu *Gubernator* pro reparatione omûs hujusmodi tectis & ruinis sub fide dignorum testimonio singulis ans convertet; & si quid superenit, pauperibus ibidem degentibus erogabit, tionem nihilominus de perceptis & distributis coram illo, qui sibi de partis *Boëmiæ* censum portabit, seu procurabit prædictum suis temporibus cùm actus fuerit reddituris. Statuimus etiam, disponimus & ordinamus, uod *Præpositus in Wittignau* memoratus, qui est, vel qui pro tempore fueipsum censum in villis prædictis tollere debeat, & levare, & cum protetione idonea præfato *Presbytero* seu *Custodi Romam* debitis temporibus deinare. Et quia dignum est subire onera qui rerum comoda complectunr, statuimus, ordinamus & volumus, ut ipse *Presbyter seu Custos* in dicto ltari ibidem per loci Episcopum duce Domino consecrando *ad tres Missas* out Altissimus inspiravit, in septimana legendas per se, vel alium sit astrius. alioquin si negligens fuerit in præmissis, per præfatum *Præpositum*, uitum sibi de hoc constiterit puniendum seu à ministerio hujusmodi remondum. Nos igitur prædicti *Petrus*, *Ulricus*, & *Joannes* prætenden-

Obligationes Hospitalis.

Præfectus hospitalis.

Præposito Trebonensi res committitur.

Obligatio trium Missarum.

tes & timentes, quòd hujusmodi factum laudabile posset per incuriam & ne-gligentiam futuris temporibus deperire, *vestræ Paternitati* duximus humili-ter supplicandum, quatenus hujusmodi possessiones, superiùs enarratas cen-sus, jura, & redditus, cùm in vestra consistat Diœcesi, memoratæ domi, oratorio, eleemosynæ, seu Hospitali dignemini annectere & unire, dictam-que donationem, ut de cætero sit juris Ecclesiastici authorizare, ordinare, & approbare. Nos enim hoc ipsum ab hujusmodi *domûs* seu *Hospitalis* lo-ci *ordinario* seu *Diœcesano* petimus, & alia circa hoc opportuna impetrare cu-rabimus loco & tempore opportunis. In quorum omnium testimonium si-gilla nostra præsentibus sunt appensa. Datum & actum in Castro nostro in *Krumnovv* Anno Domini M. CCC. LXXVIII. proximo Sabbatho ante

Confirmatio Archiepiscopi Pragensis.

diem *Sancti Gregorij* Doctoris gloriosi. Nos igitur attendentes præli-ctorum *Dominorum* rationabile, & sanctum fore propositum, præsertim cùm ex hoc divini cultus augeatur optima celebritas, & ad tantum exem-plum gratissimum, etiam aliorum corda ad flagrantiam devotionis consi-milis, authore Domino poterunt feliciùs animare, idcirco ut hujus celebris rei principium medijs producetur, insignibus & fœlicibus Successionibus in Domino terminetur, de nostrorum consilio Sapientûm suprà dictam dona-tionem, in omnibus suis apicibus, sententijs, punctis & clausulis, prout su-periùs expressatur, ad instantiam, desiderium, & rogatum ipsorum autho-ritate ordinariâ approbamus, ratificamus, & certâ nostrâ scientiâ confirma-mus, & similiter omnia suprà dicta, redditus, proventus & censûs in omni modo, conditione, statu & forma suis, juri Ecclesiastico submittimus, ita quod amodò inantea Ecclesiasticâ libertate gaudeant & per censuram exigi valeant, & inquiri. In cujus rei testimonium præsentes literas fieri & sigil-lorum nostrorum appensione jussimus comuniri. Datum *Rudnitz* An-no Domini M, CCC. LXXVIII. die octavâ Mensis *Martij*.

LXV.

Litera Donationis Censûs Altaris Sancti Wenceslai in Ecclesia Misnensi per Joannem Archi-Episcopum Pragensem tertium factæ.

1380.

Tomo II. Erect. l. 1.

JOannes DEI gratiâ, *Sanctæ Pragensis Ecclesiæ Archi-Episcopus, Apostoli-cæ Sedis Legatus, Reverendo in Christo Patri Domino Nicolao Episcopo Mis-nensi sinceram in Domino charitatem.* Inter cunctas solicitudines Pastoralis officij nostri humeris incumbentes, ad ea præcipuè noster est ani-mus inclinatus, quæ divini cultûs augmentum, & salutem respiciunt anima-rum: Dum enim dona crescunt, necesse est, ut & rationes donorum auge-antur similiter. Decens igitur est, & consonum rationi, ut *Omnipotenti*

DEO

DEO, ac Invictissimo Duci, & Beatissimo Martyri Wenceslao Patrono Boëmiæ, cujus fuimus, prout & sumus stipendijs à nostris primordijs feliciter educati, honorem aliquem gratâ vicissitudine nobis possibili rependere studeamus. Sanè cùm jam dudum nobis ad *Ecclesiam Misnensem* authoritate *Apostolicâ* promotis, unum *Altare* in ea sub titulo gloriosissimi Martyris suprà dicti fundare, & certis redditibus fulcire incæpimus, & dotare nobis tandem ad *Pragensem Ecclesiam Metropolitanam*, supremo Legationis officio insignitam superna dispositione vocatis negotium ipsum propter finalis in beneficium erectionis defectum juxta modum Canonicum remanserat incompletum. *Nos* verò ad tam laudabilis propositi consumationem, opem & operam adhibere volentes, pro reali perfectione beneficij memorati, eidem beneficio seu altari, & *Rectori*, seu *Vicario*, qui ipsum pro tempore gubernabit jura, redditus & obventiones per nos ad laudem, gloriam, & honorem DEI & *Sanctissimi Wenceslai* comparatos sub modis & conditionibus infrà scriptis in Christi nomine damus, conferimus, & etiam assignamus. Primò videlicet in Villa *Kanic* decem sexagenas cum media misnensium novorum grossorum, in Villa *Veder* tres sexagenas cum viginti quatuor solsis in Oppido & extra Oppidū *Nussin*, duas sexagenas novi similiter pagamenti, cum omnibus suis minutis pertinentijs, & pleno Dominio in quibuscunque rebus consistant, seu quibuscunque vocabulis designentur. Verum cum beneficium regulariter detur propter officium, naturam, & qualitatem dicti beneficij volumus esse talem: quòd is, qui ad dictum Altare cùm vacaverit, debuerit præsentari, debet esse cum effectu in Sacerdotio constitutus. Item volumus & etiam ordinamus, quòd dictus *Altarista*, seu juxta morem Ecclesiæ appellatus *Vicarius* omni septimanâ perpetuis futuris temporibus in dicto Altari, quatuor Missas per se, vel alium legere debeat, & teneatur unam *die Dominicâ* de tempore, vel aliam aptam illi diei, ut si aliquod festum tali die novem lectionum occurrat: *feriâ tertiâ* pro defunctis, *quintâ feriâ* de sanctissimis Patronis Boëmiæ *Vito*, *Wenceslao*, *Adalberto* atque *Sigismundo* sub Officio: *Sapientiam Sanctorum*, &c. *Sabbatho* verò de Sancta MARIA, & quotiescunque *Rector* dicti altaris sive *Vicarius*, aliúsque, *Missam* diebus prædictis per se vel per alium, ùt præmittitur neglexerit celebrare, pœnâ viginti grossorum pro alijs ministris Ecclesiæ irremissibiliter solvendorum se noverit incurrisse. Ad quorum solutionem per *Pragensem Archi-Episcopum* vel *Misnensem Episcopum*, seu ipsorum in Spiritualibus Vicarios cogi poterit, monitione tantùm præmissâ Ecclesiasticam per censuram pœnis alijs per statuta jurata inflictis in omnibus semper salvis. Item statuimus, & juris permissione decernimus, ut dictus *Altarista*, seu *Vicarius* in Festo *Sancti Wenceslai* dicti Altaris Patroni pro *Missa*, quæ ipso die in dicto Altari per Canonicos, & Ministros cantari debet sub nota, sicut

Fundatio & dotatio Altaris in certis villis.

Obligatio Altaristæ seu Vicarij.

Sacrum cantatum die S. Wenceslai.

cut consvetum est in *Ecclesia Pragensi*, cum Officio diurno & nocturno ca-
tari; illo etiam die celebritatis duæ sexagenæ grossorum novæ monetæ dic
Canonicis & ministris ad portiones det, & realiter, ùt cum effectu persolv
sub pœna & pœnis superiùs expositis. Præterea taliter ordinamus, ut

Anniversaria.

anniversario P*arentum nostrorum* videlicet *Domini Pauli de JencZenstein*
Dominæ Margarethæ, quod est in *Vigilia Beati Thomæ Apostoli*, Canoni
& Ministris circa hujusmodi *Altare Missam defunctorum*, cum commem-
ratione cantantibus, duas sexagenas novorum grossorum sub pœna præ-
cta numeret, & asignet. Insuper in anniversario *Reverendissimi in Chri*

Joannes Wlaſſim Archiepisc. Patruꝰ fuit Joannis de Genczenstein.

P*atris Domini Joannis Basilicæ duodecim Apostolorum Presbyteri Cardin*
P*atrui nostri charissimi*, qui est in O*ctava Epiphaniæ* D*omini*, duas sexage
ad portiones pro Missa defunctorum asignet. Nobis verò Fundatore
hac luce subtracto in *Anniversario nostro* annis singulis pro Missa defunc-
rum, quæ in dicto Altari cantari debebit sub nota duæ sexagenæ similiter n
væ pecuniæ expendantur sub pœnis superiùs nominatis. Nobis autem
ventibus semel in anno *Missa de Beata Virgine* juxta festum consvetũ aliq
die, quo ipsis placuerit solenniter decantetur, & dictæ duæ sexagenæ pro a-
niversario nostro deputatæ inter Canonicos *&* *Ministros* juxta morem Ecc-

Collatio beneficij ad quos pertinebit.

siæ dividantur. Cæterum *jus Patronatûs* seu conferendi, vel præsentar
dicti Altaris nobis ùt *Archi-Episcopo Pragensi*, & Nobilibus *Martino*, Pa
& Wenceslao de Ienczenstein Fratribus nostris germanis totaliter reservam
ità & taliter, ut nobis omnibus quatuor sublatis de medio *ad Pragenses Arch-*
piscopos Successores nostros dicta *collatio* seu *jus patronatûs* debet perpet
temporibus plenariè pertinere. *Licet autem nos ratione Legationis, utpote Ap-*

Nota:

stolicæ Sedis Vicarius possemus in dicta Misnensi Ecclesia beneficia erigere
creare; Nos tamen vobis *Reverendo Patri Domino Nicolao Episcopo M-*

Legati nati dignitas quàm procul se extendat.

nensi prædicto, propter indissolubilis amicitiæ vinculum, quo nobis invice
obligamur, in hac parte deferre volentes, P*aternitatem Vestram* attentè rog-
mus & petimus; quatenus hujusmodi nostrum propositum, fundationen
dotationem, & ordinationem, quam salubrem reputamus, & justam auth
ritate vestrâ ordinariâ dignemini approbare, in beneficium erigere, & cre
re, dictáque bona eidem *Altari* & ejus *Ministerio* cum omnibus suis clau
lis, oneribus & emolumentis, conditionibus & punctis ac modis incorpor
re, & inviscerare, dictósque redditus & jura eidem appropriare & applicar
ità ut amplius & inantea juris Canonici & Ecclesiastici censeantur, author
zare, & in DEI nomine confirmare. Ut autem nihil de contingentib
omittatur, Vobis humiliter porrigimus preces nostras, quatenus pro an
pliori *libertate dicti altaris* bona, possessiones, jura & redditus supradicto
in quantum vobis tanquam *Misnensi Episcopo* sunt aliquo Vasallitico ju
obnoxia, ea dignemini à dicto jure & servitute absolvere & eximere, ac pen
tu

liberare, præsertim cùm bona prædicta vestræ Jurisdictioni Ecclesiasticæ quam bona Ecclesiastica subjacebunt. Super quo *Vestras*, *& Capituli tri* literas à literis erectionis & tractationis distinctas petimus Reversales. quorum omnium testimonium & robur perpetuum Sigillum nostrum ujus præsentibus est appensum. *Datum Francenfurti Moguntinensis œcesis* Anno Domini M. CCC. LXXX. die vigesimâ sextâ mensis Martij.

LXVI.

e Honore & Privilegijs Ecclesiæ Pragensis, Anno 1380.

Gold. f. 88.

W*Enceslaus DEI Gratiâ Romanorum Rex semper Augustus & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam.* Notum facimus tenore præsentium universis. Innata cordi Regio prima Ecclesiæ dignis inter cæteras sollicitudinum diligentias, quibus pro subditorum quiete, modo pariter & profectu, hinc inde distrahitur, ad hoc consideratione præuâ ex quadam speciali inclinatione favoris meditari dignatur, ut Ecclesiam & Ministrorum ejus libertatibus & profectibus possit & valeat, sub tempore fælicis nostri Regiminis, salubriter provideri. Nec in hoc à recto trate nostræ recedit propositum Majestatis. *In Cælestes enim thesauros imrcescibiles illud indubiè reponimus, quod ad magnificandum Sanctarum Ecsiarum honores, & commoda liberaliùs erogamus.* Sanè si ad quarumlibet clesiarum promovenda commoda, & temporales ubertates augendas odam quasi debito teneatur: nihilominùs tamen ad sanctam & Venerarem Ecclesiam *Metropolitanam Pragensem* ardentiori zelo nostra inspirat entio, & amplioris favoris cumulatâ dulcedine ad ejus exaltationem desiria nostra porrigimus, cùm sit venerandorum *Patronorum nostrorum, Bohe æ Sanctorum, Viti, Wenceslai, Adalberti, & Sigismundi*, eorundem nonibus & reliquijs insignita, cum quibus etiam nobis quædam familiaritas , quorum aliqui in nostris Domicilijs proprium sangvinem profuderunt, ique orationibus suis apud DEUM pro nobis peculiariùs intercedunt. Acdentes igitur ad Nostræ Majestatis præsentiam honorabiles *Præpositus*, *ecanus*, *Canonici & Capitulum* præfatæ Pragensis Eccelesiæ devoti *omnin* dilecti, eidem Majestati nostræ cum instantia supplicarunt, cunctis ipsis niversa & singula Privilegia, Literas, gratias, libertates, immunitates, conssiones, jura, feuda, possessiones, bona, præsidia, & consvetudines præctæ Ecclesiæ, in capite, & in membris, à recolendæ memoriæ Divis & Illstribus quondam Prædecessoribus nostris *Romanorum Imperatoribus*, *& egibus, & Ducibus*, indulta seu indultas, concessa seu concessas, aut quo-

Æstimatio Sanctæ Ecclesiæ Pragensis.

Confirmatio Generalis omnium Privilegiorum.

vis titulo emptionis, donationis, concessionis, permutationis, aut qu[...]
Legatis & Testamentis nunc obtinet, ut signanter Privilegia inferius præ[...]
tibus inserta ipsis super certis donationibus, concessionibus & gratijs à D[...]
quondam Serenissimo Principe, *Domino Carolo Romanorum Impera[...]*
semper Augusto, & Bohemiæ Rege, Genitore nostro, primò tradita & c[...]
cessa, approbare, innovare, ratificare & confirmare gratiosiùs dignaren[...]
Quorum Privilegiorum primi tenor sequitur, &c. Datum Pragæ, An[...]
Domini M. CCC. LXXX. octavo calend: Maij Regnorum nostrorum [...]
no Bohemiæ XXIII. Romanorum verò XI.

LXVIII.

Litera Donationis, testamenti Dominorum [...] Rosenberg pro Monasterio in Trebona.

T. 2. Erect. S. 2. 1380.

NOs *Benessius Præpositus, Jaroslaus Prior*, totúsque Conventus M[...]nasterij in Trzebon præsentium tenore recognoscimus universis. Quia DD. nostri *Petrus, & Joannes DD. de Rosenberg Fundato[...]*

Augmentū Fundationis Cœnobij Trebonensis.

nostri Monasterij principales nobis sexaginta sex sexag. & quatuor gros: an[...] & perpetui censûs, ultra illa quæ prius cum *Fratribus suis* nobis donavera[...] in testamentis suis deputaverunt, de quo quidem censu in XXXVI. laneis[...] quibusdam pratis, ac uno subside in villa *Brzilitz* quinquaginta minùs u[...] sexag. & quatuordecim gros. nec non in villa *Branna* in undecim laneis, [...] tribus quartalibus sedecim sexag. quinquaginta medium gros. nobis con[...]

Octodecim personæ Regulares alēdæ.

scendentes, libere donaverunt, tali conditione. *primò*, pro *uno Presbyt[...]* augmentando, quem ultra *decem & septem personas Regulares*, quas ex pri[...]ri condictu in *Conventu* conservamus, sex sexag. annui censûs computant[...] quem etiam quando nobis placuerit religiosum poterimus habere, vel sæc[...]larem.

Vinum quotidie dandū Fratribus.

Item pro tribus *vasis vini Austriaci* viginti unam sexag: groß: qu[...]rum vasorum quodlibet contineat viginti quatuor urnas, de quo etiam vin[...] *decem & octo Fratribus* per anni circulum quolibet die cuilibet per unu[...] *Zeidlinum Vini* debet perpetuè ministrari, item duas sexagenas, sedeci[...] grossos, duos denarios pro *albo pane* expendemus, sic quod cuilibet *decem &*

albus panis

octo prædictorum Fratrum in diebus infrà scriptis unus albus panis talis, pr[...] ut civitate *Trzebon* per Halensem emitur, ministretur, & primò omni die *p[...]* *Adventum & Quadragesimam, in die Cinerum* incipiendo, *usque feriam te[...]tiam post Pascha inclusivè, & in diebus Nativitatis, Circumcisionis, Epiph[...]niæ, Ascensionis Christi, Pentecostes, SS. TRINITATIS, Corporis Christ[...] quatuor principalibus festis Beatæ Virginis, omnium Sanctorum Joannis E[...]vangelistæ, Augustini, Ægidij, Calixti, Mauritij, Vincentij & Elizabeth[...]*

Aniversaria

& in dedicatione, item in anniversarijs D. Petri Fundatorum Genitoris, Ca[...]tho[...]

arinæ Martyris, D. Joannis Regis cujus anniversarius uno die cum *D. Hen-*
i Fratris Fundatorum, & Domini Hermanni de Miliczin peragatur;
m in anniversarijs *DD. Jodoci Dietochij, D. Margarethæ de Bavorovv,* Obligationes Cœnobij.
D. Petri & Joannis Fundatorum nostrorum, cùm eos decedere contigerit;
Anniversario Generali, quem pro omnibus Prædecessoribus, & Benefa-
ribus Fundatorum nostrorum tertiâ die post omnium Sanctorum Festivi-
em peragere debemus solenniter & devotè. Item pro Magistro scholæ,
socijs Scholasticis tres sexagenas & duos grossi: singulis annis exponemus,
o Magistro videlicet septuaginta duos grossi: & pro socijs in quolibet festo
anniversario superiùs nominato, in quo *albus panis* in Refectorium dari
bet, socijs ad scholas tres grossi tribuentur præter Adventum & Quadrage-
nam, quibus temporibus *pro Adventu* duodecim grossi, & pro *Quadrage-*
a viginti grossi ipsis socijs, & in die *Cœnæ & Resurrectionis* tres grossi de-
nt assignari, & sic complebitur summa trium sexagenarum & duorum
ossorum; *socij* verò pro eodem beneficio per Adventum *Missam* manè *de*
nunciatione in Monasterio, *& Quadragesimali tempore* post Completo-
m, *Salve Regina* in hospitali cantare, & in omnibus festis, & anniversarijs,
quibus ipsis eleemosyna trium grossorum dabitur, *Campanas* pro Vespe-
, Matutinis, Vigilijs, & missis pulsare tenebuntur; sed ad hoc per Adven-
m & Quadragesimam non sunt obligati. *Magister* verò ultra jura antiqua,
æ priùs *Rectores scholæ* habuerunt, videlicet expensas Præpositi, & singu-
lia jura priùs habita præfatos septuaginta quinque grossi: obtinebit, & quia
æfati Domini quatuor candelas instauraverunt, quarum *duæ* in quatuor
tivitatibus *Beatæ Virginis MARIÆ* coram altari ipsius ardere debent in
esperis, Matutinis, & summa *Missa*, & in *Nativitate Domini* duæ ante al-
re majus, & aliæ duæ ante Altare B. Virginis, item in *festo Epiphaniæ, Re-* Solutiones.
rrectionis, Ascensionis, Pentecostes, SS. TRINITATIS, Corporis Chri-
, *Omnium Sanctorum, Augustini, Ægidij, & Dedicationis coram majori al-*
ri duæ ardebunt horis præscriptis, sic tamen, quòd propter easdem cande-
luminaria prius in festis consveta, in altaribus non diminuentur die *S. Jo-*
nis Evangelistæ in Capella, sive *die S. Mauritij* in sua die *S. Vincentij duæ* ar-
bunt solùm in Vesperis, & summa Missa & in Anniversarijs supra scriptis,
nnes ardere debent *in Vigilijs in Missa* pro ijsdem candelis reparandis sin-
lis annis unam sexagenam expendimus, quas etiam mutuare possumus, pro
sdem candelis assignentur. Item *Campanatori* singulis diebus Dominicis
tra jura sua quæ habuit ab antiquo duos denarios persolvemus, qui *Eccle-* Eleemosynæ.
am & Ambitum Sabbatis & secundis ferijs & in diebus festis, quæ celebran-
r, præcedentibus purgare erit obligatus, quod facit summam quatuorde-
m grossi: & sex denariorum Item *Lampadem* coram majori Altari arden-
m perpetuè habere obligamur, illâ lampade, quæ à Completorio usque ad

 pri-

primâ prius per Dominos est instituta, semper in vigore suo permanente, [pro]
qua nobis unam sexagenam & octo grossos deputavit. Item in Anniversario
Domini Petri quatuor stamina, quorum quodlibet per octuaginta grossos
debet comparari, inter clericos & alios pauperes partiemur, sic quòd duo in-
ter pauperes communes & alia duo inter clericos dividentur, quo etiam die
pro duabus sexagenis de Viennensibus aut alia moneta valenti inter paupe[res]
dividemus, & hanc totam eleemosynam panni & pecuniarum cum testimo-
nio scabinorum distribuemus. Insuper in Anniversario *Domini Joanis*
pro decem sexag. gross. pannos criseos videlicet pro quinque sexagenis meli-
ores, & pro reliquis quinque sexag: leviores debemus in perpetuum compa-
rare, eorundem medietatem inter communes pauperes, & reliquam medie-
tatem inter Clericos pauperes scholarum, tamen non aliarum nisi *de Rosen-
berg Trzebon & Krumpnau* finaliter singulis annis & fideliter partientes; di-
ligenter etiam caventes, nè uni personæ ipsorum pauperum duobus sequen-
tibus seu continuis annis idem pannus tribuatur, quem pannum similiter
cum testimonio scabinorum, ùt præscriptum, dividemus, & in eodem ani-
versario pro duabus sexagenis, Viennensi, aut aliâ valenti monetâ tenei-
mur, & debemus inter pauperes erogare. & quia ultra scriptam dispensatio-
nem, resultant duodecim sexagenæ redditûs, illas prætacti *Domini nostri Fun-
datores* arbitrio *Præpositi* commiserunt, ut eas pro utilitate domûs debeat di-
spensare, & specialiter ad hoc, ut quantumcunque Conventus augeatur, [ut]
vinum & albus panis cuilibet, ùt præfertur, ministretur, & alij defectus [si]
qui essent, in ipso testamento charitativè suppleantur, & quia qui sentit com-
modum sentire debet & onus, *Nos* attendentes, quòd hujusmodi donat[io]
pro Divini cultûs augmento & pauperum Christi emolumento largita, p[er]
oblivionem, seu fortassis, quod absit, per negligentiam tractu posset tempo-
ris deperire, cupientésque memoratos *Fundatores & Benefactores nostros*
gratâ vicissitudine inducti, de complendis suprà dictis oneribus reddere ce[r]-
tiores, nostro, & Successorum nostrorum nomine spontè & liberè, habi[ta]
deliberatione maturâ & ob hoc capitulariter congregati, facere, observare [&]
tenere omnia suprà dicta in omnibus suis conditionibus atq; modis bonâ fi-
de promittimus & realiter adimplere; itàetiam & taliter, quòd si nos, v[el]
Successores nostri prædicta onera vel eorum aliquod, in parte non explever[i]-
mus vel in toto, ex tunc *Archi-Episcopus Pragensis*, aut ejus in *spiritualibus*
Vicarius qui fuerit vel erunt pro tempore poterunt Nos & Successores no-
stros, ad tenendum, servandum, faciendum, & explendum omnia singul[a]
suprà dicta, tam præterita neglecta, quàm futura, nullâ aliâ citatione vel vo-
catione præmissâ cogere Ecclesiasticam per censuram, *Præpositum* videlice[t]
excommunicando, *Conventum* suspendendo, & *Monasterium* subjiciend[o]
Ecclesiastico interdicto. Et nihilominus, si sententias censuræ per tres men-
ses

Unde illi pauperes petendi.

Pœnæ si Fũdatio negligatur.

:s, quod absit, animo sustinuerimus indurato, ex tunc per subtractionem roventuum quorumcunque Monasterij prædicti per præfatum *D. Archi-Episcopum* vel *Vicarium* ejus, qui erunt pro tempore usque ad expletionem ebitam poterimus coërceri, & si fortassis jure prohibente nos statum Monaterij nostri & Personas, præsertim futuras nobis dante Domino successuras d hujusmodi onera vel quædam ex eis sinè licentia superiorum astringere on possumus. Idcirco *Reverendissimo in Christo Patri D. Archi-Episcopo Pragensi Apostolicæ Sedis Legato* ex certa scientia humiliter supplicamus, quatenus præfatam donationem, cum omnibus oneribus, conditionibus atque nodis ad laudem DEI, & Beatæ MARIÆ semper Virginis dignetur auhoritate ordinariâ confirmare; & etiam specialiter exceptum quod Successores præfatorum nostrorum Dominorum, Dominij tamen civitatis *Trzebon*, præfatas hæreditates in *Brzilitz & Branna*, per alias hæreditates & cenum, quem tamen à prædicta civitate *TrZebon* in distantia maximè sex vel uinque aut infra milliarium, infra duodecim annos post mortem prædictoum *Dominorum Petri & Joannis* possunt per formam & modum commuicationis & concambij libertare, cujuslibet hominis difficultate penitùs non bstante; ita tamen quod hujusmodi commutatio, & bonorum prædictoum libertatio, per *inquisitionē Ordinarij*, & ejus consensum in talibus necesarium comprobetur. In cujus rei testimonium & robur perpetuè valituum, sigilla nostra præsentibus sunt appensa, cæterùm quia Successores prædictorum *Dominorum nostrorum* ante fata bona in *BrZilicz & Branna* per concambium & permutationem ùt prius est expressum, uno & eodem temore, vel etiam in una, vel duabus villis vix vel nunquam possent in nostro Monasterio libertare, vel omnino rehabere, ideo literâ præsenti notabiliter t exceptum, ut ipsi *Successores Dominorum nostrorum, Domini tamen Civitatis Trebon*, eadem bona plenam potestatem liberandi & rehabendi præsenbus obtinebunt, nobis & nostro Monasterio numerare quinque sexag: redituum in uno loco & tempore liberè assignantes, & quantumcunque pro rædicto censu *Brzilicz & Branna*, infra tamen tempus duodecim annoum post mortem *DD. Petri & Joannis* prædictorum nobis & *nostro Monasterio* in distantia maximè sex milliarium & infra, in *Diœcesi* tamen *Pragensi* ssignantes effectualiter condescendent de tanta summa censûs in prædictis illis *Brzilicz & Branna* ipsis tenebimur & debemus condescendere cum effectu. Datum & actum *Trzebon* A. D. M. CCC. LXXX. in die S. *Amrosij Confessoris*.

De Dominiis Brzelicz & Branna, si liberentur.

LXVIII.

Statutum Synodale contra invaſores Eccleſiaſti-corum, &c.

T.3. *Erect.* *A.* 1. 1385.

JOannes *DEI gratiâ &c.* Creſcente quotidie malitiâ perverſorum ad deteriora ſæculo declinante; cogimur ex præteritis caſibus futuris pe-riculis obviare. *Sanctione* igitur ſtatuimus *Synodali*, ut ſi unquam a-quis *Princeps Archi-Epiſcopum vel Epiſcopum* ceperit, aut occiderit, ex tu-ſtatim in tota Provincia divina ceſſent officia maximè Sacramentorum, n-exhibeant in ipſâ aliqua Eccleſiaſtica Sacramenta præter *Baptiſma parvu-rum*, & pœnitentias morientium: ſit autem *Eccleſiaſtica ſepultura ſpecia-ter interdicta.* Et nihilominus occiſorum bona mobilia & immobilia E-clesiæ perpetuè applicentur, quod ſi per alium captus fuit, & *Diœceſis ca-Epiſcopi*, & ea in qua detentus fuit, ac etiam idem malefactor vel malefac-res in alijs *Diœceſibus* terras vel Dominia habuerint, ipſæ Diœceſes ipſo fac-Eccleſiaſtico ſubjaceant interdicto, ut vel ſic malefactores per *Principes* & *Magnates* illarum partium ad liberandum captivum, & ſatisfaciendum E-clesiæ compellantur; Quod ſi minor *Prælatus* aut *Canonicus Cathedral-aut Conventualis Eccleſiæ* captus fuerit, ex tunc in Dominio toto illius Prin-cipis, & bonis illius Tyranni, qui eum captivaverit, vel occiderit, ac etia-ubi ijdem malefactores bona mobilia habuerint, ceſſetur realiter à Divin- Quod ſi quis alium *Prælatorum, Canonicorum* proſcriptus fuerit, terra & D-miniū proſcribentium ſimiliter ſint, Eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto. Si a-tem *alius Clericorum* quicunque captus fuerit vel occiſus, locus in quo capt-fuit vel occiſus, & in quo tenetur, Eccleſiaſtico ſubjaceat interdicto. Et i-terdictum præſenti conſvetudine prolatum ab omnibus firmiter obſervetu-nec à quoquam, niſi ab ipſa *Synodo*, *vel Metropolitanis Suffraganeis requiſi-* pro majori Prælato, pro minori verò à *Diœceſano* congruâ ſatisfactione præ-miſsâ valeat relaxari.

Interdictū generale ſi violetur perſona Epiſcopalis.

LXIX.

Statutum Provinciale ſub titulis (de via & obedi-entia Eccleſiarum) contra captivatores Cleri-corum, & invaſores bonorum Eccleſiaſtico-rum promulgatum.

NIhil novi facientes, cum ſuis pœnis prout ſtat ad literam præſenti-bus, ſynodaliter innovamus, mandantes univerſis Clericis noſtræ Diœceſis ſub pœna Excommunicationis, quam eos incurrere volu-

mu-

ius ipſo facto, ſi contra fecerint, ut ipſum Statutum debeant realiter obſervare, & effectualiter adimplere, rerum atque etiam Eccleſiaſticorum bonorum nomine in hoc caſu, bona ruſticorum cenſualium Eccleſiaſticarum perſonarum videlicet equos, animalia, veſtes, & res alias quocunque nomine cenſeantur intelligi volumus & præſentibus declaramus. Datum Pragæ Anno Domini M. CCC. LXXXV. die XVIII. Menſis Octobris.

LXX.

Statutum Synodale in ſpoliatores Clericorum.

Joannes DEI Gratiâ Sanctæ Pragenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus, univerſis Prælatis, & Clericis ac Laicis utriusque ſexûs ordinario nobis jure ſubjectis ſalutem in Domino, & pro reformatione ſtatûs Eccleſiaſtici præſentibus cum executione debita fidem dare.

CUra officij Paſtoralis nos urget ut novis ſupervenientibus morbis nova debeamus antidota præparare. Sanè licèt dudum in noſtris *Provincialibus ſtatutis* ſub titulo: *Cùm aliquis.* legitimè ſit ſtatutum ut cùm aliquis *Nobilis Juſtitiarius ſive Laicus* quicunque deprædatus fuerit alicujus *Eccleſiæ* bona, *Capellani Caſtrorum Rectores, & Plebani ſociorum*, in quibus præda ſervatur, quàm primùm hoc ſciverint, etiam non expectato ſuper hoc alio Superioris ſui mandato *à celebratione abſtineant Divinorum* ſub pœna Excommunicationis, quam non tenentes ſtatutum hujusmodi incidunt ipſo facto; quia tamen Laici & invaſores prædam diverſis quæſitis coloribus & fucatis mendacijs per eorum exquiſita fraudulenter ingenia ſub forma juſtitiariæ poteſtatis ſe excuſare nituntur, dictúmq; *Statutum* efficitur ludibrio, quòd crimina contra utilitatem publicam remanent impunita, cùm tamen ex privilegijs *Dominorum Imperatorum, Regum & Principum* propter perſonarum delictum bona ipſa obnoxia non exiſtunt. Nos igitur huic morbo & his fraudibus ſalubri cupientes obviare remedio, *noſtri Capituli* & aliorum Sapientum communicato conſilio hac *Synodali conſtitutione* prædictum *Statutum*, quoad perſonas malefactrices, & dantes ad prædam conſilium, auxilium vel favorem pœnaliter duximus extendendum. Statuimus itaque, ut quicunque *bona Eccleſiaſtica* (quorum nomine bona mobilia & immobilia, etiam ruſticorum Eccleſiæ cenſualium, in quibuscunque rebus conſiſtant intelligi volumus) etiam ſub prætextu juſtitiariæ poteſtatis invaſerit, occupaverit, abegerit, receperit & receptaverit, ſimili pœnæ ſubjaceat ipſo facto; ità tamen etiam, ut in ipſum vel in ipſos deprædatores, invaſores & occupatores excommunicationis ſententiam in DEI nomine ferimus in his ſcriptis. Mandantes omnibus præſidentibus ſupra dictis, & eorum

T. 1. Erect. A. 1.

1386.

Excommunicatur qui bona Eccleſiaſtica ſpoliant, &c.

rum loca tenentibus, ut ad requisitionẽ spoliati & injuriam passi, postqua de hoc coram eis per duos testes docuerint, vel aliàs per evidentiã facti aliqu tales esse constiterit, ex tunc ipsos spoliatores, invasores & occupatores, suis Ecclesijs taliter excommunicatos publicè nuncient, & nunciari proc rent, & nihilominus ad quascunque Parochias devenerint, & in quibus m rantur similiter cessetur realiter à Divinis, tam diu, donec à nobis aliud rec perint in commissis, nos enim absolutionem talium, & discussionem depr dationum hujusmodi nobis duntaxat specialiter reservamus. Datum *Pr gæ* Anno Domini M. CCC. LXXXVI. die XVIII. Mensis Octobris.

LXXI.

Translatio Collegij de Domo Lazari ad Domum Rotlebi, & de promovendis ex Collegio Ca roli Magistris ad Canonicatus, & Præbend Collegiatæ Ecclesiæ Omnium Sanctorum i Castro Pragensi; recitantur literæ confirmato riæ Urbani Papæ, Caroli & Wenceslai Regum & Joannis Archiepiscopi Pragensis.

Joannes Dei Gratiâ Pragensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Apostolicæ Sedis Legatus.

Ex T II. E- rect: O. 4.

A. 1385.

Ab Joanne de Genstein Archiepisc: Pragensi re citantur literæ sequẽ:

Sigillũ Wẽ- ceslai Imp: & Reg: Bo- hemiæ.

AD Universorum tenore præsentium deducimus notitiam: Quo Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster *Urbanus* divinâ Pr videntiâ Papa VI. suas nobis literas applicans more Romanæ Curi bullatas destinavit quas ad literas Serenissimi Principis & *Domini Domi Wenceslai D. G. Romanorum Regis semper Augusti, & Bohemorum Regis* S gillo nostro rotundo Majestatis suæ de cera communi alba, in cujus Sigil medio imago unius Regis in Majestate sua in Sede sedens, sceptrum in man dextra & in sinistra unum pomum sursum erectum tenentis, & à parte qual bet ejus Imaginis unus clypeus, quorum uno à parte sinistra unus Leo, & a alia parte dextra in secundo una Aquila sculpta videbantur & apparebant. l teræ verò circumferentiales ejusdem Sigilli, ut prima facie apparebat, eran istæ: *Wenceslaus D. G. Rom: Rex semper Augustus, & Bohemiæ Rex.* ali verò sigillo eidem majori à tergo impresso de cera rubea, in cujus sigilli me dio, quasi duæ Aquilæ videbantur, in filis sericeis nigri & glauci coloris pen dentes sigillatijs in probationem subscriptorum non rasas, non cancellatas non abolitas, non vitiatas, non in aliqua ipsarum parte suspectas, & corrup

tas

,sed omni prorsus vitio & suspicione carentes nobis præsentatas pro par-
Ven. *Virorum Magistrorum Collegij Caroli Studij Generalis* recepimus;
rum literarum Apostolicarum tenor sequitur per omnia in hæc verba:
banus Episcopus Servus Servorum DEI Vener. Fratri Archiepiscopo Pra- Literæ Apostolicæ.
nsi salutem & Apostolicam Benedictionem. Humilibus & honestis sup-
antium votis libenter annuimus, & ea quæ ad utilitatem, & profectum
are cupientium studio literarum & præsertim Theologicæ Facultatis pro-
è facta sunt, ut illibata persistant libenter addimus Apostolici munimi-
firmitatem.

Sanè petitio pro parte Carissimi in Christo Filij nostri *Wenceslai Ro-
norum & Bohemiæ Regis illustris*, Nobis nuper exhibita continebat, quòd
n claræ memoriæ *Carolus Rom: Imperator & Bohemiæ Rex*, ejusdem
nceslai Genitor tanquam Bohemiæ Rex duntaxat, in Civitate Pragensi,
e principaliter Civitas in Regno suo hoc nomine existebat, prout existit,
n qua ex Privilegio Sedis Apostolicæ speciali vigebat, prout viget, *Studi-
Generale in qualibet licita Facultate* de novo fundavit, & sufficienter fun-
it quoddam *Collegium XII. Magistrorum* & Scholarium in Civitate ac
dio prædictis studere debentium, *Collegium Caroli* nuncupatum, & eis
itationes idoneas assignavit, & ut personæ ejusdem Collegij eò magis va-
e studio delectarentur quò ex hoc majora commoda se sperarent adipisci,
m *Carolus Imper. & Rex* inter cætera statuit & ordinavit: *quòd ad Cano-* Ex Collegio Carolino assumendi ad Canonicatus & Præbendas Ecclesiæ Collegiatæ OO. SS. in Arce Prag.
*itus & Præbendas Ecclesiæ Omnium Sanctorum Capellæ Regalis nuncupa-
sitæ in Castro Pragensi ad præsentationem Regis Bohemiæ, qui est pro tempo-
ertinentes, quotiescunque aliquid ex eis vacare contigerit nullus ad illos per
em Bohemiæ, qui est pro tempore, præsentaretur, nisi antiquorũ secundùm re-
tionis suæ ordinem de numero Collegij supradicti*, & nonnulla alia Statuta,
Ordinationes circa hæc fecit. Et ut ipsi *Magistri & Scholares* ad hujus-
di *Canonicatus & Præbendas* successivè pro tempore admittendi divino
tui, ac studio commodiùs vacare possent, quandam *Domum* in dicta *Pra-
si Civitate* sitam, & de dominio, & proprietate *Regis Bohemiæ*, qui est pro
npore, & *Regni* prædicti existentem, quæ quondam *Lazari Judæi* fuerat
donavit, prout in patentibus literis prædicti *Caroli* sigillo munitis, suóque
no, seu charactere signatis pleniùs dicitur contineri, quodque postmo-
n fælicis recordationis *Urbanus Papa V.* Prædecessor noster ordinationes,
donationes prædictas, quibusdam exceptis, & exclusis ex certa scientia au- De Translatione Magistrorum Collegij Carolini ex domo Lazari ad domum Rotlevi.
oritate Apostolicâ confirmavit, supplendo omnem defectum, si quis inter-
nisset in ijsdem, prout etiam in ejusdem Prædecessoris literis inde confe-
s pleniùs dicitur contineri. Cùm autem, sicut eadem petitio subjunge-
t, idem *Wenceslaus Rex* attendens, quòd dicta *Domus*, quæ quondam
zari Judæi fuerat præfatis *Magistris & Scholaribus* non erat utilis, nec

per omnia commodosa quandam *Domum* sitam in *Novo Foro* prædictæ C.
vitatis Pragensis prope *Ecclesiam Sancti Galli*, quam quondam *Joannes R.*
tleb construxit, & *Domus Rotlebi* vulgariter nuncupatur, nomine meræ pe
mutationis, & Cambij rationabilis cum omnibus suis finibus & circumsta.
tijs, prout ab alijs domibus ipsam contingentibus est destriata, ac omnib
& singulis juribus, redditibus, oneribus & consvetudinibus, quibus ipsa
Domum quondam *Lazari Judæi* habuerant, inhabitaverant & possederar,
dictis Magistris & Scholaribus donavit, & realiter assignavit, dictúmque C.
legium & dictos Magistros ac Scholares una cum omnibus juribus, reddi.
bus, oneribus & consvetudinibus, ad ipsam domum quæ fuerat quonda
Joannis Rotlevi realiter transtulit, ac Privilegium per dictum *Carolum* G.
nitorem suum concessum in omnibus suis articulis, punctis, & clausulis, an.
mo deliberato, & accedente ad id maturo consilio *Principum & Baronu*
dicti Regni approbavit, ratificavit & innovavit, ac ex certa sua scientia & a.
thoritate *Regia Bohemiæ* confirmavit, prout in diversis patentibus literis in
confectis, & ejusdem *Wesceslai Regis* sigillo munitis dicitur plenius contin.
ri. Quare pro parte ejusdem *Regis* Nobis fuit humiliter supplicatum, u
hujusmodi permutationem, donationem, assignationem & translatione,
nec non approbationem, ratificationem, innovationem, & confirmati.
nem per ipsum *Regem*, ùt præfertur, factas, ratas & gratas habere, illásqu
authoritate Apostolicâ de speciali gratia ex certa scientia confirmare dignar.
mur. Nos itaque de præmissis certam notitiam non habentes, hujusmo
supplicationibus inclinati, *Fraternitati tuæ*, de qua in his & alijs speciale
in Domino fiduciam obtinemus, per Apostolica scripta committimus &
mandamus, quatenus si est ita permutationem, donationem, assignatione
& translationem, nec non approbationem, ratificationem, innovatione
& confirmationem prædictas per eundem *Regem* ut præfertur factas, autho
ritate Apostolicâ ratifices ac approbes ac confirmes. Datum ad Castrum
Civitatis *Nuceriæ Christianorum*, quinto idus Decembris, Pontificatûs no
stri Anno VII. Tenor autem literarum Regalium ante dictarum præsenti
bus non inferitur, quia in *tabulis terræ Regni Boëmiæ* est descriptus. Pos
quarum literarum præsentationem & receptionem, mandata Apostolica ex
equi, & eis firmiter obedire volentes, ùt tenemur, super narratis & commis
sis per præfatum Dominum nostrum *Dominum Urbanum Papam VI.* in sui
literis Apostolicis suprà scriptis diligentẽ opportunam, & distinctam fieri fe
cimus inquisitionem, à testibus nonnullis fide dignis juramento ipsorum sin
gulorum singulariter de dicenda veritate præcedente: quorum quidem te
stium dictis consequenter per nos visis, & exactâ diligentiâ recensitis, etiam
re subjectâ oculis, reperimus ità esse, ùt in literis Apostolicis antè dictis de per
mutatione, donatione, assignatione, translatione, comprobatione domo-
rum

Confirmat hæc omnia Urban⁹ VI.

um quondam, *Lazari Judæi & Joanni Rottlebi* suprà dictorum, & alijs nibus & circumstantijs in ipsis *literis Apostolicis* designatis, narratur, exprimitur & mandatur, idcirco traditâ & concessâ per dictum *Dominum nostrum Urbanum Papam VI.* potestate & authoritate, accedente ad hoc sano Jurisperitorum consilio & consensu ex dicta inquisitione reali, tum etiam cum onstet & clareat, & sufficienter probatum existat per literas Reales antè ditas, in vicē ùt prædicitur, probationis oblatos, permutatio, donatio, assignao, translatio, approbatio, & alia in ipsis libris expressata, videantúrque evienter, & cuilibet intuenti in commodum & utilitatem *dictorum Magistroum* evenire, easdem permutationem, donationem, assignationem, transtionem, nec non approbationem, ratificationem innovationem & conrmationem in omnibus ipsarum punctis clausulis & articulis, prout in literis postolicis supra scriptis sunt distinctè designatæ & notatæ ratificamus, aprobamus, & de certa nostra scientia dictâ *authoritate Apostolicâ DEI noine confirmamus*, Domúmque *Joannis* quondam *Rotlebi Magistris Colgij Caroli* antè dictis pro domo quondam *Lazari Judæi*, quam ijdem Maistri inhabitaverunt in *Civitate Pragensi Majori* approbamus, annectimus, unimus, prout de præmissis, & alijs incidentibus *in Tabulis Terræ Boëmiæ* aret antè dictis. In quorum omnium fidem & robur ac testimonum præissorum, præsentes nostras literas per *Petrum* quondam *Henrici de Luticz postolicâ authoritate Notarij* scribi & publicari mandavimus, ejusque noine & signo solitis & consvetis, ac sigillorum nostrorum appensionibus ssimus communiri. Acta sunt hæc in *Curia nostra Archi-Episcopali Pransi*, Anno Domini M.CCC.LXXXV. indictione octavâ, die vigesimâ tavâ Mensis Septembris, hora tertiarum vel quasi, *Pontificatûs Sanctissimi Christo Patris & Domini nostri D. Urbani Divinâ Providentiâ Papæ VI.* nno VIII. præsentibus *Venerabilibus & circumspectis Viri Dominis Nicolao uchnik Licentiato in Decretis Officiali Curiæ nostræ Archi-Episcopalis Pransis, Przibislao Decano Ecclesiæ Pragensis, Wenceslao de Jenczenstein Præsito Ecclesiæ S. Christophori in Tyn* Pragensis Diœcesis, *MATTHIA de rampnik Decretorum Doctore*, Vicario nostro in Spiritualibus Generali, *orssone & Kbel & Joanne de Duba Notarijs publicis*, & alijs multis circa æmissa testibus fide dignis.

LXXII.

ncorporatio Capellæ sub Wissehrado S. Michaëlis pro Fratribus Monasterij in Owin.

JOannes DEI gratiâ *Sanctæ Pragensis Ecclesiæ Archi-Episcopus Apostolicæ Sedis Legatus*. Ad universorum tenore præsentium deducimus notitiam, *T.3. Erect. A. 9. 1387.*

quia certas literas donationis juris, quod in ſpiritualibus & temporalibus i Capella S. *Michaëlis Archangeli ſub monte Wiſſehradenſi prope Pragam Nob*

Kragirz ſeu Kragku, ſeu de Kreide.

lis Dominus Conradus de Kreyger Capitaneus in Carinthia, & Dominus i *Landſtein*, noſcitur obtinere pro honorabilibus & Religioſis Viris *Priore* & *Conventu Monaſterij in Ovvin*, & eidem Monaſterio ipſorum Ordin. S. Pet *Cœleſtini* noſtræ Pragenſis Diœceſis editas & confectas nobis pro parte dic *Domini Conradi de Kreyger* ſigillo ſuo parvo rotundo de cera alba, eidem n gra impreſſa in preſſula Pargameni pendentis ſigillatis per modum inſtru menti publici ſcriptis, cum ſigni & nominis conſignatione *Frantæ de Sobi ſlavv Notarij Publici* dictæ Diœceſis Pragenſis præſentatas ſanas & integr recepimus hujusmodi ſub tenore.

Literæ Domini Kragirzij Fundatoris Cœleſtinorũ ſub Wiſſehrad.

In nomine Domini, Amen. Gratiâ divinæ nobis benignitatis i ſpirantis præterita noſtra in arcano cordis noſtri, & futura revolventes ſo citè meditamur: quòd non niſi in Eleemoſynarum & orationum ſemi noſtra dimittuntur delicta, hac igitur meditatione permoti, divinam cl mentiam attentiùs exoramus, ut noſtræ intentionis effectum ad ſui laude & honorem, nec non S. *Michaëlis Archangeli*, exaltationem Fidei Catho cæ, & Divini cultûs augmentum, quem diebus noſtris pro noſtrorum cr minum indulgentia, & ſalute animarum Prædeceſſorum noſtrorum ad co cupitum deducere dignetur effectum. Hinc igitur eſt, quòd nos *Conrad de Kreyger* Capitaneus *in* Carinthia *& Dominus in Landſtein*, ad Univerſ rum præſentium, & futurorum hujusmodi paginæ ſerie volumus notitia pervenire: quòd nos conſiderationibus præmiſſis inducti, omne jus n ſtrum, ſive id in ſpiritualibus, vel temporalibus conſiſtere dignoſcatur, quo obtinemus in C*apella S. Michaëlis Archangeli*, ſeu in adjacentibus ipſi C pellæ Domibus, quæ ſitæ eſſe dignoſcuntur *ſub Wiſſehrado Novæ-Civitat Pragenſis* ex oppoſito *Monaſterij Beatæ MARIÆ Virginis in Viridi* ſup fluvio, qui vulgariter nuncupatur *Botitz* cum curia dotis ipſi C*apellæ* anne & una vinea eandem C*apellam* circumdante, ac ſpatio totius areæ, quam i cludit murus, & dicta ædificia quæ patent ad ſenſum, nec non duas ſexag nas censûs annui, quæ habere dignoſcimur in & ſuper domo *Joanis Vinit rus* & ejus area contigua *domui S. MARIÆ in Viridi* piâ devotione & liber litate permoti, cum omni jure & Dominio, prout hactenus à *Sereniſſimo Prin cipe ac Domino Domino Wenceslao DEI gratiâ Romanorum Rege ſemper Au guſto, & Boëmiæ Rege* habuimus & habemus, *Religioſis Fratribus Priori & Conventui, ac Monaſterio in Ovvin Ordinis S. Petri Cœleſtini Pragenſis Diœ ceſis* donavimus & dedimus, damus & donamus, & hanc donationem no ſtram præſentis ſcripti patrocinio communimus, huic noſtræ donationi mo dos, formas, & ordinationes adjacentes ſubſcribentes, volumus enim, ordi namus, & optamus, & ſeriosè quantum in nobis eſt præcipimus & manda

mus

...is,ut præfati *Prior & Conventûs Monasterij de Ovvin* sint & perpetuè ma-
...ant ad ea quæ sequuntur obligati & astricti, teneántque ibidem perpetuis
...nporibus *quatuor Fratres Ordinis sui* prædicti, duntaxat *duos videlicet* Pro quatuor Fratribus Cælestinis fundatio.
...esbyteros & *reliquos duos Ministros, in Diaconali seu Subdiaconali aut eti-*
... *Acolythali Ordinibus* constitutos; hi Presbyteri mediante ministerio &
...ffragio Divina inibi officia celebrare teneantur, singulis diebus commu- Obligatio eorum.
...bus Missas legendo in Festivitatibus Domini nostri JESU Christi & Glo-
...sæ Genitricis ejus perpetuæ Virginis Beatæ MARIÆ, nec non memorati
...*S. Michaëlis Archangeli*, totum Divinum Officium nocturnum pariter &
...irnum debent decantare sub nota; diebus verò Dominicis & Apostolo-
...m & alijs festivitatibus *prælibati Ordinis Missam* minimè decantare tene-
...tur sub nota,sicq; volumus perpetuis temporibus observari sub obtestatio-
...indignationis Divinæ, specialiter tamen addentes,quod ab hac nostrâ do-
...tione *Commodum* de novo constructum excipimus, quod Nobis & nostris Comodum id est cubiculum.
...eredibus cum *Pragæ* fuerimus, seu fuerint commorati pro habitatione re-
...vamus. Volumus insuper & ordinamus, ut cedente vel decedente *Pri-*
...r ejusdem loci, nunc aut in futurum ordinando vel subrogando, præfa-
...*Prior & Conventus in Ovvin* alium, loco Prædecessoris subrogare
...ebunt, liberè prout spectat ad eosdem; *cujus Fratris subrogati perso-* Hanc Conditionem Archiepisc: irritavit.
...*m pro nostra collaudatione nobis & nostris Hæredibus pro honestate & recog-*
...*ione nostrorum beneficiorum repræsentare debebunt, ut idoneitatem personæ*
...*probemus.* Supplicamus igitur Reverendissimo in Christo Patri ac Do-
...no Domino *Joanni DEI & Apostolicæ Sedis gratiâ S. Pragensis Ecclesiæ*
...*chi-Episcopo & ejusdem Apostolicæ Sedis Legato*, quatenus piè ac misericor-
...er intuitu considerationum præmissarum, hanc nostram donationem &
...entionem ratificare, approbare, confirmare, dictámque *Capellam in Re-*
...*larem erigere*, præfatísque Fratribus & Ordini incorporare dignetur, pro
...bitatione Fratrum prædictorum, eosdémq; in possessionem ipsius investi-
..., ac in ipsius inducere corporalem, pragmaticâ super Sanctione præmissâ
...ibi Christo sedulum fiat in Divinis obsequium, & animarum lucra fiant.
...cujus rei testimonium præsentes literas fieri, & in formam publici instru-
...enti per *Franam Notarium publicum* redigi, ac sigilli nostri appensione
...simus comuniri. Datum & actum Pragæ A. D. M. CCC. LXXXVII.
...dictione X. die VIII. Mensis Julij, horâ quasi vesperarum, Pontificatûs
...nctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini *Urbani Papæ* VI.
...nno Decimo, &c.

Considerantes itaque Donationem suprà scriptam ex zelo charitatis Confirmatio Archiepiscopalis.
& devotionis procedere, & in Divini cultûs augmentum evenire, ipsam cum
omnibus suis prædictis titulis, conditionibus, & articulis, prout superiùs est
...scriptum, approbamus, ratificamus, & de certa nostra scientia supplica-

tionibus justis & congruis memorati *Domini de Kreyger* annuentes autho-tate ordinariâ confirmamus, supra dictúmque jus, quod idem *Dominus Co-radus* in spiritualibus & temporalibus habere dignoscitur in *dicta Capella Michaëlis* seu in adjacentibus ipsi *Capellæ Domibus*, *curiâ dotis* ipsi *Cape* annexâ, & *unâ vineâ* eandem *Capellam & curiam* circumdante, & spatio tius areæ quam includit murus, necnon duas sexagenas grossorum cen annui super domo *Joannis Vinitoris*, & ejus area contigua *Domui S. MA-RIÆ in viridi* sub Monte Wissehradensi antedicto, cum omni jure & do-nio prout à Serenissimo Principe Domino *Wenceslao Romanorum & Bo-miæ Rege* dictus *Dominus Conradus* habuit & possedit, antedictis *Dominis Fa-tribus* Priori *&* Conventui *Monasterij in Ovvin*, ac ipsorum Monasterij salvo jure Diœcesano, annectimus & approbamus, inviscera mus, applica-mus, & etiam incorporamus, volentes, decernentes, & intentionem sa-brem dicti *Domini Conradi Donatoris* exequentes; quòd præfati *Prior & Conventus* sint adstricti ad ea quæ ex dispositione Donatoris superiùs sunt c-scripta, hoc salvo, *quòd ubi dicitur in litera Donationis prædicta, quod quo-es novum Rectorem Capellæ Priorem seu Præpositum in ea poni contigerit, qu ipsum idem Dominus Conradus Donator, seu Hæredes ipsius debeant approb-re, cum hoc sit contra Canonica instituta, nos illud tollimus & etiam reprob-mus, eò quòd de jure & de ratione sufficiat, ut ijdem ipsi Donatarij ipsos Don-tores recognoscant Donatores, Benefactores pariter & Patronos.* In cujus testimonium Sigilla nostra præsentibus sunt appensa. Datum Pragæ, M. CCC. LXXXVII. die XIV. Mensis Augusti.

LXXIII.

Wenceslaus Imperator & Bohemiæ Rex Capitulo Pragensi pro ornatu Sepulchri S. Wenceslai donat Jus Regium Ostruzne, seu 50. sex groff: singulis Abbatibus &c. ut sequitur.

1388. REvolventes in animo, debitâque deliberatione pensantes, quanto studio, quantâ diligentiâ, Serenissimus Princeps quondam Pater & Genitor noster, D. *Carolus Rom. Imperator* dum viveret, in promovendis *Sacro-sanctæ Pragensis Ecclesiæ*, & gloriosissimorum Patronorum nostrorum & *Regni Bohemiæ* commoditatibus, & honoribus versari consuevit, ad Ecclesiam ipsam de longinquis Regionibus atque terris, *Sacras* comparando *Reliquias*, ac ipsorum *Patronorum* nostrorum, & præsertim *S. Wenceslai Martyris* tumbas, auro & argento & gemmis interlucentibus adornando; ipsius vestigia eò quidem imitamur libentiùs, quò exinde Divina retri-

etributionis meritum, & temporalis consequimur prosperitatis augmen-um. Et ob hoc animo deliberato, sano fidelium nostrorum accedente onsilio, & de certa nostra scientia, *Jus Regium*, quod vulgariter **Ostru'ní** licitur, quódque dudum ex institutione legitima illustrium quorundam *Re-um Bohemiæ* prædecessorum nostrorum, & de tam laudabili ac approbata onsvetudine, in *electione novi Abbatis Præpositi sive Abbatissæ*, nobis solvi onsvevit, præfatæ *Pragensi Ecclesiæ* dedimus & donavimus, damus & do-amus, & tenore præsentium gratiosiùs elargimur, ac jus ipsum nostro hæ-edum & successorum nostrorum *Regum Bohemiæ* nominibus, donatione nter vivos tranferimus in eandem, taliter videlicet, ut quandocunque & quo-escunque in *Regno nostro Bohemiæ Abbatem*, *Præpositum*, sive *Abbatissam*, ui Jus ipsum solvere consverit, mori, & alium vel aliam in locum ipsius, per lectionem debitam subrogari contigerit, idem subrogatus vel subrogata ho-orabilibus *Canonicis & Capitulo Pragensi* quinquaginta sexagenas grosso-um, sine dilatione seu contradictione studeat assignare. Quam quidem pe-uniam ijdem *Canonici*, non in usus proprios aut privatos, sed tantummo-ò pro decore & ornatu *Sepulchri S. VVenceslai* convertere finaliter tene-untur: prout nobis idipsum per suas patentes literas facere promiserunt, &c. Datum Pragæ, Anno 1388. 7. Mensis Junij. Per Dominum Joan-em Litomislen: Electum. Wlachnico de Waytmill.

Explicatur jus illud regium.

In quid con vertenda sit illa pecunia

LXXIV.

Litera super creatione Abbatiæ Monasterij in Wittignaw, aliàs in Trzebon.

Joannes DEI Gratiâ Sanctæ Pragensis Ecclesiæ Archi-Episcopus, Apostolicæ Sedis Legatus, ad subsequentia Commissarius, à Sanctissimo in Christo Pa-tre & Domino nostro Domino Urbano, Divinâ providentia Papa VI. suis literis Apostolicis patentibus, specialiter deputatus. Venerabilibus & Religiosis Viris DD. Abbati & Conventui Monasterij Canonicorum Regu-larium, in VVittignavv aliàs in Trzebon nostræ Pragensis Diœcesis, uni-versisq; alijs & singulis, quibus præsentes literæ fuerint exhibitæ salutem & præsentibus indubiam fidem dare.

LIteras dicti Domini nostri Domini *Urbani Papæ VI.* Apostolicas unâ missionis *apertam*, & aliam *formulâ juramenti clausam more Romanæ Curiæ bullatas*, sanas, & integras, omníque vitio & suspicione caren-tes nobis tam pro parte nobilium Baronum *DD. Joannis & Ulrici Fratrum de Rosenberg*, quàm Dominorum *Abbatis & Conventûs* Monasterij in Trze-bon antè dictorum præsentatas nos reverenter recepisse noveritis; quarum lite-

T. 3. Erect. W. 2.

1389.

literarum commiſſionis Apoſtolicæ prædictæ tenor ſequitur per omnia haæc verba: *Urbanus Epiſcopus Servus Servorum DEI Venerabili Fratri Archi-Epiſcopo Pragenſi ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.* Sinceræ devotionis affectus, quem dilecti filij Nobiles Viri *Ulricus & Joannes Fratres Barones Baroniæ de Roſenberg* Pragenſis Diœceſis ad nos & Romanam gerunt Eccleſiam promeretur, ut votis eorum in his præſertim per quæ Divini cultûs augmentum, & Religionis propagatio procuratur favorabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum *Ulrici & Joannis* petitio continebat, quòd olim ipſi, & quondam *Petrus de Roſenberg* Presbyter, eorum Germanus de propria ſalute recogitantes, ac cupientes terrena in cœleſtia, & tranſitoria in æterna felici commercio commutare de bonis ſibi à DEO collatis in eorum oppido *Wittignau* prædictæ Diœceſis *Monaſterium Canonicorum Regularium S. Auguſtini* de Licentia Archi-Epiſcopi Pragenſis, qui tunc erat Canonicè fundarunt & ſufficienter dotarunt, in quo Monaſterio præter *Præpoſitum* ipſius Monaſterij *viginti Canonici* exiſtunt; quare pro parte dictorum *Ulrici & Joannis* nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in eodem Monaſterio, quod hactenus per *Præpoſitum* gubernatum fuit *Præpoſituræ* dignitatem ſupprimere, & *Abbatiæ dignitatem* de novo creare & quòd de cætero Monaſterium ipſum *per Abbatem* regatur concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui Divinum cultum augeri, & Religionem propagari noſtris temporibus intenſis deſideriis affectamus, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, *Fraternitati tuæ*, de qua in his, & alijs ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta comittimus & mandamus: quatenus, ſi dos ipſius Monaſterij per dictos *Ulricum, & Joannem, & Petrum* aſſignata ad id ſufficiat, vel ſi forſan non ſufficeret, dum tamen decenter augeatur, in eodem *Monaſterio* dignitatem *Præpoſituræ* authoritate noſtrâ ſupprimas, & in eodem de novo creas *Abbatiæ dignitatem*, & ſtatuas, quòd dictum Monaſterium per *Abbatem* de cætero gubernetur; & quoties Monaſterium ipſum vacare contigerit, dilecti *Filij Conventus* dicti Monaſterij ſalvis reſervationibus ſecundùm formam juris, eligendi ſibi Abbatem habeant facultatem; & quòd ipſum Monaſterium Tibi, & Tuis Succeſſoribus *Archi-Epiſcopis Pragenſibus*, qui fuerint pro tempore, ſit Ordinario jure ſubjectum, & nihilominus, ſi per te præmiſſa fieri contingat, & ejus qui tunc dicti *Monaſterij Præpoſitus* fuit, ſi ad id reperiatur idoneus, alioquin de alterius ejusdem Monaſterij Canonici perſona, quem ad hoc idoneum repereris ipſi Monaſterio eadem authoritate provideas, ipſúmque præfato Monaſterio præficiens in *Abbatem*, curam, Regimen & adminiſtrationem ipſius Monaſterij ſibi in ſpiritualibus & temporalibus plenariè comittendo, ac etiam hujumodi perſonæ de qua ut præmittitur, dicto Monaſterio providebis, per te vel alium Catholicum Antiſtitē, gratiam

Apoſtolicæ literæ, vi quarũ Præpoſiti Trebonenſes creantur Abbates.

Viginti Canonici Regulares Trebonæ.

ElectioAbbatis.

Benedictio Abbatis.

&

Communionem Apostolicæ sedis habentem, *munus Benedictionis* impen-s & impendi facias, & procures, sibíque à suis subditis obedientiam & re-rentiam debitas exhiberi; contradictores per censuram Ecclesiasticam, pellatione postpositâ compescendo. Non obstantibus dictis conventui, l quibusvis alijs communiter vel divisim à *Sede Apostolica* sit indultum, ıòd interdici, suspendi vel excommunicari non possunt per literas Aposto-as non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto jusmodi mentionem. Volumus autem, tu vel dictus Antistes, qui dictæ sonæ minus impendens vel impendentes ab eadem persona, nostro & Ro-anæ Ecclesiæ nomine fidelitatis debitæ solitum recipias, seu recipiat jura-ntum juxta formam, quam sub Bulla nostra mittimus interclusam, ac for-ım juramenti hujusmodi, quod persona ipsa præstabit nobis de verbo ad rbum per ejus literas sub sigillo signatas per proprium nuntium quanto-us destinare procures seu procuret, & insuper quòd *Abbas* prædictus Mo-sterij, qui pro tempore fuerit, *Mitrâ*, *Annulo*, *Sandalijs*, *Baculo Pasto-li*, *& alijs insignijs Pontificalibus* liberè uti possit, felicis recordationis *Ale-ndri Papæ IV.* Prædecessoris nostri quæ incipit, *Abbates* & alijs quibus-nque constitutionibus Apostolicis in contrarium editis nequaquam ob-ntibus eâdem authoritate concedas. Datum Romæ VI. Idus Decemb. ntificatûs nostri anno IX. Item tenor Juramenti formulæ sequitur est talis:

Epilcopalia paramenta.

Ego Abbas Monasterij in Wittignavv Ordinis S. Augustini Pragensis iœcesis promitto & juro, quòd ab hac hora inantea, quàm diu vixero, fidelis & ediens ero Beato Petro Sanctæq; Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ & Domino meo omino Urbano, divinâ providentiâ Papæ VI. suísque Successoribus Canonicè rantibus, non ero in consilio, consensu vel facto ut vitam perdant, aut mem-is mutilentur, vel capiantur malâ captione; consilium verò quod mihi credi-ri sunt, per se aut per nuncios, sive per literas, nulli manifestabo ad eorum dam-ım, me sciente Papatum Romanum, & Regalia S. Petri adjutor eis ero ad reti-ndum, defendendum & recuperandum salvo meo Ordine contra omnem ho-inem, ac honorem & statum ipsorum quantum in me fuerit conservabo, ipsís-ıe adhærebo & pro posse favebo, Legatos & nuncios Sedis Apostolicæ benignè terminis mei monasterij suscipiam, dirigam & defendam, securúmque duca-m præstabo eisdem, ac in eundo, redeundo, eos honorificè tractabo & in suis cessitatibus adjuvabo; nec, quantum in me fuerit, permittam eis aliquam juriam fieri, vel inferri. & quibuscunque, qui contra præmissa vel eorum a-quod conarentur aliquid attentare, quantum potero me opponam, eosdem pro sse meo impediam, offensiones & damna prædicti Domini nostri Papæ & di-æ Romanæ Ecclesiæ quantùm potero, evitabo; nec ero in consilio vel in facto u tractatu, in quibus contra ipsum & eandem Romanam Ecclesiam sinistra,

Formula Juramenti Abbatum Trebonensium

vel præjudicialia machinentur; & si talia à quibusvis procurari novero tractari, impediam hæc pro posse, & quantocyus potero, commodè ei significa vel alteri, per quæ possit ad eorum notitiam pervenire; vocatis ex quacunq; ca sa ad Synodum, seu ad eos accedam, nisi præpeditus fuero Canonicâ præpedit ne, eisque obedientiam & reverentiam debitam exhibebo, & præstabo, A stolorum limina singulis biennijs visitabo, aut per me, vel nuncium meum, n Apostolica absolvat licentia; possessiones verò ad meum Monasterium pertin tes non vendam, nec donabo, nec impignorabo, neque de novo infeudabo, aliquomodo alienabo, inconsulto Romano Pontifice. Item Roberto olim Ba

Antipaparum execratio.

cæ duodecim Apostolorum dictæ, Gebennensi, nunc Anti-Papæ, qui se Clem tem VII. nominat, Joanni olim, & S. Marcelli dicto Ambianensi & Gera tituli S. Clementis dicto majoris Monasterij, Presbyteris dictæ Ecclesiæ Car nalibus perditionis Filijs, justo DEI Judicio authoritate Apostolicâ condemn tis, & eorum sequacibus, ac dantibus eis, vel eorum alicui auxilium, consili vel favorem, cujuscunque fuerint præeminentiæ, Ordinis, Religionis, condit nis aut statûs, etiamsi Pontificali, Regali, seu Reginali, vel quavis aliâ ful ant dignitate, etiamsi fuerit S. R. E. Cardinalis seu alijs quibuscunque per Ecc siam denotatus, & imposterum denominandus quàm diu extra gratiam & co munionem sedis prædictæ permanebunt non dabo quovis modo per me vel aliu directè vel indirectè, publicè vel occultè, auxilio vel consilio, vel favore, nec alijs quantum in me fuerit, & impedire potero, dari permittam; sed eos secu dùm posse meum, donec convertantur juxta processus Apostolicos, prout justu fuerit persequar. sic me DEUS adjuvet & hæc Sancta DEI Evangelia!

Examen institutum de supradictis ab Archiepisc. Joanne

Post quarum literarum Apostolicarum præsentationem petiti & cum i stantia requisiti per suprà dictos *DD. Barones Joannem & Ulricum Fratr de Rosenberg Fundatores, Dotatores, & Patronos principales Monasterij Trzebon* ante dicti juxta formam & continentiam in literis Apostolicis pr dictis comprehensam sanè providè & maturè & cum rigore juris tā à testibu juratis, quàm etiam ex privilegijs, & literis donatorum, dotatorum & Fun datorum dicti Monasterij in Trzebon, & alijs legitimis pro statu commod & honore ipsius Monasterij, per quæ divinus cultus augeatur, & augeri va leat in eadem, comperimus præfatum *Monasterium in Wittignavv* aliàs i *Trzebon* habere, tenere, & possidere bona, redditus, pensiones, possessio nes & emolumenta sufficientia & tanta, quòd eorū Abbas & Fratres Conve tûs ipsius Monasterij decenter, & sine detrimento possunt de eisdem cōmod sustentari. Ideò his attendentes & paternâ vigilantes solicitudine, & consili habito Sapientûm, nobis tunc assistentium, & fideliter ministrantium, cau sâque diligenter examinatâ, authoritate Apostolicâ prædictâ nobis traditâ ùt prædicitur, & concessâ pronunciamus & decernimus, prædictum Mona sterium in Trzebon fuisse & esse sufficienter dotatum, & provisum, à quibu

dota

tatione & provisione bonorum sufficientium Abbas cum Fratribus suis
ti Monasterij in Trzebon honestè decenter possunt & poterunt sustenta-
Creatori Altissimo feliciter famulari. Deinde pronunciavimus, decre- Sententia per Archiepiscopũ Pragensem lata
bus, ac pronunciamus & decernimus in eodem Monasterio in *Wittignau*,
s *in Trzebon* Præposituræ dignitatem fore, & esse supprimendam, quam
hunc supprimimus cognitione causâ proximâ mandantes, nè in antea
um Monasterium *per Præpositum* gubernetur. Cæterùm pronunciavi-
s, decrevimus, pronunciamus & decernimus authoritate Apostolicâ,
suprà in Monasterio *in Trzebon* antè dicto, *Abbatiam* fore, & esse crean-
n. Quem tunc & nunc solennitatibus & ceremonijs debitis præmissis &
stentibus nobis nonnullis Prælatis, Ministris & Clericis creavimus & crea-
s *Abbatiæ dignitatem*, & statuimus eorum ipsum Monasterium *per Abba-*
de cætero regatur & gubernetur, & dum & quotiens ipsum processum
decessum vel alium quemcunque modum vacare contigerit, *Venerabiles,*
Religiosi Viri Fratres Conventûs ejusdem in Trebon salvis reservationibus
ostolicis secundùm formam juris eligendi ipsis *Abbatem* habilem & ido-
um habeant facultatem, eorúmque ipsum Monasterium Nobis & succes-
ibus nostris Canonicè intrantibus jure ordinario & quoad jura omnia &
gula *Archi-Episcopalia* omnimodè sit subjectum, de quo expresè & so-
niter protestamur. Postremò *Venerabilem & Religiosum Virum F. Be-* Benessius I. Abbas Trzebonæ.
sium, qui tunc antedicti Monasterij *in Wittignavv Præpositus* erat, idone-
& habilem ad obtinendam dictæ *Abbatiæ* dignitatem reperimus; ideò
persona eadem bene merita & idoneâ authoritate, qua suprà ipsi Monaste-
providimus & providemus, ipsúmque *F. Benessium* dicto Monasterio fe-
ius & præfecimus *in Abbatem*, curam, regimen & administrationem in
ritualibus & temporalibus eidem plenariè committimus, ac eorum sibi
nus benedictionis personaliter impendimus, obedientiámque & reveren-
m eidem à suis subditis mandamus exhiberi, nec non solennitate antè di-
præmissa ejusmodi muneri benedictionis eidem *F. Benessio* impenso ab
dē suprà dicti Domini nostri *D. Urbani Papæ* & S. R. E. nomine fidelitatis
bitæ recepimus juramentum, juxta formam & literam bullatâ ejusdem *D.*
æ comprehensam. Quódque ipse Abbas prædicti Monasterij & Suc- Reservātur jura Archidiaconi Bechinensis.
sores sui, qui fuerint pro tempore Mitrâ, Annulo, Sandalijs, Baculo pa-
rali & alijs insignijs Pontificalibus liberè uti valeat & possit; reservamus
uper omnia jura *Archidiaconi Bechinensis*, qui est, vel fuerit pro tempore,
æ sibi hactenus competierunt, & nunc de jure, consvetudine, aut statu
mpetunt, aut competere possunt, & specialiter *visitationis officium*, procu-
ionem, correctionem, Cathedrales, & id possit & valeat in dicto Mona-
rio & Personis ejus liberè exigere & præcipere, & uti ejusdem conditione
alibet non obstante. In quorum omnium fidem & testimonium & ro-

bur perpetuæ firmitatis præſentes literas noſtras per diſcretum virum *Borſſo-nem de Kbel*, *Notarium publicum*, Secretarium noſtrum familiarem, continu-um commenſalem, ſubſcribi & publicari mandavimus, ſigno & nomine ſo-lito conſveto, unà cum appenſione ſigillorum noſtrorum juſſimus com-muniri. Acta ſunt hæc Anno M. CCC. LXXXIX. indictione XII. di 2. Menſis Februarij, horis infra Miſſarum ſolennia, *Pontificatûs Domini noſt D. Urbani Papæ VI.* prædicti Anno XI. in Monaſterio *Wittignavv* aliàs *Trzebon* ſuprà dicto, præſentibus Nobilibus Baronibus DD. *Joanne* ſup dicto, & *Henrico* juvene *de Roſenberg*, *Magiſtro Borſſone Archidiacono Be-chinenſi* in Eccleſia Pragenſi, *Wenceslao* Rectore Parochialis Eccleſiæ in L-mnitz, Fratre *Matthia* Canonico Regulari Monaſterij Rudnicenſis, & ali multis teſtibus ad præmiſſa fide dignis.

Teſtimonium Notarij Publici.

Et ego *Borſſo &c.* ſuprà dictarum literarum Apoſtolicarum præſent-tionem, inquiſitionem, petitionem, comparationem, pronunciatione decretum, ſupreſſionem *Præpoſituræ*, *Abbatiæ* creationem, ſtatutam prot-ſtationem, repertionem, proviſionem, præfectionem, commiſſionem, in-preſſionem, mandato juramenti receptionem, & reſervationem, omnibu-que alijs & ſingulis ſuprà ſcriptis, dum ſic per ante dictum Reverendiſſimu in Chriſto Patrem & DD. *Joannẽ Archiepiſcopum* Pragenſem Apoſtolicæ ſe-dis Legatum Commiſſarium, & coram eo fierent, & agerentur, unà cum a-tè dictis præſens fui teſtibus, eáque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi.

LXXV.

Statutum Eccleſiæ Pragenſis.

Joannes Dei Gratiâ Sanctæ Eccleſiæ Pragenſis Archiepiſcopus, &c.

T. 3. Erect. X. 4. 1390.

QVamvis jam dudum à Jure communi, & ſtatutis noſtris *Pragenſis E-cleſiæ* ſit proviſum: quòd *Canonici etiam Præbendati in minoribu Ordinibus* conſtituti *vocem non habeant in Capitulo*, ſive de Electio-nibus ſive de contractibus quibuslibet ſit agendum; quia tamen tales *Can-nici* dum ſe in perceptione ſtipendiorum Majoribus conſpexerint eſſe pare rationem juris & ſtatuti hujusmodi penſantes, ad ſuſcipiendos ſacros Ord-nes in Divini cultûs diſpendium non aſpirant, ſícque fit, ut contra ſanction Canonicas, is, qui ampliùs laboravit, gradu ſuo cæteros nullatenus antecedat quapropter *Nos* qui ſumus in partem ſolicitudinis ſupernâ diſpoſitione vo-cati, cupientes cultũ divinum noſtris proſperari temporibus, & in vinea Do-mini laborantes uberioribus gratijs facere conſolatos, præſertim ut *dicti Ca-nonici* infra SS. Ordines conſtituti, qui in ſtatu ſunt frequenter ambigui, flu-ctuantes, & quandoque ad ſeculum revertuntur, ad ſuſceptionem SS. Ordi-

Ut Canonici qui in ſacris non ſũt præter Præbendas alias Portiones non percipiant.

num

m in Divini cultûs augmentum ardentiùs animentur, nostrarum *Suffraga-* *rum Ecclesiarum* in hoc laudabilem consvetudinem extendentes, *Nostri* *norabilis Capituli* ad hæc accedente consilio & consensu, hâc in perpetu- n valiturâ constitutione sanximus, ut nullus de cætero *Canonicus nostræ* *agensis Ecclesiæ in minoribus* Ordinibus *constitutus* etiam præbendatus, & antumcunque faciens residentiam personalem divinis Officijs interfuerit, rtiones grossas vel funerales, seu divinis interessentibus de consvetudine bitas, percipiat, sed de *corpore præbendæ* suæ duntaxat debet esse contentus. lumus etiam, ut hoc præsens nostrum statutum rubricæ *de prærogativa in* *ris constitutorum* realiter aduniatur. Datum Pragæ An. D. 1390. in ge- rali C*apitulo* quod de consvetudine & statuto circa *Festum Translationis S.* *enceslai* celebrari consvevit.

LXXVI.

ulla Pontificia, quâ Canonicis Pragensis Ecclesiæ Metropolitanæ conceditur, ut non tantùm Infulis albi coloris, sed etiam gem̃atis, & phrygio opere textis uti possint.

B*Onifacius IX. Episcopus Servus Servorum DEI.* Dilectis filijs Decano & Capitulo Ecclesiæ Pragensis salutem & Apostolicam benedictionem. Exposuit vestræ devotionis synceritas, ut tam vos, quos speli dilectione prosequimur, quàm *Ecclesiam vestram Pragensem* dignis hooribus attollamus. Hinc est, quod nos vestris devotis supplicationibus iclinati concedimus, ut liceat vobis & vestrûm singulis, in majoribus & Paonorum Ecclesiæ vestræ Festivitatibus, *Mitris Pontificalibus gemmatis &* *urifrisatis* uti, ac Divina Officia in ipsis celebrare; dummodò in ipsa celeatione *Apostolicæ Sedis Legatus aut Archiepiscopus* Prag: qui erit pro tempre, præsentes non existant. Quibuscunque constitutionibus Apostolisin contrarium editis, nequaquam obstantibus, vobis & cuilibet vestrûm, uthoritate Apostolicâ, de speciali gratia, tenore præsentium indulgemus. ulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis iningere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare ræsumpserit, indignationem Omnipotentis DEI, & Beatorum Petri & auli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. etrum, Idibus Maij, Pontificatûs nostri Anno primo.

1390.

De Infulis phrygio opere contextis.

LXXVII.

Statutum Synodale de damnatis ad mortem procurandis Sanctâ Evchariſtiâ.

Tom. II. Erect: O. 3.

A. 1392.

Joannes DEI Gratiâ Sanctæ Pragenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus, &c. univerſis & ſingulis Prælatis, Præſidentibus Clericis Sæcularibus & Religioſis, Curatis & non Curatis, aut eorum loca tenentibus Nobis, Ordinario & Legationis jure ſubjectis, ſalutem in Domino & præſentibus cum executione fideli & debitâ, fidem dare.

Ut rei ante ſupplicium confiteantur, & SS. Euchariſtiã percipiant.

INter cunctas ſolicitudines noſtras, quibus nos Paſtorale Officium & debitum injunctæ ſervitutis adſtringit, illa debet eſſe præcipua, ut gregis Dominici nobis ſuperna diſpoſitione comiſſi animarũ cura non negligatur, & nè illum lupus rapax, antiquus Serpens humani generis inimicus invadat, ejúſque ſangvis de noſtris, quod abſit, *Prophetâ* dicente, *de manibus requiratur.* Sanè cum ſecundùm Canonicas Sanctiones, ultimo deputandis ſupplicio negari, ſi petant, non debeat Pœnitentiæ ac Evchariſtiæ Sacramentum, abuſum damnabilem in quibuſdam locis & Provincijs Diœceſeos noſtræ contra hoc introductum, hac *Synodali Conſtitutione* abolere omnino volentes omnes & ſingulos Barones, Nobiles, Juſtitiarios, Bailivos, Burgravios, Magiſtros Civium, Judices & Juratos ac alios Dominos temporalem jurisdictionem obtinentes, Nobis, *ordinario & legationis jure* ſubjectos requirimus, monemus, & hortamur, ac per viſcera miſericordiæ Domini noſtri JESU Chriſti obſecramus in Domino, ut ab hujuſmodi deſiſtant abuſu, mandantes & injungentes *in virtute S. Obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis* præfatis Prælatis, & Eccleſiarum Parochialium Rectoribus & Plebanis, quatenus præfatos Dominos Barones, Nobiles, Juſtitiarios, Bailivos, Capitaneos, Burgravios, Magiſtros Civium, Judices & Juratos, nec non alios Dominos, quoſcunque Præſidentes & temporalem Jurisdictionem obtinentes, & in eorundem Parochijs conſiſtentes toties, quoties opus fuerit, moneant & requirant, quos & nos præſentis noſtri ſtatuti vigore requirimus & monemus, ut ipſi præfatum abuſum damnabilem aboleri facientes, omnes & ſingulos ultimo ſupplicio deputandos ante hujuſmodi ſupplicium, ſi petant, aut affectaverint ex devotione, permittant ſumere & recipere *Pœnitentiæ & Evchariſtiæ Sacramentum ſeu Viaticum* cum effectu, omnibus impedimentis ſeu frivolis occaſionibus procul motis, quod ſi præfatorum Prælatorum & Præſidentium ſeu Plebanorum monitionibus & requiſitionibus ac præſenti noſtræ Synodali conſtitutioni acquieſcere non curaverint, damus, & tenore præſentium plenam concedimus facultatem, præfatis plebanis & Præſidentibus in præfatos Barones, Nobiles, Juſtitiarios ac alios Dominos

omnes

omnes & ſingulos ſuprà dictos temporalem Jurisdictionem obtinentes non rentes hujusmodi noſtræ ſalubri conſtitutioni, ſententias Eccleſiaſticæ cenſæ toties quoties opus fuerit proferendi, & monitione Canonicâ præmiſſâ omulgandi, nec non ad denuntiationem eorum procedendi, ſi neceſſe & ſum fuerit expedire; ratas etiam atque gratas habebimus ſententias, quas æfati Prælati, Plebani, & Præſidentes in tales Rebelles ritè tulerint, & facious authore Domino firmiter obſervari. Præterea in tantum peccatis gentibus corda quorundam *Plebanorum Simoniaca pravitas* depravat, odnec *Baptiſmi, Euchariſtiæ, Pœnitentiæ aut extremæ Unctionis Sacramen-* nec benedictionem nubentium, aut Exequias ſeu ſepulturam Mortuorum ealia quæcunque ſpiritualia ſuis volunt ſubditis miniſtrare, niſi pro hujusodi ſpiritualibus ſeu adminiſtratione ipſorum eis ſolvatur, vel promittar pretium ex pacto pro ſuæ turpitudinis excuſatione, imò veriùs accuſatio- diuturnam conſvetudinem prætendentes. Et quamvis hæc per *ſtatuta ovincialia* dudum per Prædeceſſores noſtros edita ſint expreſsè prohibita vetita; Nos attendentes quòd ea, quæ ſæpius repetuntur meliùs memoe commendantur, & nè tam pernicioſam venalitatem *pravitatis Simonia-* videamur noſtris temporibus approbare, præfatum *Statutum* in Libello tutorum Provincialium expreſſum per noſtrum præſens *Synodale Statum* duximus repetendum, mandantes, quatenus ſingula prædicta Sacraenta & res ſacræ non obſtante quacunque conſvetudine in contrarium, æ cenſenda eſt potiùs *corruptela*, per Preſbyteros ſinè exactione cujuſcunie de cætero præmiſſorum, vel alicujus ex prædictis venditor fuerit depreenſus, ſi eſt *Rector Eccleſiæ* perpetuè ipſâ privetur; ſi verò *Vicarius*, ſeu *So-us Rectoris* fuerit, ad noſtros carceres, ut ibi agat pœnitentiam detrudatur. erumtamen ſi *Laici* nollent rationabiles & approbatas conſvetudines Ecſiarum obſervare; tunc non per ipſos *Presbyteros*, cùm in propria cauſa dices eſſe nequeant, ſed per *Nos*, vel *noſtros Vicarios* in ſpiritualibus, aut *fficiales* ſententientur, & de plano de hac veritate cognita ad eorundem obrvationem per cenſuram Eccleſiaſticam compellantur. Inſuper Archiiaconi locorum ſeu Decani Rurales, ſi pro ſacris liquoribus vel Chriſmate oleo per ſe vel alios præſumpſerint aliquid extorquere, ſuis beneficijs pertuò ſpolientur, & quia deſidia & oblivio mater ignorantiæ exiſtit, & conſionis, Prophetâ dicente: *Cùm perſpexero non confundar*, confunditur eam memoria oblivione præceptorum, quæ ſinè eorum crebra remeditione & lectione à memoria dilabuntur; ideo diſtrictiùs præcipimus, & andamus omnibus Archi-Diaconis & Decanis civitatis & Diœceſeos norræ Pragenſis, quatenus *libello Statutorum* hujusmodi & aliorum per Præeceſſores noſtros ac *Nos* editorum tam *Provincialium quàm Synodalium* haeant & in ſuis convocationibus ipſa integrè legant & publicent ſub pœna ſuſ-

Praxis eorũ temporum in Archidiœceſi Eccl: Prag.

ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſiæ, ſubditósque ſuos ad habendum dictos *Li-bellos Statutorum* compellant, ſi pœnas prædictis ſtatutis expreſſas ſicuti in-dignationem Omnipotentis DEI & noſtram animadverſionem in executio-nem pœnarum prædictarum cupiunt evitare. Datum Pragæ Anno M. CCC. XCII. die XVII. Menſis Junij.

LXXVIII.

Creatio Collegij Canonicorum in Lipnitz Caſtro.

*In Nomine Domini Amen. Wolffr*amus *DEI & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Pragenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, ac ejusdem Apoſtolicæ Sedis Legatus, ad perpetuam rei memoriam, univerſis ad quos præſentes pervenerint, ſalutem in eo, qui eſt omnium vera Salus.*

Erect. T. 6. O. 1. INter alias ſolicitudines officij Paſtoralis debitas noſtris humeris incum-bentes ad illa præcipuè vigilanti ſtudio aciem mentis noſtræ, ſicut tene-mur, convertimus, atque præcipuum deſtinamus affectum, quæ Divi-
1397. num reſpiciunt cultum, & ejuſdem pariunt incrementa. Sanè pro parte *No-bilis Domini Wilhelmi de Landſtein*, quaſdam literas in pargameno ſcriptas ſigillo ejusdem Domini *Wilhelmi* rotundo in cordula ſerica viridis coloris pendente ſigillatas ſanas & integras, non vitiatas, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua ſua parte corruptas, ſed omni vitio & ſuſpicione ca-rentes, nobis præſentatas & exhibitas noveritis nos recepiſſe per omnia ſub his verbis:

Wilhelmus de Landſtein Fundator Eccleſiæ Collegiatæ in Lipnicz.

Nos *Wilhelmus de Landſtein* tenore præſentium recognoſcimus univer-ſis: quòd conſiderantes & penſantes animarum noſtrarum, prædeceſſo-rum, ac ſucceſſorum noſtrorum remedium, & ſalutem, vacantem *Capellam S. Laurentij* ſimplicem in *Caſtro noſtro Lipnitz* per mortem *D. Petri ultimi & immediati Rectoris* ejusdem ad noſtram præſentationem ſpectantē in *Col-legiatam Eccleſiam* immutare, erigere & exaltare per Prælatorum Miniſteri-um volumus, ad quorum hoc officium dinoſcitur pertinere, & quòd ibi-dem *Decanus* cum *Canonicis* crearentur pro ipſius *Capellæ* decore, & divino officio plurium *Miſſarum* exercendo, quorum quilibet *Canonicorum octo ſe-xagenas groſſorum* annui & perpetui reditûs habere debebunt in villis no-ſtris infrà ſcriptis, videlicet *Novavilla*, *Lipnitz*, *Kozlice*, *cognominata Wil-lemovvetz*, *Biſtri*, excepto ſolo feudali, aliàs Napravvnikone ibidem in *Bi-ſtri*, quas villas eidem *Capellæ Collegiatæ* ac ipſis *Decano & Canonicis*, pro præbendarum & Canonicorum creatione damus, concedimus, & aſſigna-mus, nihil omnino pro nobis & noſtris Succeſſoribus reſervantes, ſed cum

Octo ſexagenæ redituum ex certis Pagis.

pleno

pleno dominio, utili & directo & cum omnibus pertinentijs, & juribus in perpetuum liberè, sinè impedimento dotamus, per prædictum *Decanum & Canonicos* qui nunc sunt, vel pro tempore futuro fuerint, tenendas, regendas, utifruendas & possidendas promittentes pro se, ac pueris & Successoribus nostris dictum *Collegium*, *Decanum & Canonicos* præsentes & futuros in dictis Villis ac Bonis, sive hominibus, ac censibus, ac juribus prædictis, nunquam per ampliùs aliquo modo impedire, perturbare, vel molestare, sed potius protegere, & à quibuscunque perturbantibus defensare & tueri; *Decanus* autem qui est, vel erit, *Ecclesiam* seu *Parochiam* in inferiori *Lipnitz* pro *Præbenda* habebit, & habere debet cum omnibus juribus, censibus, proventibus ac utilitatibus, seu pertinentijs, quas antea *Plebanus* ejusdem *Ecclesiæ* habuit & tenuit ab antiquo, fructus verò *Ecclesiæ filialis sub Castro* in usus communitatis, *Decano* videlicet, *&* *Canonicis* cedent temporibus perpetuis, pro quibus *Decanus* habet unam sexagenam groff: censûs annui, & à solutione quam prius dabat, videlicet *septem* tinarum *filiginis*, & septem *avenæ*, & septem *pullorum*, & septem *caseorum* est absolutus, ratione sortis extendentis se ultra summam sexagenarum, cuilibet *Canonicorum* in corpore, ità quòd *Ecclesia* inferioris *Lipnitz* in nullo ipsis *Canonicis* est obligata, sed penitùs ab omnibus in toto soluta. Promittimus etiam pro *Nobis & Successoribus* nostris *Rectori Scholæ* duas sexagenas censuare, & lignorum sufficientiam pro coquina aut calefactione stubæ *ad Domum Decani & Canonicorum* perpetuis temporibus donatare volumus, etiam quod *Decanus dicti Collegij* ex officio villas seu homines regere debeat & judicare; emendas verò seu culpas, quas propter excessus hominum villarum prædictarum percipiet, pro usu cerei luminis expendere & exponere teneatur, & ipsum lumen in *Ecclesia* prædicta *Collegiata* procurare; ità quòd *infra Missarum solemnia*, & aliàs horas altaria decenti lumine decorentur. Quare vobis *Venerabili Wolfframo Archi Episcopo Pragensi Apostolicæ Sedis Legato*, & ejus vicarijs in spiritualibus generalibus affectuosè supplicamus, quatenus dictam *Parochialem Ecclesiam* cum suis proventibus prædictæ *Capellæ* unire dignemini, ipsámque *Capellam* cum suis pertinentibus in *Ecclesiam Collegiatam* erigere, & *Decanum cum Canonicis*, & Præbendis pro ipsis, prout præmittitur creare in eadem, & prædictam dispositionem nostram confirmare velitis gratiosè. In cujus rei Testimonium Sigillum nostrum præsentibus est appensum. Post quarum literarum præsentationem fuimus pro parte *D. Wilhelmi de Landstein* cum instantia debita requisiti, ut suprà dictam *Capellam S. Laurentij in Castro Lipnitz in Ecclesiam Collegiatam* sublimare, erigere & creare, ac in eadem *Decanatum & sex præbendas Sacerdotales* facere & instituere, ac census, redditus, & proventus universos superiùs descriptos, dictis *Decanatui & Præbendis* annectere, unire, applicare, inviscerare, & incorporare, nec non omnia & singula superiùs & inferiùs descripta, in suis punctis, clausulis, conditioni-

Parochia unitur Decanatui.

De Rectore Scholæ.

Decan⁹ cũ sex Canonicis ad Capellam S. Laurentij in Lipnicz.

bus & articulis approbare, ratificare, & authoritate ordinariâ confirmare d
gnaremur. Nos itaque devotionẽ suprà dicti Domini *VVilhelmi de Lan*
stein, quam ad Ecclesiam DEI & ipsius ministros gerit, intra nos pensant
propensiùs, ipsúmque in devotione hujusmodi ampliùs solidare volentes &
confirmare, maximè cum dispositio & ordinatio prædictæ, redundent in D
vini cultûs augmentum, præscriptam *Capellam S. Laurentij in Castro Lipnit*
in Ecclesiam Collegiatam sublimamus, erigimus, & creamus, *Decanatum &*
sex Præbendas Sacerdotales facientes, creantes, & statuentes in eadem, a
census, redditus, proventus, jura, possessiones, libertates, & obvention
universas superiùs descriptas dictæ *Capellæ ac Ecclesiæ S. Laurentij ac D*
Decano & Canonicis seu Præbendatis supra dictis annectimus, unimus, appl
camus, invisceramus, & incorporamus, ejusdemque census & redditus d
inceps & in ante *Iuris Ecclesiastici* & non mundani volumus reputari, omni
que & singula & superiùs & inferiùs descripta in suis punctis, clausulis, cond
tionibus, modis, approbamus, ratificamus, ex certa scientia authoritate ord
nariâ confirmamus, statuentes ad petitionẽ suprà dicti *D. Wilhelmi de Lan*

Salutaria statu: Wolframi Archi-Ep. à Decano & Canonicis observanda.

stein & pro *statutis dictæ Ecclesiæ* habere volentes, ac ea per *Decanum*, *à C*
nonicis memoratis in perpetuum observare mandantes, *primò*: quòd nu
lus de prædictis VI. *Canonicis seu Præbendatis*, nec etiam *Decanus* aliud b
neficium Ecclesiasticum quodlibet summum, aut modicum cum *Decana*
tu vel Præbenda hujusmodi ullo modo valeat habere, vel obtinere, sed s
lo isto sit, & esse debeat contentus. Si quis autem *Decanatum vel Præ*
bendam obtinens de prædictis aliud quodcunque beneficium receperit, mo
eodem recepto illud quod habuit, vacabit ipso Jure. Similiter *de Decana*
tu, vel Præbenda supradictis receptis Beneficium quod prius habuit, vacabi
ipso facto. *Item* quòd nullus ex dictis *Præbendatis Canonicis* se absentare po

de absentijs

terit, nisi petitâ licentiâ à *Decano*, & ipsâ obtentâ unum alium loco sui *Sacer*
dotem, qui sciat cantare, *& legere in Choro* substituat, & substituto alio in lo
cũ suum infra quatuordecim dies revertatur. Elapsis verò 14. diebus con
tinuis, si non revertetur, mox eodem beneficio sit privatus. *Item* quicun

Pœnæ delinquentis.

que in aliquo furto notabili fuerit deprehensus, & coram Decano de hoc
convictus, mox ipso facto beneficio suo est privatus. *Item* quicunque con
cubinam tenuerit, & de hoc convictus fuerit, similiter privatus est præbendâ
suâ ipso facto. *Item* quicunque Tabernarios frequentârit, vel taxillorum
lusor fuerit, & de hoc correctus ternâ vice cum testimonio Sociorum per *De-*
canum, non destiterit, privari poterit sine Juris solennitate beneficio per
Decanum antedictum. *Item*, quicunque mulierem suspectam ad domum
habitationis *Decani & Canonicorum*, *seu Præbendatorum* introduxerit, &

Venatio & arma vetantur & taxilli

cum ea deprehensus fuerit, privatus est *Præbendâ* ipso facto. Item *nullus Ca-*
nonicorum, aut *Præbendatorum*, aut *Clericorum* tenebit *canes*, vel *aves* vena-
ticas in domo communi, nec se venatibus occupabit, nec etiam ludet taxil-
los,

s, & alios ludos in eadem domo, nec *arma* portabit maximè offensiva sub
ena per *Decanum* infligenda. *Item habitum, tonsuram Clericales* defe- Tonsura ferenda.
nt decenter, in publicis choreis non chorizabunt, quòd si contrarium fece-
nt, aut aliquis ipsorum fecerit, ex tunc *Decanus* potest eosdem aut eundem
r *suspensionem* ab ingressu Ecclesiæ punire donec resipiscant. Item *Deca-*
s & quilibet dictorum *sex Præbendatorum* seu *Canonicorum* à die institutio- Canonici Sacerdotes.
s suæ infra unum annum tenebitur ad Sacerdotij gradum promoveri, alio-
in *Decanus Decanatu, & Præbendatus Præbendâ* sit privatus in ipso facto
no eodem elapso, quódque etiam omnes in una domo simul habitent, &
una coquina circa unam Mensam fercula sumant, & comedant, ac procu-
ntur per unum vel duos, quos Decanus cum Canonicis seu Præbendatis
xerint eligendos, & omnes circa primum pulsum horologij sint in domo
bitationis, & circa tertiam horam quilibet in Commodo suo, & quicunq;
ram neglexerit, solvet pro pœna unum grossum, & sit suspensus *à mensa*
Dominorum donec prædictam pœnam solvet, quæ in usus communitatis
nvertatur. *Item* in festivitatibus summis *Christi*, videlicet *Nativitatis,* Chorus cẽr tis diebus.
rcumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, Penticostes, & Cor-
ris Christi. Et in *Festivitatibus B. Mariæ Virginis* gloriosæ videlicet *As-*
nptionis, Nativitatis, Purificationis, Annunciationis & Visitationis horas
nonicas ex integro cantare tenebuntur. Alijs verò diebus celebribus per
culum Anni, nec non & *Dorotheæ Virginis gloriosæ Matutinas,* & singulis
bus per circulum anni *Missam, Vesperas, Completorium, cum Antiphona*
lve Regina, aut alia tempori conveniente, lumine decenti accenso, decanta-
nt. Et quicunque unam de prædictis horis absque causa legitima negle-
rit, unum grossum pro pœna exsolvet, & ad *mensam Dominorum* non ve-
t, donec pœnam solverit pecuniâ in parata. *Rectori Scholæ* etiam de ex-
nsis supradicti *Domini Decanus & Canonici* cum ipso providebunt. *Item*
ilibet *Præbendatorum seu Canonicorum* in articulo mortis res suas, & bona De Testamentis.
poterit legare cuicunque voluerit; sed si intestatus decesserit tunc res suæ
illo beneficio acquisitæ cedent in usus cōmunitatis. Similiter & *Decanus*
decesserit intestatus, res ac bona sua ad Successorem suum devolventur
xta moderationem jam præmissam. *Item Institutio seu confirmatio Deca-* Collectio beneficiorũ ad quos spectet.
d Archiepiscopum pro tempore existentem, aut ipsius *Vicarium in Spiri-*
tualibus Generalem, Domino temporali ipsum pærsentante pertinebit; *Præ-*
bendati verò seu *Canonici* nunc & in antea pe *Decanum* instituentur, cui De-
o cura animarum inferioris *Ecclesiæ in Lipnicz,* ac Capellæ prædictæ, &
bis ejusdem *Parochiæ* committetur, quam *Ecclesiam* eidem Decanatui uni- Decani officium.
us, Juribus tamen universis nostris ordinarijs, nec non *Archidiaconi,* qui
o tempore fuerit in omnibus & ad omnia de jure vel consvetudine compe-
tibus semper salvis. Item ad supradictum Decanum spectabit dispositio

 divi-

divini Officij tam nocturni, quàm diurni in totum, & per omnia, qui vigilanter debet curare & intendere, nè ulla negligentia circa divinum Officium committatur, delinquentes *Canonicos & Ministros* quoscunque *Ecclesiæ Laurentij* prædictæ per pœnas suspensionis & interdicti, nec non Arrestationes portionum, ac Censuum communiter, vel divisim, DEUM habendo præ oculis puniat, & punire debebit omnes in corporalem possessionem inducens ut præscribitur, & eis quibus competierit *Stallum* in choro & locum congruum in *Capitulo* assignando. Insuper nolentes ipsorum *Ecclesiam Laurentij* propter carentiam *Decani* in spiritualibus ampliùs pati aliquam læsionem, *Honorabilem Virum D. Svvatoslaum Presbyterum Pragensis Diœc.* nobis præmemoratis per D. *Wilhelmum de Landstein* præsentatum supradicti *Decanatûs Rectorem legitimum* instituimus, & Decanum; ipsúmque de prædicto Decanatu cum omnibus Juribus, & pertinentijs suis investivimus, & præsentibus investimus; curam animarum, & regimen spiritualium & temporalium ejusdem Decanatûs eidem committentes, ipsúmque ad Decanatum prædictum instituentes, & confirmantes, qui ulteriùs ad *Canonicatum & Præbendas*, nunc, & postea, personas per Dominum temporalem ibidem præsentatas instituet, & investiet cum effectu. Datum Pragæ A. 1397. die 14. Mensis Novembris.

Svatoslaus primus Decanus.

LXXIX.

Bonifacius IX. Papa concedit Indulgentias instar Portiunculæ pro Sacello Sancti Wenceslai in Ecclesia Pragensi; quod aureum Triduum gratiarum appellatur.

Pessina in Phosphoro Radio III. f. 199.

A. 1399.

BOnifacius Episcopus Servus Servorum DEI. Universis Christi Fidelibus præsentes litteras inspecturis, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Splendor Paternæ gloriæ, qui suâ mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota Fidelium, de clementissima ipsius Majestate sperantium, tunc præcipuè benigno favore prosequitur, cùm devota ipsorum humilitas Sanctorum precibus & meritis adjuvatur. Cupientes igitur ut *Capella S. Wenceslai*, in qua corpus ejusdem Sancti venerabiliter requiescit, *in Ecclesia Pragensi* sita, congruis honoribus frequentetur, & ut *Christi fideles* eò libentiùs causâ devotionis confluant ad eandem, quò ex hoc ibidem dono Cœlestis gratiæ uberiùs conspexerint se refectos, de omnipotentis DEI *misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum* ejus authoritate confisi, omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui dictam *Capellam Feriâ quintâ proximâ post octavas Paschæ cum duobus diebus immediatè sequentibus*, devotè

Fer. V. post octavas Pascha.

visitaverint, annuatim illam indulgentiam & remissionem peccatorum concedimus, quam, *Ecclesiam Sanctæ Mariæ in* Portiuncula aliàs dictam *de Angelis* extra muros Assisinates, primo & secundo diebus mensis Augusti visitantes annuatim quomodolibet consequuntur, præsentibus perpetuis temporibus duraturis. Datum Romæ apud S. Petrum VIII. Calend. Aprilis, Pontificatûs nostri anno decimo.

LXXX.

Idem Pontifex concedit Indulgentias amplissimas pro Festo B. V. in Cœlos Assumptæ in Ecclesia Metrop. Pragensi.

BOnifacius Episcopus Servus Servorum DEI. Universis Christi Fidelibus præsentes litteras inspecturis, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Splendor Paternæ gloriæ, qui suâ mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementissima ipsius Majestate sperantium, tunc præcipuè benigno favore prosequitur, cùm devota ipsorum humilitas sanctorum precibus & meritis adjuvatur. Cupientes igitur, ut *Ecclesia Pragensis* congruis honoribus frequentetur, & etiam conservetur, & ut Christi Fideles eò libentiùs causâ devotionis confluant ad eandem, quò ex hoc ibidem dono cælestis gratiæ uberiùs conspexerint se refectos; de omnipotentis DEI misericordia & *Beatorum Petri & Pauli Apostolorum* ejus auctoritate confisi, omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui *dictam Ecclesiam in festo Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis* cum duobus diebus immediatè sequentibus, devotè visitaverint, annuatim illam indulgentiam & remissionem peccatorum concedimus, quam *Ecclesiam S. Marci de Venetijs*, *Castellanensis Diœcesis*, in die Ascensionis Domini nostri Jesu Christi visitantes, annuatim quomodolibet consequuntur; præsentibus perpetuis temporibus duraturis. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, VIII. Calend. Aprilis, Pontificatûs nostri Anno decimo.

Alterum aureum triduum in Eccl. Pragensi.

LXXXI.

Aliæ literæ ejusdem Pontificis concedentis Indulgentias pro certis Festivitatibus in Ecclesia Pragensi.

BOnifacius Episcopus Servus Servorum DEI. Universis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

nem. Licet is, de cujus munere venit, ut sibi à suis fidelibus dignè & laudabiliter serviatur, de abundantia suæ pietatis, quæ merita supplicum excedit & vota, bene servientibus sibi, multò majora retribuat, quàm valeant promereri; nihilominùs tamen desiderantes Domino populum reddere acceptabilem, & bonorum operum sectatorem, fideles ipsos ad complacendum & quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgentijs videlicet & remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores. Cupiens igitur ut *Ecclesia Pragensis*, quæ ut asseritur *in honore S. Viti* dedicata existit, & in eadem corpora Sanctorum *Wenceslai, Adalberti, Sigismundi & aliorum diversorum Sanctorum requiescunt*, congruis honoribus frequentetur, & etiam conservetur, & ut Christi Fideles eò libentiùs causâ devotionis confluant ad eandem Ecclesiam, & ad ejus conservationem manus promptius porrigant adjutrices, quò ex hoc ibidem dono cælestis gratiæ uberiùs conspexerint se refectos: *de omnipotentis* DEI *misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum* ejus auctoritate confisi, omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui in *Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Cœnæ Domini, Ascensionis & Corporis Domini nostri JESU Christi, Pentecostes, & Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis, Assumtionis, & Visitationis Beatæ Mariæ Virginis, & Nativitatis Beati Joannis Baptistæ, & Beatorum Petri & Pauli, ac Viti, WEnceslai, Adalberti, Procopij, Sigismundi, quinque Fratrum & Ludmillæ, ac translationis Sancti WEnceslai, nec non ipsius Ecclesiæ, & Capellæ dicti Sancti WEnceslai sitæ in eadem Ecclesia, dedicationum festivitatibus, ac celebritate omnium Sanctorum, nec non per ipsorum Nativitatis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, & Corporis Domini, ac Nativitatis & Ascensionis Beatæ Mariæ Virginis, & Nativitatis Beati Joannis Baptistæ, ac Apostolorum Petri & Pauli prædictorum festorum octavas, & per sex dies prædictam festivitatem Pentecostes immediatè sequentes eandem Ecclesiam devotè visitarint*, & ad conservationem hujusmodi manus porrexerint adjutrices, singulis diebus videlicet Festivitatum & celebritatis, illam Indulgentiam & remissionem peccatorum, authoritate Apostolicâ, tenore præsentium concedimus, quam visitantes *omnes & singulas Ecclesias*, & alia loca Ecclesiastica *Civitatis Pragensis*, & in ejus circuitu ad duo milliaria consistentes, certis diebus & festivitatibus annuatim visitantes quomodolibet consequuntur. Octavarum verò & sex dierum prædictorum diebus, quibus *Ecclesiam* ipsam *Pragensem* visitaverint, & adjutrices manus porrexerint, ut præfertur, centum dies de injunctis eis pœnitentijs misericorditer relaxamus.

Enumeratio dierum quibus indulgentiæ conferuntur

1391. Datum Romæ, ad Sanctum Petrum Calend: Aprilis, Pontificatûs nostri Anno secundo.

LXXXII.

LXXXII.

ulla edita de Peplo B. Virginis pro Capella sita in Castro Crumlow.

nifacius Episcopus Servus Servorum DEI, *universis Christi fidelibus, præsentes literas inspecturis salutem & Apostolicam Benedictionem.*

ETsi Prophetâ docente Dominum in *Sanctis suis* laudare jubemur, in illa præcipuè, per quam humano generi æterna salus apparuit, gloriosâ scilicet Beatâ MARIA semper Virgine Christifera, DEUM collidare & benedicere, eò crebrius convenit, ac ipsius Beatæ Virginis reliquià Christi fidelibus devotiùs venerari, quò ipsa Virgo sacratissima almi Remptoris Mater effecta, meruit in cœlis præ cæteris Sanctis sublimius hourari. Cùm itaque nobis exhibita nuper pro parte dilecti filij Nobilis Viri *enrici Baronis Bohemiæ de Rosenberg*, Pragensis Diœcesis petitio continelt, in Capella ejusdem Beatæ MARIÆ Virginis, nec non Sanctorum *ariæ Magdalenæ, Georgij & Adalberti*, sita in Castro Crumnau dictæ Dicesis *Peplum* quod dicta *Virgo MARIA* stans sub cruce in suo sacratissimo pite tenebat, & in quo signa sanctissimi Sangvinis ex aperto lanceâ Latere usdem Domini nostri JESU Christi, in ipsa cruce pendentis effusi manitè apparent, in custodia sua conservetur, ipsúmque *Peplum* populorum ultitudini, nedum de vicinis, verùm etiam de longinquis partibus, ad dium Castrum, in quo ipse *Henricus* domicilium habet, causâ devotionis nfluentium in eodem castro solenniter ostendatur; nos cupientes, ut *Pem* ipsum, cùm illud annis singulis in *Nativitatis, Annunciationis, Purifitionis, Assumtionis, Conceptionis, Præsentationis & Visitationis ipsius Beatæ MARIÆ Virginis*, imò & prædictorum Sanctorum *Mariæ Magdalenæ, orgij & Adalberti, ac dedicationis ipsius Capellæ Festivitatibus*, in prædicto astro ostendi contigerit, congruis honoribus veneretur, & ut Christi fideleò libentius causâ devotionis confluant ad ostensionem eandem, quò ex bcibidem dono cœlestis gratiæ uberiùs conspexerint se refectos, de Omnitentis DEI misericordia & Beatorum Apostolorum ejus *Petri & Pauli* auoritate confisi, omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui in prædictis stivitatibus, dum ipsum *Peplum* ostendetur, ut præfertur, hujusmodi onsioni devotè interfuerint, singulis scilicet Festivitatibus prædictarum, ibus ipsos eidem ostensioni causâ devotionis interesse contigerit, ut prærtur, septem annos & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentijs, isericorditer relaxamus, præsentibus, perpetuis futuris temporibus, duratus. Datum Romæ apud S. Petrum Idibus Julij, Pontificatûs nostri An: X.

Arch. Cru. M. S.

Peregrinationes ad Peplum B. V. Crumlovij.

A. 1399.

LXXXIII.

LXXXIII.

Confirmatur Confraternitas Miniſtrorum Altar[is] in Eccleſia Metrop: Pragenſi.

1400. WEnceslaus DEI Gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bo[he]miæ Rex. Notum facimus tenore præſentium univerſis. Qu[od] attendentes ſingularis devotionis affectum, quem *Fraternitas* [et] *Miniſtri Altaris Eccleſiæ Pragenſis* ſub titulo & honore *Aſſumptionis Bea[tæ] Mariæ ſemper Virginis glorioſæ, ac Patronorum & Defunctorum in dicta E[c]cleſia Pragenſi, fundati & erecti*, devoti noſtri dilecti, ad laudem & gloria[m] DEI omnipotentis, & ejus Genitricis habere noſcuntur, in progenitoru[m] noſtrorum, & noſtræ, animarum remedium ſalutare, eidem *Fraternit[ati]* animo deliberato & de certa noſtra ſcientia benignè indulſimus, & ad h[oc] conſenſum noſtrum regium adhibuimus, & tenore præſentium authorita[te] regiâ *Bohemiæ* gratioſiùs conſentimus, ut ipſi pro eorum & dicti *Altaris Be[a]tæ Virginis* uſibus viginti ſexagenas groſſorum annui & perpetui cenſûs, in[&] ſuper bonis liberis quibuſcunque, feudalibus duntaxat exceptis, per totu[m] *Regnum Bohemiæ*, in quibuſcunque conſiſtant emere & comparare poſſi[nt] & valeant; quem quidem viginti ſexagenarum cenſum quomodocunq[ue] per eos comparatum, ipſis *Miniſtris Fraternitatis*, eorum ſucceſſoribus, [&] prædicto Altari, ex nunc prout ex tunc, inperpetuū incorporamus, inviſcera[mus], & virtute præſentium *authoritate Regiâ Bohemia* gratioſè annectimu[s] & unimus, per ipſos & Succeſſores eorum habendum tenendum, utì fruen[dum], & adinſtar aliorum bonorum ſpiritualium ſub libertate Eccleſiaſtic[a] perpetuis inantea temporibus pacificè poſſidendum. Mandamus univer[ſis] & ſingulis Officialibus, Burggravijs, ſubditis & fidelibus noſtris dilectis præſentibus & futuris, firmiter & diſtrictè: quatenus præfatam *fraternita[tem], & miniſtros dicti Altaris*, tam in comparatione, quàm uſu fruitione & poſſeſſione prædictarum viginti ſexagenarum cenſûs, in bonis liberis, u[t] præmittitur, ubicunque comparatarum nequaquam impediant, aut ſinan[t] per quempiam quomodolibet impediri, quin potiùs ipſos circa eunde[m] cenſum noſtro nomine manuteneant, protegant & defendant. Injungen[tes] nihilominùs *UrZednikonibus Pragenſibus, & Notarijs Tabularum Terr[æ] Bohemiæ*, fidelibus noſtris dilectis, firmiter & diſtrictè, præſentibus & futu[ris]: quatenus præfatum viginti ſexagenarum cenſum per dictam Fraternita[tem], ut præmittitur, comparandum, quàm primùm comparatus fuerit ſi[mul] vel ſucceſſivè, terræ tabulis annotent & inſcribant; niſi indignationem noſtram graviſſimam voluerint evitare. Præſentium ſub regiæ noſtræ Majeſtatis ſigillo teſtimonio literarum. Datum Pragæ Anno Domini M.

Datur facultas Confraternitati habendi & comparandi cenſū annuū 20. Sexagenarum

Ut ejuſmodi cenſus Fraternitatis inſcribatur in Tabulas Regni.

M.CCCC. die decimâ Novembris, Regnorum nostrorum Bohemiæ Anno Trigesimo octavo; Romanorum verò vigesimo quinto.

LXXXIV.

Donatio trium Sexagenarum Censûs pro Officio Prædicationis in Ecclesia Pragensi.

Wolfframus D E I *gratiâ, &c. Universis Christi fidelibus præsentibus & futuris, præsentes literas inspecturis salutem in eo, qui suis fidelibus præmia largitur sempiterna.*

T. 5. C.XIII

1402.

VOtis fidelium libenter annuere satagimus, per quæ Dominicus cultus augetur; & salus Christi Fidelium animarum salutaria reportare videtur incrementa. Sanè veniens ad nostram præsentiam *Nobilis Domina Katharina* relicta bonæ memoriæ *Conradi Kappler de Sulevvicz* proposuit, quòd quamvis ipsa aliàs quondam Sanctæ prædicationis Officium verbi Divini in *Ecclesia nostra Pragensi* decem sexag: grosf: denar: censûs annui & perpetui dotavisset, & in titulum perpetui beneficij Ecclesiastici sub certis conditionibus in *actis Cancellariæ Curiæ nostræ Pragensis Archi-Episcopalis* contentis per nos erigi procuravisset & ordinasset; ad quod quidem *Officium Prædicationis Honorabilis Vir D. Nicolaus de Rakonik* servatis servandis existit institutus & confirmatus, qui de uberiori sustentatione, & vitæ necessarijs propter ipsius assiduitatem, zelum, & fervorem, quem in proponendo, & prædicando Christi Fidelibus verbum Domini gerit, & habet, & altissimo favente ipse *D. Nicolaus & Successores* ipsius præstantiùs habebunt in futurum, volens commodiosiùs providere, ac Divini cultûs augmentum per hoc ampliare, *tres sexag: denar:* Pragens: censûs annui & perpetui, quas de præfata *Domina Katharina* habet, & habere dignoscitur, insuper hæreditatibus Nobilium Virorum *Joannis de Zrucz, & Nicolai dicti Kolovvrat de Zraslavvicz in villa Slavvossovv*, prout *in Tabulis Regni Boëmiæ* plenè est descriptum, & de hoc sumus sufficienter informati, præscriptis decem sexag: adjungendo & cumulando dedit, donavit, deputavit, & assignavit, ac præsentibus dat, donat, deputat, & assignat, per ipsum *D. Nicolaum & ipsius Successores, primi Sanctæ Prædicationis Officij Rectores* divisim in duobus terminis, videlicet SS. *Georgij & Galli* à possessoribus prædictorum Bonorum *Villæ Slavossovv* tollendas, levandas, percipiendas, & exigendas cum effectu, promittens præfata *D. Katharina* per se, Hæredes & Successores suos, prædictum D. *Nicolaum & ipsius Successores* in levatione, sublevatione & perceptione dictarum *trium Sexag:* non impedire, aut quovis modo perturbare, publicè vel occultè sub pœna excommunicationis, cui se, Hæredes & Successo-

de Rakonik Concionator Bohem: in Metrop:

Augmentũ Fundationis pro Prædicat: Boh:

Obligationes Prædicatoris.

cessores suos sponté ac liberè submisit; itâ tamen & taliter, quòd præfatus *Nicolaus* & omnes ipsius Successores ejusdem *primi S. Prædicationis Offi* *Rectores* occasione donationis præscriptæ ultra dies in erectione prædicti pri mi S. Prædicationis officij expressos, sit & sint ad prædicandum adstricti obligati, ac debeat, & debeant *singulis diebus Dominicis* perpetuis tempo bus post prandium in memorata Ecclesia Pragensi Christi Fidelibus Verbu Divinum, in vulgari Boëmico proponere & prædicare, *& unam Missa Defunctorum singulis ferijs secundis* in qualibet Septimana vel alio die ad ho apto per se, vel alium tenere, & celebrare. Quem censum 3. sexag: gro prædictorum memoratus *D. Nicolaus suo & Successorum suorum memori primi S. Prædicationis Officij Rectorum* nomine, gratè recipiens, se ad præmi sa, & superiùs descripta, videlicet tam ad prædicandum, quàm *Missas dieb & horis prænominatis* legendum & explendum sponté ac liberè submisit, s pœna & pœnis in erectione super nominati *S. Prædicationis Officij* contenti & expressis. Quo facto memorati, videlicet *D. Catharina* suo, *Hæredu & Successorum suorum*, *& D. Nicolaus* similiter suo, *& Successorum suoru* ejusdem *S. Prædicationis Officij Rectorum nominibus*, petiverunt per no omnia & singula superiùs descripta approbare, ratificare, authorizare & au thoritate ordinariâ confirmare, censúsque trium sexag: præscriptos eidem *Prædicationis Officio*, & ipsius *Rectoribus* sub modis & conditionibus sup riùs designatis annectere, unire, applicare, & incorporare. Nos verò con siderantes præmissa ex zelo devotionis procedere, & in Divini cultûs au mentum & salutem animarum evenire, petitionibus quoque nobis per sæp nominatam *D. Catharinam & D. Nicolaum* oblatis favorabiliter, & tan congruis annuentes præscriptam Donationem, ac omnia & singula superiù descripta, in omnibus suis punctis & articulis, prout superiùs sunt descripti approbamus, ratificamus, authorizamus, & authoritate ordinariâ in DE nomine confirmamus; censûs quoque 3. sexag. groff: memoratos sæpe no minato *S. Prædicationis primo officio & ipsius Rectoribus* annectimus, uni mus, applicamus & incorporamus, de cætero & deinceps juris Ecclesiastic & non mundani decernimus reputandos. In cujus rei &c. Datum Pra gæ, An. M. CCCC. II. die XV. Mensis Aprilis.

Approbatio Archiepiscopalis.



LXXXV.

LXXXV.

Litteræ Mansionariorum Minorum Chori Beatæ MARIÆ Virginis in Ecclesia Pragensi.

inko DEI gratiâ S. Pragensis Ecclesiæ Archi-Episcopus, Apostolicæ Sedis Legatus, universis Christi fidelibus præsentibus & futuris, præsentes literas inspecturis salutem in Domino sempiternam.

DEcens & debitum esse perspeximus, ut nos & quilibet in partem solicitudinis assumpti ad ea quæ cultûs Divini augmentum & salutem respiciunt animarum diligenti studio & studiosâ diligentiâ ferventi intendamus, & illorum animos, qui ad hæc se promptos ac voluntarios hibent, non solùm in ipsorum salubri proposito confirmemus, sed etiam râ pervigili augeamus, & petitiones ipsorum rationabiles exaudiamus. nè noveritis nos *Literas Apostolicas Sanctissimi in Christo Patris & Domi- Domini nostri Bonifacij Divinâ Providentiâ Papæ IX.* in pergameno scrip- s, ipsius verò *Bullâ plumbeâ* more Romanæ curiæ bullatas, unà cum litera *reniſſimi Principis & Domini Domini Wenceslai Romanorum Regis semper ugusti & Boëmiæ Regis* ipsius *verò Majestatis Sigillis sigillatas*, quarum te- or in literis Apostolicis totaliter est insertus & inscriptus, sanas & integras, nni vitio & suspitione carentes nobis pro parte *universorum Minorum ansionariorum chori Beatæ MARIÆ Virginis* in dicta *Ecclesia nostra Pra- nsi* præsentatas, reverenter recepisse, tenorem, qui sequitur, continentes: T. 5. Q. 1. 1404.

Bonifacius Episcopus Servus Servorum DEI, ad perpetuam rei memoriam. Recitantur literæ Bonifacij IX.

His, quæ pro Divini cultûs augmento, & animarum salute ac sta- prospero, & tranquillo Ecclesiarum, locorum & personarum Eccle- asticarum piè, & laudabiliter facta sunt, libenter adjungimus Apostoli- muniminis firmitatem. Sanè pro parte *Chariſſimi in Christo Filij no- i Wenceslai Romanorum & Boëmiæ Regis illustris* nobis, nuper exhibi- petitio continebat: quòd cum olim claræ memoriæ *Carolus Romano- m Imperator semper Augustus & Boëmiæ Rex Illustris*, ipsius *Wenceslai enitor*, dum in minoribus foret constitutus zelo piæ devotionis accen- s, cupiens terrena in cælestia, & transitoria in æterna fælici commer- io commutare, pro suorum *Progenitorum & Prædecessorum*, *Successorúm- ue suorum*, & cunctorum *Fidelium vivorum & mortuorum animarum salu- e in Ecclesia Pragensi viginti quatuor Clericorum Sæcularium numerum*, *seu ollegium*, *Præcentoriâ in eo computatâ*, quorum *duodecim Presbyteri*, *sex iaconi, & sex Subdiaconi* esse deberent, & quos *Mansionarios* voluit nuncu- ari, quique tenerentur & deberent quotidie in ipsa manere Ecclesia, & per- Carol. IV. Fundator Mansionariorum. Mansionariorum numerus.

 sona-

sonaliter residere in eadem, & non per alium vel alios *horis Canonicis in su[is] Ordinibus* continuè interesse, de novo creasset & fundasset, & ipsis deredd[i]tibus sufficientibus providisset liberaliter & gratiosè, quódque postmodum *præfatus Wenceslaus Rex* maturâ deliberatione præhabitâ, sanóque devoto[rum] rum & fidelium accedente consilio ad honorem DEI Omnipotentis, & *gl[o]riosissimæ Virginis Matris MARIÆ* & pro divini cultûs augmento statu[it] & ordinavit, ut præfati XII. *Mansionarij minores*, videlicet *sex Diaconi & se[x] Subdiaconi*, qui tamen ad hoc fuerint idonei, ad *gradus Presbyteratûs co[n]gruis temporibus* sinè tamen *Majorum Mansionariorum prædictorum præjud[i]cio* juxta ipsorum voluntatem possent & valerent promoveri, sícque quo[d] hi de virtute ad virtutẽ ascendere & in dicto Sacerdotij gradu Domino in D[i]vinis laudibus possint famulari, decrevítq; etiam & expressè voluit, quòd d[i]cti *minores Mansionarij* sic ulteriùs ad gradum Sacerdotij promoti de suis *po[r]tionibus, proventibus, & utilitatibus* essent contenti, nec per talem promo[]tionem quidquam ampliùs sibi attrahere, aut ultra continentiã statutoru[m] pro se aliqua debeant usurpare, prout in patentibus literis dicti *Wenceslai R[e]gis* inde confectis, & suo *Sigillo munitis*, quarum tenores de verbo ad verbu[m] inseri fecimus, pleniùs continetur. Quare pro parte *ipsius Wenceslai Reg[is]* fuit nobis supplicatum humiliter, ut præmissa omnia Apostolico munimin[e] roborare de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dicti *Wence[s]slai Regis* piam & laudabilem intentionem, & devotionem plurimùm in Do[]mino commendantes, ac hujusmodi cultum Divinum adaugeri intensis de[]siderijs affectantes, ordinationem & statutum, ac omnia alia & singula i[n] prædictis literis dicti *VVenceslai Regis* contenta rata habentes & grata, illa au[c]thoritate Apostolicâ ex certa scientia confirmamus, & præsentis scripti pa[]trocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervene[]rint in præmissis. Tenor autem dictarum literarum talis est: *VVenceslau[s] DEI gratiâ &c. &c.* Datum Pragæ An. M. CCCC. die V. Octobris, Regnorum nostrorum Boëmiæ XXXVIII. Romanorum verò XXV.

Mansionarij minores certis conditionibus admittuntur ad Sacerdotium.

Literæ Wẽceslai Regis nihil singulare continebãt, ideo sunt omissæ

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ *confirmationis, communitionis, & Suppletionis* infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis DEI, & Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum *Romæ apud S. Petrum*, Kalendis Maij, Pontificatûs nostri An: XII. Post præscriptarum literarum præsentationem & receptionem, fuit nobis pro parte suprà dictorum *universorum minorum Mansionariorum* humiliter & cum debita instantia supplicatum, quatenus juxta tenorem literarum earundem Apostolicarum, ac etiam *Serenissimi Principis, & DD. VVenceslai Romanorum & Boëmiæ Regis*, eisdem *Literis Apostolicis* insertum decernere & declarare, ut dicti *Minores Mansionarij*, videlicet *sex Diaconi,*

&

-*ſex Subdiaconi* ad gradus ulteriores & Preſbyteratus congruis temporibus pſſint & valeant promoveri, indultâque ipſis à dicto *D. Rege* ad promotio-m & receptionem dictorum ulteriorum graduum, & *Sacri Presbyte-tûs gradus* approbatione, ratificatione authorizare, & authoritate or-nariâ confirmare dignaremur. *Nos* verò attendentes, quòd juſtis peten-ım deſiderijs dignum eſt nos facilem præbere conſenſum & aſſenſum, & ıta, quæ à rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere, nſiderantes quoque ex promotione dictorum *Manſionariorum* ad *ſacros teriores & Presbyteratûs gradus* in ipſa *Eccleſia noſtra Pragenſi*, non modi-Cultum Divinum augeri; ideo ſupplicationibus ſæpe dictorum *univerſo-m Minorum Manſionariorum*, tanquam juſtis & rationabilibus favorabili-r annuentes, juxta prædictarum literarum Apoſtolicarum & *Domini Regis* norem ſuprà dictis *Minoribus Manſionarijs*, videlicet *ſex Diaconis & ſex bdiaconis*, qui nunc ſunt, & fuerint pro tempore, futuris temporibus ad adus *ulteriores & ſacrum Presbyteratûs*, ſtatutis à jure temporibus, ſi idonei a eoſdem juxta Sacrorum Canonũ ſtatuta reperti ſuerint, decernimus & de-ramus, præſentibus Conſtitutionibus in contrarium editis non obſtanti-s, poſſe ſine omni impedimento promoveri, indultáque ipſis à ſupra dicto *. Rege*, quoad dictorum graduum & ſacri *Presbyteratûs gradûs* receptio-m approbamus, ratificamus, authorizamus, & ordinariâ authoritate in EI nomine confirmamus. Et nihilominus quieti *ipſorum Manſionario-m*, & cæteris Majoribus opportuno remedio piovidere volentes, ac om-m dubitationis ambiguitatem, & querelæ materiam impoſterum inter ip-s *Manſionarios* funditus amputare volentes, volumus, ſtatuimus, ordina-ıs, & decernimus per præſentes, ut dicti *Minores Manſionarij* ſic promo-ndi ad ulteriores *Sacros, & Presbyteratûs gradus*, non obſtante dictâ pro-otione ſe ab horis per ipſos *Manſionarios* decantari & teneri conſvetis, abſ-e rationabili cauſa non abſentent, ſed omnibus horis, ad quas ex debito & *tutis* ipſorum intereſſe tenentur, interſint, ac omnia obſequia, ad quæ pri-ù ante promotionem hujuſmodi ex *ſtatutis* ſunt obligati, faciant prout ab tiquo fecerunt, & facere conſveverunt, alioquin pro qualibet hora per ip-s neglecta, pœnam in ſtatutis ipſorum expreſſam duplicatam incidant, & ilibet ipſorum incidat ipſo facto, ab ipſis & eorum quolibet more ſolito igendam juxta tenorem *Statutorum & Ordinationes* per *Divæ memoriæ D. arolum olim Romanorum Imperatorem* ſuper hoc factorum, & per *Sedem A-ſtolicam approbatorum.* In caſu verò ubi dicti *minores Manſionarij* ſic pro-oti & promovendi, fraudulenter & malitioſè ſe à dictis horis & obſequijs bi quæſtus quærendo ſe abſentarent, aut vellent abſentare, volumus, quòd ena in *Statutis* ipſorum expreſſa, pro qualibet negligentia & cujuslibet cendendo multiplicetur, ad quam perſolvendam per portionum ſeu ſti-

Dei cultus & honor augetur per hanc Conceſſionem.

Statuta Mãſionariorũ minorum exactiſſimè ſervanda præcipiuntur.

pendiorum subtractionem juxta nostrum arbitrium & nostrorum successo rum, aut in *spiritualibus Vicariorum Generalium* tunc existentium limitan dam debebunt & poterunt compelli, nec non & si opus fuerit Ecclesiasticam per censuram, & si malitiosè, pertinaciter, ac per tantum temporis sic se ab sentaverint, & horas visitare, & obsequia ipsis & eorum cuilibet incumben tia exhibere neglexerint, aut non curaverint, vel contradixerint, alibi quæ stus quærendo, ex tunc sinè oppositione & contradictione hujusmodi *Mi nores Mansionarij*, qui fuerint pro tempore, & ipsorum quilibet poterunt & poterit per *Nos & nostros Successores* aut *Vicarios in Spiritualibus Generale* qui fuerint pro tempore, ipso facto privari, & declarari *privatum Mansiona rijs Minoribus memoratis*. Cæterùm statuimus, decernimus, & ordina mus per præsentes, ut se nominati *Minores Mansionarij*, qui nunc sunt, v fuerint pro tempore priùs quàm ad *Sacrum Presbyteratûs gradum & Ord nem* voluerint promoveri & ordinari, ante hujusmodi promotionem & O dinationem *cum Præcentore* ipsorum, qui fuerit pro tempore, ad *Nos & n stros Successores*, aut *Vicarios in spiritualibus Generales* pro tunc existentes, v nientes jurent, & jurare cum effectu tenebuntur *ad S. DEI Evangelia*, per ip sos & ipsorum quemlibet manu tangenda, Ordinationes & Constitution circa institutionem & creationem ipsorum Collegij per præfatum *D. Imp ratorem ejusdem Collegij Fundatorem factas*, & per *Sedem Apostolicam* appro batas, & præmissa omnia & singula in suis *punctis*, *clausulis*, *conditionibus* & *articulis* tenere, & inviolabiliter sinè dolo & fraude pro ipsorum posse effe ctualiter observare. In cujus rei testimonium præsentes literas fieri, & sigi lorum nostrorum appensione jussimus communiri. *Datum Pragæ* A. Dñ M. CCCC. IV. die octavâ Mensis Martij.

Juramentũ minorum Mansionari orum in S. EcclesiaPra gensi.

LXXXVI.

A. 1405.

Innocentius VII. monet Archiepiscopum Pra gen: ut celebratâ Provinciali Synodo in Schis maticos (qui Petro de Luna adhærebant) cano nicè animadvertat.

Venerabili Fratri Sbinkoni Archi-Episcopo Pragensi.

Raynal. T. XVII. Annal. Eccles.

ATtendentes tuæ Fraternitatis diligentiam, quam ad statum & hono rem nostrum & *Romanæ Ecclesiæ* experimento multiplici, & fide di gnorum testimonijs te semper habere cognovimus, ut illa possis erg statum & honorem nostrum, & præfatæ Ecclesiæ, & ad reductionem ober rantium, & se subtrahentium, quomodolibet ab obedientia & devotion

no-

ostris & præfatæ Ecclesiæ, & ad nostrum & ejusdem Ecclesiæ gremium redintegrationem, & pro statu Ecclesiæ tuæ profutura cognoveris, ubi & quando eidem tuæ Fraternitati expedire videbitur, ad proximam *Provinciam Synodum* per eandem fraternitatem tuam celebrandam ad te convocandi *Venerabiles Fratres nostros Episcopos Suffraganeos tuos, & dilectos filios Abbates, Præpositos, Decanos, Archidiaconos, Archipresbyteros, & alios Prælatos & personas Ecclesiasticas sæculares & regulares*, exemtos & non exemtos, capitula quoque quarumcunque Ecclesiarum, nec non domorum *Hospitalis S. Joannis Jerosolymitani, Beatæ Mariæ Thevtonicorum, Calatravensium, Prædicatorum, Minorum, Eremitarum Sancti Augustini, Carmelitarum, & Humiliatorum, Sancti Benedicti, Magistros, Priores, Præceptores*, & quorumcunque aliorum ordinum fratres tuæ Provinciæ, & generaliter, & specialiter conjungendi, & imponendi eis, & cuilibet ipsorum, quæ in favorem nostrum & Romanæ Ecclesiæ, ac etiam contra asserentes damnatæ memoriæ *Robertum* olim basilicæ duodecim *Apostolorum Presbyterum Cardinalem*, qui se *Clementem VIII.* ausu temerario nominare præsumsit, ac sequaces & fautores eorundem, ac eisdem adhærentes, videris expedire; contradictores insuper & rebelles ac inobedientes auctoritate nostrâ per censuram Ecclesiasticam, appellatione post positâ, compescendo, non obstante si eis, vel eorum aliquibus conjunctim, vel divisim indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari, aut extra vel ultra certa loca convocari, aut trahi non possint, plenam & liberam, hac vice duntaxat, tenore præsentium concedimus facultatem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, VIII. Kalend: Julii, Pontificatûs nostri Anno primo.

De Synodo Provinciali

Petrus de Luna Clemens VIII.

LXXXVII.

Ordinatio, & Dispositio cum Ratificatione Domini Archi-Episcopi Pragensis inter Decanum, Canonicos, & Capitulum ex una, & Altaristas Ecclesiæ Pragensis parte ex altera, super panibus.

IN nomine Domini Amen. Anno Nativitatis ejusdem M. CCCC. VII. indictione XV. die XV. mensis Julij horâ quasi tertiarum *Pontificatûs sanctissimi in Christo Patris & DD. Gregorij Papæ XII. anno primo in Castro Pragensi in domo D. Sacristæ Ecclesiæ Pragensis*, ac in stuba domûs ejusdem personaliter constituti, *Venerabiles Viri DD. Bohuslaus Decanus, Joannes Malesius Scholasticus, Zdislaus dictus Canis Præpositus omnium Sanctorum, Franciscus Præpositus Boleslaviensis, Vitko de CZernicZicz, Wenceslaus de*

Tom.7.Ere: N.1.

Canonicorum Ecclesiæ Prag. nomina.

de Radecz, Benessius de Chobolicz, Wenceslaus Knobloch, Blasius dictus Li-pus, Andreas de Gevvicz, Adamus de NeZeticZ, Joannes Kbel, Wenceslau de Misa, Jaxo dictus Ginoch, Andreas de Pelrzimovv, VVenceslaus de O-mutz, Zdenko de Chrast, Stephanus de Stankovv, VVenceslaus de Bor, Nico-laus Ssisska, Joannes Moravus, Jacobus de Praga, Nicolaus Henslin Cano-nici, totúmque Capitulum Ecclesiæ Pragensis antè dictæ, tunc capitularit congregati in præsentia Honorabilium Virorum DD. Georgij Bora, S. Jaco

Altaristæ in Eccl, Prag:

majoris, Stephani Paschalis S. Michaëlis, Petri Stach S. EliZabeth, Alber Gregora S. Andreæ, Nicolai VVelczin S. Matthæi, Ogerij S. Dorotheæ, VVe-ceslai Zidek S. Chrysogoni, Jacobi S. Lucæ, Francisci S. Ottiliæ, Joannis I-verij S. Dorotheæ, Czenkonis Omnium Sanctorum, VVenceslai S. Alexij, P-tri Sanctorum Simonis & Judæ, Bohunkonis S. VVenceslai, Slavatæ Sanct-rum decem millia militum, & Bartossij Corporis Christi, cæterorúmque Alt-ristarum Ecclesiæ Pragensis præfatæ ibidem personaliter constitutorum, præ-missis debitis tractatibus, & maturâ deliberatione præhabitâ de expresso con-sensu dictorum Altaristarum unanimiter nemine discrepante in mei Notar publici infra scripti, testiúmque præsentia subscriptorum, consenserunt, di-posuerunt, & ordinaverunt, ut de cætero & in antea omnes & singuli Alta-ristæ dictæ Ecclesiæ præsentes & futuri, qui ex privilegijs suorum Altarium & antiqua Ecclesiæ consvetudine portiones panum æqualiter cum Vicarij Canonicorum præscriptæ Ecclesiæ recipere debent & receperunt, in futurur

Ordo in percipiēdis Panibus.

percipient dictas portiones panum in hunc modum: Primò videlicet, quò omnes Magistri in Sacra pagina, Doctores Juris Canonici & Civilis ac Me-dicinæ, nec non Magistri in Artibus cæterique actu in studio Pragensi Genera in qualibet licita facultate & in dicto privilegiati studentes Altaristæ intitula-

Studentib9 favet Capitulum Pragense.

ti, in dicta Pragensi Ecclesia existentes, septem panes albos, adinstar panum Ca-nonicorum dictæ Pragensis Ecclesiæ singulis Septimanis interim quoad distribu-tiones panum durant, percipiant, sic tamen, quòd ille studens actu coran Capitulo probet se esse studentem, & se repræsentet Capitulo, & hanc gratian sibi fieri petat humiliter, quo facto ipsa gratia dicto studenti non debet per Ca-pitulum aut singulares personas Capituli aliqualiter denegari, nec per ali-quem impediri, salvo eo, quòd dicti Domini Canonici singulis septimani quatuordecim panes prædictos, sicut ab antiquo ex consvetudine præscripta

Induti religione videl: in superpelliceo ut hodie loquimur.

perceperunt, percipient; hortantes in Domino prædictos Altaristas, actu stu-dentes, ut singulis diebus Dominicis processioni & alijs processionibus solenni-bus, induti religione ad honorem DEI & dictæ Ecclesiæ intersint, nisi infirmi-tas, justa & rationabilis corporalis necessitas aut evidens dictæ Pragensis Eccle-siæ utilitas eosdem studentes Altaristas ab hujusmodi interessentia excusaret.

De non studentibus.

Volumus etiam, quòd Altaristæ non studentes ad minùs, quatuor diebus qui-buscunque in Septimana Missæ Conventuali secundùm antiquam consvetu-dinem

diem *Pragensis Ecclesiæ* debeant interesse, alioquin si uno die aliquis non interesset, careat uno pane, si duobus non intersit, careat duobus, si ter, careat tribus, si verò quater, careat omnibus panibus in Septimana. Item ordinarunt & disposuerunt, eorum si aliquis *dictorum Altaristarum tam studentium quàm non studentium* in negotio altaris sui recedet, ille *Altarista* in absentia eisdem ad octo dies debet tantùm panibus perfrui & gaudere, & absentiam suam saltèm debet uni divisori panum intimare; & præmissa omnia & singula disposuerunt, & ordinarunt, salvâ declaratione Laudi facti inter dictos *D. Decanum, Capitulum & dictos Altaristas*, & in omnibus articulis, punctis, clausulis, in ipsa declaratione Laudi contentis; quo facto præfati *DD. Altaristæ* omnibus annotationibus, citationibus, causis, conjunctim vel divisim prænominatis, *DD. Decano & Capitulo* nec non singularibus personis ex eodem Capitulo modis, & literis contra eosdem impetratis in curia Romana, vel extra renunciaverunt, ac hujusmodi causis & liti cesserunt, promittentes bona fide sinè dolo & fraude unà cum *dictis DD. Canonicis* præmissa omnia & singula temporibus perpetuis tenere, & inviolabiliter observare, & apud *Dominum ordinarium* præmissorum approbatione, ratificatione, authoritate & confirmatione simul instare, & eandem pro futurorum memoria obtinere, de quibus omnibus & singulis memorati D. *Decanus & Capitulum*, nec non DD. *Altaristæ* ipsi petiverunt per me *Notarium publicum infrascriptum* confici, unum vel plura publicum instrumentum, seu publica instrumenta. Acta sunt hæc anno indictionis die, mense, horâ, Pontificatûs & loco, quibus suprà. Præsentibus honorabilibus & discretis Viris DD. *Hanussio Ministro Altaris S. Crucis, Mauritio Vicario* D. *Scholastici* antedicti, & Conrado *Niemecz Vicario* in dicta Ecclesia Pragensi, Testibus circa præmissa fide dignis.

Confirmatio Zbinkonis Archie:

Nos quoque *Zbinko* DEI *gratiâ S. Pragensis Ecclesiæ Archi-Episcopus Apostolicæ Sedis Legatus*, universis ad quorum notitiam præsentes pervenerint, seu pervenire contigerit, notum facimus per præsentes: quòd pro parte suprà dictorum *Dominorum Bohuslai Decani & Capituli* ex una, ac universorum *Altaristarum Ecclesiæ nostræ Pragensis* antè dictæ, parte ex altera, præsens publicum instrumentum nobis præsentatũ, sanum accepimus, & in eodem comperimus: quòd præfati *Domini* dudum nobiscum & sæpius super contentis in eodem instrumento publico tractaverunt & deliberaverunt, & solennes tractatus habuerunt, & quia invenimus, & cognovimus, ac cognoscimus dictam ordinationem & dispositionem in prægrande commodum & utilitatem ambarum partium redundare, per hócque dictas partes in futurum, in pacis tranquillitate permanere, & Altissimo posse liberiùs servire, ideò supplicationibus nobis pro parte dictarum partium oblatis, tanquam justis & rationalibus, & juri consonis favorabiliter annuentes ad dictas ordinatio-

nationem & dispositionem, nostram authoritatem, nec non expressum con sensum adhibuimus, & adhibemus, easdémque ordinationes & dispositio nes, quoad omnia & singula superiùs descripta, & ipsa contingentia, & con tinentia in omnibus & singulis Capitulis, punctis, conditionibus, & articuli de verbo ad verbum, ùt superiùs explicantur authorizando, & nostram au thoritatem ordinariam interponendo ratificavimus, approbavimus, & præ sentibus approbamus, ratificamus, ipsásque jure, modo, & formâ meliori quibus possumus, animo deliberato, non per errorem, aut improvidè, sed ex certa nostra scientia, præfatâ ordinariâ authoritate in DEI nomine confir mamus. In quorum omnium fidem & testimonium Sigilla nostra ad præ sens instrumentum publicum appendi mandavimus. Sub anno à Nativi tate Domini M. CCCC. VII. die XXII. Mensis Julij, præsentibus honora bilibus & circumspectis *Viris* DD. *Magistris Joanne Huß de Husinecz, Pe tro de Slupna, Petro de Tynhorßovv Capellano nostro, Nicolao de Znoyma, & Nicolao Sisel de Trzebon Notario publico Testibus circa præmissa fide dignis.*

Joañ: Huss.

LXXXVIII.

Papa Zbinkonem Archiepiscopum Pragensem mandatis instruit ad Wicleffitas in Bohemia extirpandos.

Alexander, &c. Venerabili Fratri Sbinkoni Archi-Episcopo Pragensi Salutem, &c.

Hujus Alexandri Pontificatus fuit ambiguus *Vide Rayn: in Annal: Eccl: T. XVII ad A. 1409. n. 72.*

SEdis Apostolicæ diligentia circumspecta contra hæreticæ pravitatis labe respersos, quorum nequitia serpit ut *Cancer*, nè in aliorum perniciem sua venena diffundat, remedium libenter adhibet opportunum; & ut negotium fidei jugi profectu, elisis omnino & eradicatis erroribus prospe retur, ac fides Catholica fortiùs invalescat, suæ sollicitudinis partes interpo nit. Nuper siquidem ad audientiam nostram quàm plurimorũ fide digno rum relatione deducto, quòd olim à quibusdam proximè lapsis temporibus, humani generis inimico procurante, in *Civitate Pragensi & Regni Bohemiæ, ac Marchionatus Moraviæ & quibusdam alijs provincijs*, non nulli *articuli erronei*, qui hæresim, seu scissuram in Fide Catholicâ sapiunt, præsertim circa *Sacramentum Eucharistiæ*, per damnatum *Hæresiarcham quondam Joannem Wikleff* concepti, & in libris ejus dogmatizati damnabiliter pullularunt, & multorum corda adeò infecerunt, quòd quamvìs postmodum per Ecclesiam justo judicio reprobati fuissent, expediat tamen propter magnam multitudinem eorum, qui hujusmodi perversis articulis, & dogmatibus sunt infecti, ut reme-

remedium emendationis & correctionis, nè ulteriùs pullulent, & *gregem Dominicum* per amplius inficiant celeriter adhibeatur, quódque ad hoc necessarium sit prohiberi, nè per aliquos, etiamsi sint super hoc Apostolico vel alio quovis indulto muniti, *prædicationes aut sermones ad* Populum fiant, nisi in *Cathedralibus, Collegiatis, Parochialibus, aut* Monasteriorum *Ecclesijs, seu earum cœmiterijs*, prout olim juxta juris Ordinem fieri consvevit; & nè etiam aliquis cujuscumque statûs, gradûs, ordinis, vel conditionis existat, hujusmodi articulos audeat publicè vel occultè astruere, seu asserere, vel dogmatizare, aut defendere quoquomodo.

Queritur Bohemiam infici erroribus Wiclef:

Hereticorũ Conciones vetantur.

Nos prout ad hoc ex debito pastoralis obligamur officij, super ijs quantum nobis ex alto permittitur, providere cupientes, ac omnes & singulas tam appellationem, quàm alias causas occasione præmissorum ex comissionibus Apostolicis, seu alijs in *Romana Curia*, vel alibi in quocunque etiam statu pendentes ad nos advocantes, Fraternitati tuæ, de qua in his & alijs specialem in Domino fiduciam obtinemus, & cùm etiam tu sicut accepimus, circa extirpationem errorum hujusmodi retro actis temporib⁹ solicitam feceris pro ut[illegible]icis, diligentiam, per *Apostolica scripta* committimus & mandamus, quatenus assumptis per te ad hoc *quatuor in Theologia Magistris & duobus decretorum Doctoribus*, quos ad id duxeris eligendos, de *ipsorum Magistrorum & Doctorum consilio*, super præmissis auctoritate nostrâ procedens, eâdem auctoritate prohibeas, ne quis in Ecclesijs aut Scholis, aut quibusvis alijs locis, prædictos articulos doceat, defendat, vel probet, ità quod, si quis contrarium fecerit, velut hæreticus censeatur, & ab omnibus habeatur. Et nè etiam aliquis de cætero quovis quæsito colore, in privatis locis Civitatis prædictæ, seu in illis duntaxat *Ecclesijs & Monasterijs*, ubi de jure fieri debet, & consvevit ad populum prædicare præsumat: illos verò qui hujusmodi *articulos & errores astruere, asserere, seu dogmatizare, vel tenere præsumpserint*, si *Ecclesiasticæ personæ* fuerint, aut eorum *Receptores*, vel *Defensores*, ipsósque in dictis *erroribus* foventes aut credentes eisdem, etiamsi in *Theologia Magistri*, seu *Sacerdotes*, vel alij *Clerici* fuerint, aut aliâ quacunque præfulgeant dignitate, nisi super ijs auctoritate præsentium moniti dictos articulos solenniter, & publicè revocaverint, ac perpetuò abjuraverint, libros quoque ac tractatus, seu quaternos *præfati Joannis Wicleff hæresiarchæ*, hujusmodi *articulos* in se continentes, si quos habeant, exhibuerint, & tibi, ut â fidelium oculis amoveri valeant, præsentaverint; ac etiam testes celantes veritatem, aut impedientes executionem fieri in præmissis; per captivationem personarum suarum, ac etiam aliàs, prout culpa ipsorum exegerit, nec non per *privationem Beneficiorum Ecclesiasticorum* quæ tunc obtinebunt, & inhabilitationem ad illa, & quæcunque alia Beneficia Ecclesiastica inposterum obtinenda, compellas, & aliàs in præmissis omnibus & singulis opportunum Juris remedium appo-

Ut Theologos constituat pro asserẽda fide.

Servand⁹ ordo judiciarius adv: hæreticorum fautores.

apponas; Contradictores eâdem auctoritate, appellatione postpositâ compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis; non obstantibus quibuscunque appellationibus præmissorum occasione ad sedem prædictam forsan interpositis, & alijs contrarijs quibuscunque, aut aliquibus si communiter, vel divisim à Sede Apostolicâ sit indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per *Literas Apostolicas* non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum *Pistorij* XIII. Kal. Januarij, Anno I.

LXXXIX.

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis, & singulis, & præsertim Almanniæ & Bohemia nationum Christi Fidelibus, auxilium fidei in benedictione cælesti.

Raynald: T. XVII. ad A. 1416. n. 8.

Concilij literæ ad Bohemos.

Wicleffum & Huss fuisse hæresiar.

EX retro actis tam in præcedentibus, quàm in *præsenti Constantiensi, generalibus Concilijs* non dubitamus per mundi climata auribus percrebuisse fidelium, quatenus Sathanas quosdam *Hæresiarchas* sive damnationis *Ministros*, & maximè novis temporibus, suscitaverit contra structuram totius Ecclesiastici ædificij, molientes evertere fidem Catholicam cum legibus & Ecclesiasticis moribus *à Sanctis Patriarchis traditis*, & hactenus per *Viros Catholicos* tenaciter observatis, scilicet quendam *Joannem Wicleff, & Joannem Huß Hæresiarchas*, sicut patet clarè ex eorum *Scripturis & Opusculis*, qui minus cautè appetentes *Magisterium*, & apud Plebejos Legislatores novelli & rabbi vocari, sanæ quoque doctrinæ studijs, & traditionibus ipsorum *Patrum* contemtis, ad insanias falsas conversi, se usquè ad summum damnationis *Erroribus* implicarunt, adeò ut eorum plerique Sathanæ sectentur vestigia, qui super omne, quod colitur etiam in cœlo, se machinabatur extollere, à summo Cælo ad inferni profunda dejectus est, quique secum quàm plures in damnationis laqueos & devia traxit & trahere non quiescit, sic & illi super *Hierarchiam* militantis Ecclesiæ se suásq; traditiones laborantes extollere, sibi quàm plures adunarunt, etiam *Sacerdotali dignitate* circumfultos, qui exemplo Theodæ Galilæi, se aliquos magnos *novarum Sectarum Legislatores* fore prætendentes, multitudines ad se pertraxerunt in devium, sicut ex *Apostolorum Actibus* colligitur evidenter; & (quòd jam amplius stupendum est) prænominatorum *Hæresiarcharum*, currentibus temporibus istis, adeò excrevit *perversitas & multitudo*, prout ad nostrum multorum relatione, & famâ publicâ referente, *proh dolor!* pervenit auditum,

præ-

præsertim *in Regno Bohemiæ & Marchionatu Moraviæ*, quòd non nulli, qui eam nobilitatis secundum carnem titulo præeminere censentur, conspiran- t in simul ad tenendos, & defendendos tam *Joannem Huß hæresiarcham* edictum, *quàm suos errores*, se impietatis vinculo astrinxerunt; quippe novissimè apponentes iniquitatem super iniquitatem, detractionibus, & su- perstitiosis fabulationibus eorum non contenti, etiam libellos famosos, fal- sis, calumnijs, jurgiísque refertos, ut asseritur, & copiosâ insuper *Sigillorum diversorum* appendentium multitudine munitos sparserunt, in quibus eun- dem *Joannem Huß*, justo tamen DEI judicio, nostro quoque, tam ritè, tam sanctè, promulgato, præviæ sententiæ calculo ignis voragine consum- tum justificare, & laudum præconijs extollere satagunt. Sic quoque publi- co hæresum execrandarum ejusdem & suorum *Sectatorum* & suarum *Hære- sium* prædicationes, usquè ad effusionem Sangvinis defendere volunt & pu- blicè profitentur, & ut de se *monstrosum extremi deliramenti præberent specta- culum*, pariter & exemplum, consurgere nullatenus trepidaverunt, prout hæc & alia in eis venenosis, & calumniosis literis in congregatione nostra so- lenniter exhibitis continentur.

Cùm itaque miserandam tot taliumque filiorum perditionem, & fa- scinationem diabolicam nostra maternæ pietatis viscera absque amarissima compunctione doloris non possint neque debeant sustinere; unde in redu- cendis eisdem *perversis obstinationibus Satellitibus diaboli*, pro eorum sanan- da insania, nostra solicitudo materna de contingentibus nil omisit, nam do- cendo scribendo, legatos mittendo, dissimulando, blandiendo, etiam ultra quàm expediens forsan extitit, expectando, solicitè fidelitérque impendi- mus misericordiæ officia universa: sed *proh dolor!* apud eos, ut puta con- versos in arcum pravum, salubria perniciem operantur: obedientiam enim spernunt, salutares doctrinas auscultare contemnunt, & prudentum pacem & veritatem evangelizantium sermonibus, & consilijs sanis acquiescere no- lunt; sed toti Ecclesiæ orthodoxæ se infestos reddere & repugnare usquè ad defensionem tam grandis peccati, ut etiam asseritur, damnabiliter & injustè præsumunt, cùm autem ex præmissis clarè constet, omnes & singulos indi- ctis literis, sive sigillis descriptos fuisse & esse *Laudatores & Sectatores, & Fautores prænominati Joannis Huß, & ejus damnatæ & perversæ doctrinæ*, ideo nos, tales ex ijs non immeritò habentes de fide suspectos, contra eos in virtute *Sanctæ Trinitatis* insurgere, & murum pro Ecclesia DEI opponere nos oportet, nè tanquam dissimulatores tantorum malorum, in dignatio- nem Altissimi, cujus res agitur, incurramus, pœnam ejus condignam præ- stolando, exemplo illius *summi Sacerdotis Heli*, qui licet in se bonus existeret, quia tamen filiorum excessus corrigere non curavit, in se pariter & in ipsis di- vinam vindictam finaliter animadversionis accepit, dum filijs ejus in bello

Concilij labores pro sanandis hæreticis.

peremptis, ipſe de Sella corruens fractis cervicibus expiravit. Quapropter viâ regiâ contra præfatos oberrantes procedere cupientes, & ſummariâ informatione præmiſsâ, & fide dignorum teſtimonio & depoſitionibus cognovimus *Czenkonem de Weſele* aliàs *de Wartemberg ſupremum Burgravium Pragenſem, Laczkonem de Cravvarz Capitaneum Marchionatûs* & cæteros in duobus folijs proximè præcedentibus deſcriptos in præmiſſis, fuiſſe & eſſe publicè diffamatos, ac etiam de fide ſuſpectos, ipſorúmque, & aliorum indictis Literis, & ſingulis monitorijs, Loca & Domicilia tutè adiri non poſſe. Idcirco per hoc publicum edictum, in audientia publica literarum contradictos legendarum ac in valvis, ſeu *Portis S. Stephani Conſtantienſis*, necnon *Patavienſis, Ratiſponenſis, & S. Stephani in Vienna, Patavienſis diœceſis Eccleſiarum* affigendarum ſupra nominatos *Czenkonem, Latzkonem, Boczkonem, VVillelmum, Joannem, Henricum, Miczkonem, Henricum, Ulricum, Joannem, Smilonem, Hinkonem, Butzkonem, Baldivorum*, & alios ſuprà ſcriptos peremptoriè citamus, &c. Datum Conſtantiæ VI. Kalend: Martij Anno Domini M. CCCC. XVI. *Apoſtolicâ Sede vacante.*

Præcipui fautores Jo: Hus in Judicium vocātur.

X C.

Literæ Capituli Eccleſiæ Pragenſis de Apoſtaſia Conradi Weſtfali Archiepiſcopi.

1421.

Accuſatio Conradi hæretici.

Nota:

Sanctiſſimo in Chriſto Patri, & Domino Domino Martino divinâ Providentiâ ſacroſanctæ Romanæ & univerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici.

Joannes Decanus & Capitulum Eccleſiæ Pragenſis, cum debita reverentia devota pedum oſcula Beatorum. Ad Sanctitatis Veſtræ notitiam deducimus per præſentes, qualiter *Conradus de Wechta Archiepiſcopus dictæ Eccleſiæ Prag: ſi ſic dici meretur*, dilapidatis, alienatis & diſtractis quaſi univerſis bonis, & ſi non in toto, ſaltem in majori parte dicti *Archiepiſcopatûs Pragenſ:* contra omnem noſtram voluntatem, nuper diabolicâ ſeductus ſuggeſtione, lapſus eſt in hæreſim condemnatam *Wicleſiſtarum & Huſſitarum*, quam *hæreſim* tenet, dogmatizat, & proſequitur cum effectu, prout *Sanctitas Veſtra, ex literis*, quas in quadam appellatione, ab ipſius prætenſis mandatis interpoſitâ fieri procuravimus, & quæ *Sanctitati Veſtræ* unâ cum hiſce præſentabuntur, poterit clariùs informari. Itaque *Pater Sanctiſſime*, cùm ex *perſona præfati Conradi*, qui malitiam ſuam fraudulentam per impotentiam hucuſque palliabat, dicta *Eccleſia Pragenſis* quaſi funditus eſt deſtructa, ruinata, *Clerúſque* cum populo Catholico, qui in parva remanſit quantitate, ad extremas miſerias & anguſtias eſt deductus: Et niſi *Sanctitas Veſtra* celeriter duxerit ſuccurrendum, timendum eſt de pejori eventu. Supplicamus igi-

Petitur novus Archiepiſcopus loco Conr.

igitur *Sanctitati Vestræ* humiliter & devotè, quatenus præfato *Conrado Archiepiscopo* ex causis præmissis, dictâ *Ecclesiâ Prag:* privato, & ab ipsa amoto, dignetur de alia persona utili & valente, Principum notitiam & favorem obtinente, rerum experientiâ gnara, quæ valeat ipsi Ecclesiæ desolatæ utiliter præesse & prodesse, ipsámque reformare, & ad statum pristinum cum *Sanctitatis vestræ* subsidio reducere *Clerum oppressum*, & maximè *tribulatum relevare, tueri & defendere*, & malitiæ populi insani viriliter resistere, ipsámque coërcere, quod summè necessarium est, providere, atque ita de novo *Archi-Episcopo* prospicere. Aut *Prælatis & Capitulo ipsius Ecclesiæ Prag: dare & concedere* liberam facultatẽ, ubicunque poterunt convenire, personam utilem, valentem & dignam *pro Archiepiscopo ipsius Ecclesiæ Prag:* juxta ipsorum conscientias, nominandi, eligendi aut postulandi. Et hujusmodi electionem, aut postulationem, propter pericula iminentia, committere *Reverendis in Christo Patribus DD. Olomuc: & VVratislav: Episcopis*, in partibus vicinis, approbandi, ac confirmandi, & alia circa hæc necessaria faciendi, gerendi, & exercendi, vel auctoritatem, inquirendi veritatem de præmissis omnibus, & singulis superiùs enumeratis, & expositis, dare & concedere. *Nam si Prælati & Canonici permissi fuissent habere, sicuti antea, liberam facultatem Archiepiscopum utilem eligendi & recipiendi, nunquam tot mala in Regno Bohemiæ evenissent, quæ ex dicti Conradi intrusi negligentia, & quam patet, ex ipsius conniventia evenerunt.* Placeat *Sanctitati Vestræ* de Benignitate Apostolica, & ex gratia speciali, præmissis providere, quia facultates *Prælatorum & Capituli ipsius Ecclesiæ* non sufficiunt ad faciendum impensas, pro executione præmissorum, ex eo, quòd omnibus bonis sunt privati, ab Ecclesia repulsi, & in Exilio cum *Clero Catholico, in magna tribulatione & persecutione miserabiliter constituti,* prout est *Notorium publicum*, & manifestum. *Sanctitatem Vestram* Altissimus incolumem conservare dignetur, pro regimine Ecclesiæ suæ sanctæ, per tempora longæva! Datum in Oppido *Zittavia*, in limitibus Prag: Diœces: Anno 1421. die 10. Maij, nostro sub sigillo minori.

Notatu res dignissima.

XCI.

Literæ Capituli Ecclesiæ Prag: ad omnes Ecclesias in Archidiœcesi, postquam Conradus Westfalus Archiepiscopus hæreticis accessit.

1421.

UNiversis & *singulis DD. Abbatibus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Canonicis & Prælatis Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum, ac Plebanis, Vice-Plebanis, Altaristis, Ecclesiarúmq;*

Pessi: Rad: 3. in Phos: Eccl: Prag:

&

& Capellarum Rectoribus & præsidentibus quibuscunque Exemtis & non Exemtis, cæterísque Christi fidelibus, per Civitates ac Provinciam Diœcesis Pragensis constitutis, ad quorum notitiam præsentes pervenerint, Joannes Decanus & Capitulum Ecclesiæ Pragensis, salutem in Domino, & præsentibus fidem adhibere indubiam. Justum, condignum, & rationabile existit, ut qui *Ecclesiæ S. Catholicæ, & Apostolicæ* instituta & mandata observare contemnit, & se ab Ecclesia abstrahit, errores ab Ecclesia condemnatos sectando, & alios ad sectandum inducendo, ut severiori vindictâ corrigatur, ab ejusque conversatione tanquam notorij contemptoris institutorum Ecclesiæ Catholicæ & Apostolicæ fugiamus, ut cæteri hujusmodi vindictam percipientes similia committere non audeant, nec præsumant. Sanè noveritis quod postremò accepimus, qualiter *Reverendus in Christo Pater D. Joannes Episcopus Olomucensis* (percepto veridicè, quod *Conradus de Wechta, prætensus Archi-Episcopus Prag:* diabolo instigante, ausu temerario & sacrilego, Clero & Populo Catholico sibi subdito *Ferarum dentibus* exponendo, desolato & relicto, se se *Wiclefistarum & Hussitarum* condemnatæ hæresi inverecundè, Dei timore postposito applicuerit, ipsorúmque errores tenet, dogmatizari publicè mandat) mox de voluntate, ac mandato speciali *Serenissimi Principis, & DD. Sigismundi D E I gratiâ Rom: Regis semper Augusti, Hungariæ & Bohemiæ &c. Regis*, cum *Capitulo & Clero*, ac nonnullis *Canonicis Ecclesiæ Pragensis*, qui pro tunc ibidem in *Olomutz* moram traxerunt, se ab obedientia dicti *Conradi* prætensi *Archiepiscopi* in toto abstraxit, & abstrahi cum effectu curavit. Quod factum considerantes, attendentésque non esse consonum rationi, dicti *Conradi prætensi Archi-Episcopi*, præceptis & mandatis ampliùs obedire, tanquam erronei, & excommunicati, & sententijs excommunicatorum, & alijs pœnis â jure irretiti, ex eo, quòd sectas prædictorum *Wiclefistarum & Hussitarum* condemnatas prosequitur, & quantum in eo est mandat etiam prosequi; præsertim quosdam *quatuor prætensos articulos*, quorum tantùm unum exprimit, videlicet: *ut populo laicali Sacramentum Corporis & Sangvinis D. nostri JESU Christi sub utraque specie contra determinationem Sanctæ Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ ministretur.*

De perfidia Con: Westphali Arch:

error Conr.

Ideo volentes Nos præfato *D. Episcopo Olomuc:* ipsius Capitulo & Clero, ac alijs nostris *Confratribus*, in præmissis conformare, debitis tractatibus cum nonnullis *DD. Prælatis, Jurisperitis & alijs Sapientibus, & intelligentibus*, nec non aliquibus ex *Clero*, quos habere potuimus, deliberatione maturâ præhabitis, populóque Christiano, qui posset præfatum *Conradum prætensum Archi-Episcopum* in sua perversitate ex simplicitate sequendo decipi, ex corde compatientes, prout tenemur, ab ejusdem *Conradi prætensi Archi-Episcopi Pragen:* & ipsius prætensorum officialium, jure svadente, & justitiâ exi-

Discessio ab obedientia Conradi

exigente, *Nos cum Clero & populo Catholico* & Sedi Apostolicæ obediente, Dei Omnipotentis nomine invocato, obedientia duximus abstrahendum, & abstrahimus per præsentes: decernentes de cætero, ipsius *Conradi prætensi Archi-Episcopi Prag: erronei*, & suorum prætensorum officialium, præceptis & Mandatis, tanquam invalidis & sententijs excommunicationum à jure propter ipsorum perversitatem involutis, non esse obediendum; nec ad ipsum, aut suos prætensos Officiales ampliùs, in quibuscunque causis vel negotijs ad dignitatem *Archi-Episcopalem* spectantibus & pertinentibus, in aliquo habere respectum aut recursum, nec aliquos actus judiciales, aut extrajudiciales coram ipsis debere exerceri, nec ipsis ampliùs de aliquibus *Juribus Archiepiscop:* tanquam excommunicatis & erroneis, esse respondendum: sed in omnibus ac singulis ad forum Ecclesiasticum spectantibus, ad *DD. Administratores*, tanquam *sede vacante*, nè populus *Christianus* negligatur, ordinatos & institutos, habere recursum, qui nunc moram in *Zittavia* trahere dignoscuntur, & trahent, tamdiu quousq; ad locum securiorem, & magis aptum, Domino concedente, poterint pervenire. Et nè præmissorum ignorantiam nonnulli possent prætendere, & allegare, omnia & singula præmissa ritè & rationabiliter ordinata, disposita & acta, vobis omnibus præscriptis & singulis Christi fidelibus intimamus, insinuamus, notificamus & publicamus, ac ad vos & vestrûm cujuslibet notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentes, intimantes vobis & cuilibet vestrûm, quòd si aliqui ampliùs mandatis, & præceptis sæpe nominati *Conradi prætensi Archiepiscopi erronei, & suorum prætensorum Officialium* paruerint, aut parêre in aliquo præsumpserint, aut aliqua à suis officialibus prætensis in judicio vel extra judicium postulaverint, quòd per hoc de ipsorum fautoribus poterint evidenter censeri, & ideo juxta *Sacrorum Canonum Constitutiones* suo tempore taliter puniri, ut alijs meritò possint cedere in exemplum. Datum in *Zittavia* die sextâ Maij, Anno 1421.

XCII.

Sigismundus Imperator & Bohem: Rex Bona Ecclesiæ Pragensis abalienavit, sed resipiscens omnes abalienationes factas revocat.

SIgismundus *Dei gratiâ Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariæ,* 1422.
Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex. Notum facimus tenore præsentium universis, quòd licèt aliàs quâdam arduâ necessitate constricti, ad resistendum perversis conatibus, & machinamentis *hæreticorum in Bohemia* validè consurgentium, qui etiam suæ immanitatis rabie, fideles Dei

Alienata à Sigiſmundo Bona Eccleſiaſtica.

Chriſticolas, tam morti tradentes atrociter, quàm in bonis funditus ſpolia-
tes, Eccleſiam DEI demolientes, adeò debacchati ſunt, & adhuc in ſua pe-
tinacia perdurantes nomen Chriſtianorum etiam hodie conantur extingvere
penitùs, non parcentes ſexui vel ætati, *bona Eccleſiaſtica, tam Pragen: Eccl-
ſiæ, quàm etiam aliarum Eccleſiarum Monaſteriorum & Parochialium*, cuj-
cunque etiam conditionis exiſtant, tunc certis perſonis tranſcripſerimus, &
dederimus poſſidenda, ſicut etiam *Bona Sanctæ Pragenſis Eccleſiæ* nos feci-
præterito tempore memoramur. Nos attendentes hujuſmodi tranſcripti-
onem, & alienationem *Bonorum Eccleſiaſticorum* in perſonas ſæculares qu-
cunque occaſione, ſeu conditione factas, tam â Legibus, quàm Canonib-
fore irritas & inanes, nec debere ſubſiſtere, ſeu valere; *non per errorem*, a-
improvidè, ſed animo deliberato, maturo *omnium Electorum Sac: Rom: Im-
perij, & aliorum multorum Principum, Comitum, & Communitatum Imp-
Sacri, & Regni Bohemiæ communicato conſilio*, præfatam tranſcriptionem
& alienationem de *poſſeſſionibus Eccleſiæ Pragenſis* præfatæ, quibuscunq-
perſonis, quâcunque occaſione, conditione, ſeu colore factas, auctorit-
Romanâ & Bohemiæ Regiâ, tenore præſentium, revocavimus, irritavimu-
annullavimus, revocamus, irritamus, annullamus, & nullius dicimus, pro-
nunciamus, & declaramus, debere eſſe roboris vel vigoris; decernentes &
volentes, quòd *Honorabiles* Præpoſitus, *Decanus, totúmque Eccleſiæ Prage-
ſis Capitulum*, & etiam ſingulares perſonæ, etiam *Auctoritate noſtrâ*, & ſ-
propriâ aſſumtis ſibi ad hoc ſi opus fuerit, ſuis fautoribus, & amicis, ſe de e-
dem *Bonis* Prag: *Eccleſiæ*, omnibus & ſingulis, ubicunque etiam fuerin-
conſtituta, debeant & poſſint, intromittere, tenere, uti, frui, abſque imp-
dimentis cujuscunque & quorumcunque etiam noſtras literas habentis, ſe-
aliàs cum violentia poſſidentis, & poſſidentium, ac etiam ſibi pro recuper-
tione eorundem bonorum tutores, defenſores & adjutores eligere, & recip-
re, pro ſuo commodo, quotiens eis, & cuilibet eorum viſum fuerit expedir-
præſentium ſub noſtræ Majeſtatis Sigillo teſtimonio literarum. *Datu-
Noribergæ* Anno Domini 1422. die Dominico proximo ante Feſtum *Sa-
cti Bartholomæi Apoſtoli. Regnorum noſtrorum Anno Hungariæ 36. Rom-
norum 12. Bohemiæ 3.*

Revocat omnes donationes factas ex Bonis Eccleſiaſticis.

Ad mandatum Domini Regis, *Domino Georgio Epiſcopo Patavien-
Cancellario*, referente, *Franciſcus Præpoſitus Strigonienſis*.



XCIII

XCIII.

Martinus V. Papa omnes eos Clericos, qui in Bohemia adversus hæreticos pro Catholica Religione armati eorum edidissent strages, & Oppida Hæreticorum inflammassent, &c. ab omnibus Censuris absolvit.

Ad futuram rei Memoriam.

Dudum (quod dolenter referimus) sentientes *in Regno Bohemiæ* & nonnullis partibus illi contiguis, vel subjectis pravitatem hæreticam adeò excrevisse quòd, nisi provideretur celeriter, orthodoxis de fidei ermination e poterat non immeritò formidari, bonæ memoriæ *Joannem* . S. *Sixti presbyterum* Cardinalem *A. S. L.* tanquam pacis Angelum nonllósque Prælatos & personas idoneas, quorum honesta conversatio exemım tribueret puritatis, & erudita labia doctrinam funderent salutarem, ut rò illorum ministerio partes illæ ab hujusmodi contagijs purgarentur, ad ;num & partes misimus prælibatas; & cùm regni & partium ipsarum hæici legatum, & personas hujusmodi nedum admittere, sed audire penitùs usarent, & quàm plures Ecclesias, Monasteria, & alia loca sacra fidelium, icibus, missalibus, ornatibus, paramentis, & alijs ad divinum cultum neflarijs, nec non jocalibus & alijs rebus omnibus mobilibus & immobilibus bliassent, nec non *figuras, & imagines JESU Christi, Beatæque Virginis riosæ, & aliorum Sanctorum* destruxissent, illásque, ac Ecclesias, monaria & alia loca hujusmodi cum ipsorum Prælatis & personis Ecclesiasticis iusque Sexûs inhumaniter ignis incendio concremassent, & penitùs devtassent, quoscunque etiam fidem Catholicam profitentes necando, & dimartyrijs afficiendo; nos tantam Christi injuriam & Blasphemiam, ac elium stragem sustinere, prout nec debebamus, ulteriùs non valentes, arissimum in Christo filium *nostrum Sigismundum Romanorum Regem illum, ac Venerabiles Fratres Archi-Episcopos & Episcopos, ac dilectos filios bates, aliósque Ecclesiarum, & Monasteriorum Prælatos, Presbyteros, & ricos, ac personas Ecclesiasticas Sæculares, & Regulares cujuscunque sta*, *gradûs, seu conditionis*, aut in quibuscunque Ordinibus constituti fuent, cæterosque Christi fideles universos tam Nobiles, quàm plebejos *Bohemiam & Germaniam*, & aliàs ubilibet constitutos monendos dunus & hortandos, eis nihilominus in remissionem peccaminum injungndo, ut signo vivificæ crucis assumto contra hæreticos ipsos ad *Christi*

Raynald. T. XVIII.

Catholici Bohemi ad sumenda arma adv. hæreticos excitati.

vindicandam injuriam tantámque extirpandam hæresim, in illius nom qui fortium artus superat, & infirmos robore potenter accingit, viriliter potenter, insurgerent.

Maximæ clades hinc inde acceptæ & illatæ.

Cùm itaque propterea nonnulli ex *Archi-Episcopis*, *Episcopis*, *Ab tibus*, *Prælatis*, *Canonicis*, *Presbyteris*, *& Clericis*, *cæterísque Ecclesiasti Sæcularibus & Regularibus personis* & fidelibus hujusmodi tenebris dereli ad observantiam redirent fidei orthodoxæ, charitativè monuerant, fuerán que instantia non modica exhortati, contra illos in eorum perfidia fortiùs valescentes & redire ad unitatem Ecclesiæ non curantes, prælia quàm pl commiserint, in quibus infinita ex ipsis hæreticis etiam *Prælatis*, *Presby ris & Clericis*, etiam in dignitate constitutis, cadavera ceciderunt, nc nulláque Oppida, Villas & loca ipsorum hæreticorum vi, & non sine m gnâ ipsorum fidelium cæde, capta ignis incendio cum habitantibus eis, ac Ecclesijs, monasterijs aliísque locis sacris, & personis Ecclesiast concremârint, funditúsque everterint, nonnulla etiam alia ad ipsorum h reticorum perditionem committendo, & successivè, nullâ super juris Ca *nica Dispensatione* obtentâ, *Divina Officia*, non tamen in contemtum d vium, celebrarunt, & aliàs immiscuerunt se eisdem, timeántque propte *Archi-Episcopi*, *Episcopi*, *Abbates*, *Prælati*, *Presbyteri & Clerici*, *aliiq; t Sæculares*, *quàm Regulares Personæ Ecclesiasticæ*, nec non alij forsitan in M joribus, quàm superius expressis, dignitatibus constituti Excommunicati nis, suspensionis & interdicti sententias & pœnas alias, ac irregularitatis m culam, nec non privationem *Ecclesiarum*, *monasteriorum*, *dignitatum*, *p*

Comendatur à Pontifice eorum pius zelus.

sonatuum, *Canonicatuum*, *& præbendarum*, *& aliorum Beneficiorum suoru & Officiorum Ecclesiasticorum*, *nec non Privilegiorum*, *immunitatum*, *& e emptionum obtentorum privationem*, & obtinendorum inhabilitatem forsit incurrisse; Nos qui conservationem, & augmentum hujusmodi fidei p cæteris exoptamus, & ad quorumcunque in ipsius fidei depressionem qu cunque malignitate insurgentium, in quæ prosternenda conamina veheme tiùs anhelamus, quò illos in animarum stragem cognoscimus aspirare; *Archi-Episcoporum*, *Abbatum*, *Prælatorum*, *Presbyterorum*, *Clericoru tam Sæcularium*, *quàm regularium*, etiam in majoribus, quàm superiùs e pressis, dignitatibus constitutorum, personarum & fidelium hujusmodi i demnitati, & quieti eò cautiùs providere volentes, quò ipsi promtius & vi latores, & eorum partes hujusmodi fidei reprimant & confundant, ac se h stias offerant DEO vivo, motu proprio, non ad alicujus super hoc nobis ol latæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & certo proposi *Archi-Episcopos*, *Episcopos*, *Abbates*, *Prælatos*, *Presbyteros*, *Clericos Sæc lares*, *& regulares quoscumque*, tam de dicto Regno, quàm terris, & dom nijs eidem suppositis, quàm alijs undecunque fuerint, cujuscumque cond

tic

onis ordinis existant, quibuscumque nominibus censeantur, etiam in ma-
ribus, quàm superiùs expressis, dignitatibus constitutos, præmissorum,
l alicujus eorum occasione excommunicationis, suspensionis, aut interdi-
i censuras, sententias, seu pœnas à jure vel ab homine in talia perpetrantes
flictas, aut inhabilitatis, seu infamiæ notam, vel irregularitatis maculam,
u privationem *Ecclesiarum, Monasteriorum, aut Canonicatuum, & Præ-
ndarum, seu Dignitatum, Honorum, Civilitatum & officiorum, ac Feudo-
m tam Ecclesiasticorum, quàm temporalium,* nec non Privilegiorum & im-
unitatum, & exemptionum hujusmodi privationem, seu inhabilitatem,
llatenus incurrisse, illísque minimè privari posse; quódque personæ Ec-
siasticæ hujusmodi in susceptis ordinibus ministrare, alij etiam ex nunc,
l in posterum ad militiam clericalem ascribi cupientes, seu aliàs non pro-
oti ad omnes etiam sacros ordines promoveri, ac missas, & alia divina of-
ia celebrare, & aliter se illis immiscere, & fideles hujusmodi dignitatibus,
vilitatibus, officijs, Feudis, immunitatibus, & libertatibus hujusmodi uti
gaudere liberè valeant, ipsósque *Archi-Episcopos, Episcopos, Abbates, Præ-
tos, & Personas Ecclesiasticas supra dictas, sæculares & regulares* quoscum-
e etiam in Patriarchali dignitate constitutos, aliàs ad ea, quæ obtinent re-
enda, & alia obtinenda, si eis aliàs canonicè conferantur, vel assumantur,
eligantur, vel promoveantur ad illa, etiamsi *Metropolitanæ, & Cathe-
ales, vel Superiores, aut Monasteria, Prioratus* etiam *Conventuales, Cano-
catus & Præbendæ,* aut dignitates personales vel officia, Parochiales Eccle-
e, & beneficia cum cura vel sine cura quæcumque, & qualiacumque fue-
nt, quæ præsentibus haberi volumus pro expresso, & dignitates hujusmodi
Cathedralibus majores pòst Pontificales, seu in Collegiatis Ecclesijs prin-
pales fuerint, & ad eas consveverint per electionem assumi, & fideles hu-
smodi ad dignitates, honores, & officia temporalia, ac feuda exemtiones,
bertates, & immunitates hujusmodi habiles & capaces existere.

Rescissæ omnes contrariæ leges

Et licèt illo feliciter concedente, qui neminem vult perire, pars dicti
egni ad Fidem Orthodoxam, & Catholicam sit reducta, tamen adhuc
nonnullis partibus ijdem hæretici tanquam reptilia venenosa conceptæ
iquitatis virus evomentes, ad captivandas insipientium animas omni astu-
elaborant, & quia morbus iste serpit ut cancer, & dietim ex mora tempo-
convalescens majora potest pericula suscitare, tam *Archi-Episcopis, Epi-
opis, Abbatibus, Prælatis* etiam in majoribus dignitatibus constitutis, paro-
ialium Ecclesiarum Rectoribus, Presbyteris, Clericis Sæcularibus & Re-
ularibus, quibuscumque nominibus censeantur, quæ similiter hîc pro ex-
ressis haberi volumus, personis & fidelibus prælibatis, quàm alijs etiam in
milibus vel majoribus dignitatibus Ecclesiasticis vel mundanis constitutis,
de cætero ad extirpationem hujusmodi hæreticorum, ac defensionem &
con-

In futurum etiã concedit, & declarat non incursuros Cẽsuras, qui adv. hæreticos pugnaverint,

conservationem Catholicæ fidei interesse & armatâ manu pugnare in futurum valeant, concedentes eos censuras, sententias seu notam, aut maculam vel privationem, seu inhabilitatem hujusmodi nullatenus incurrere, &c. Datum apud S. Petrum Id: Februarij, Pontificatus nostri anno V.

XCIV.

Martini V. Papæ sententia Excommunicationis adversus Conradum nuper Archi-Episcopum Pragensem lata.

1426. *Venerabilibus Fratribus, Moguntino, Trevirensi, Coloniensi, Salzburgensi, Magdeburgensi, Bremensi, Rigensi, Strigoniensi, & Gnesnensi Archi-Episcopis, ac Frisingensi, Bambergensi, Ratisponensi, Pataviensi, Olomucensi, Cracoviensi, Poznaniensi, & Luthomislensi, & Nitriensi Episcopis; necnon charissimis in Christo Filijs Romanorum, Hungariæ, & Poloniæ Regibus illustribus, ac dilectis Filijs, nobilibus Viris Bavariæ, Saxoniæ, Austriæ, & Slesiæ Ducibus, ac Brandeburgensi, Misnensi, & Moraviæ Marchionibus; nec non alijs universis Christi Fidelibus Ecclesiasticis & Secularibus cujuscunque dignitatis, Ordinis, Status, præeminentiæ seu conditionis existant, ad quos præsentes litteræ pervenerint, Salutem, &c.*

Raynald. T. XVIII. Dudum ad *Constantiense Concilium* famâ publicâ referente deducto, quòd *Conradus* tunc *Archiepiscopus Pragensis* negligens & remissus fuerat, & erat contra hæreses & *errores Wiclefistarum & Hussitarum* in Civitate & *Diœcesi Pragensi*, ac Regno Bohemiæ vigentes, procedere, quódque Pontificalis sui officij debitum contra eos exequi non curaret, sed potiùs, quòd illis assentiret, & eis faveret, vehementer suspectus haberetur, unde hæreses & errores magis invalescerent antedicti, prædictum Concilium certis judicibus dedit in mandatis, ut vocato personaliter dicto *Conrado* de *præmissis* inquirerent veritatem, & si eum de præmissis culpabilem reperirent, contra eum procederent juxta *Canonicas Sanctiones*; & subsequenter postquam ijdem Judices citationem personalem contra eundem *Conradum* decreverant, ipsaque citatio in partibus legitimè executa & demum coram eisdem *Judicibus* reproducta fuerat, ipséque *Conradus* pro sui & præmissorum excusatione & defensione ad causam hujusmodi *certos Procuratores* destinaverat ad nostram, qui postea divinâ favente clementiâ fuimus ad apicem summi *Apostolatûs* assumpti, causâ hujusmodi, audientiam devolutâ, tandem tractu temporis & clamore valido, ac famâ publicâ invalescentibus, quòd *præfatus Conradus* hæresum & errorum prædictorum, ac hæreticorum illo-

Quomodo Conradus Archie: elu serit primâ citationem

los tenentium & astruentium sectator & defensor pertinax existeret, dictás-
ue hæreses & errores teneret, & dogmatizaret, nonnulla etiam Castra & lo-
a ad *Ecclesiam Pragensem* spectantia in manibus dictorum hæreticorum po-
endo atque tradendo, & cum illis pacificè & quietè conversando & moran-
o, nec illos, prout ad suum spectabat officium, de præmissis reprehenden-
o; sed insuper facta illorum, atque nonnullas *Hæreses & Errores* hujus-
nodi in *Synodo* per eum celebrata per *Subditos suos* teneri, credi, & observa-
jusserat ac mandarat, quódque prædicta adeò notoria essent atque vera,
uòd nullâ possent tergiversatione celari, &c. Addit Pontifex, se his per
nodum explorandæ in ea re veritatis munus injunxisse *Guillelmo tit: S. Mar-*
Presbytero Cardinali, illâque compertâ, si tutò adiri & citari non posset,
dicto publico in Romanæ aulæ foribus affigendo ipsum in jus vocaret: di-
am itaque *Conrado* diem â Cardinale, cúmque judicio non se sisteret, con-
maciæ damnatum objectáque illi crimina conspicuis argumentis fuisse ex-
orata, quæ nè impunè amplius ferrentur, hæc statuit *Martinus V.*

De Pseudo synodo à Conrado celebrata.

Nos igitur, quia ex hujusmodi, necnon dilecti filij nostri *Brandæ tit:*
Clementis etiam Presbyteri Cardinalis, olim in Regno prædicto & *partibus*
lamanniæ pro extirpandis *hæresibus*, *erroribus*, *ac hæreticis* hujusmodi *Sedis*
postolicæ Legati, relationibus nobis constitit atque constat, præfatum *Con-*
dum absque dubietatis scrupulo sectatorem, & pertinacem defensorem hæ-
sum & errorum præfatorum, ac hæreticum publicum & notorium fore,
ndem *Conradum* ad nostram in hujusmodi causâ definitivam sententiam
diendam in audientia prædicta plerisque vicibus citari fecimus ad certos
es peremtorios competentes, in quibus dictum *Conradum* coram nobis
inimè comparentem, contumacem meritò reputavimus, supplendo au-
oritate Apostolicâ omnes defectus, si qui forsan intervenissent in præmis-
s, de eorundem Fratrum consilio & assensu decrevimus super eisdem præ-
issis tanquam super notorijs fore etiam ad definitivam sententiam proce-
endum; necnon per nostram definitivam Sententiam pronuntiavimus &
eclaravimus eundem *Conradum* damnatæ *hæresis & errorum Wiclefistarum*
& Hussitarum, quæ & qui in *Regno Bohemiæ* contra fidem, & Ecclesiam
atholicam notoriè pullularunt, & adhuc, proh dolor! vigent, notorium
ctatorem, pertinacem defensorem, & hæreticum, atque ab *Ecclesia* DEI
æcisum excommunicatum, & anathematizatum, dictâque Pragensi *Ec-*
lesiâ & ejus Archi-Episcopatu, ac omni dignitate, honore, ordine, statu,
eneficio, privilegio, ac libertate ecclesiasticis & mundanis fuisse & esse pri-
atum, bonáque ipsius quæcunque ipsi *Ecclesiæ Pragensi* applicamus, ac et-
m ex abundanti cautela prædictum *Conradum* privamus, & deposuimus ab
sdem: necnon decrevimus ipsum *Conradum* fore solemniter degradan-
um, personámque ipsius exposuimus à *Christi fidelibus* capiendam, atque
omnes

Declaratur hæreticus.

Archi-Episcopali gradu dejicitur Conradus.

omnes & ſingulos eidem Conrado fide, juramento, homagio, promiſſio & cujuſcumque obligationis vinculo dudum aſtrictos, liberos & abſolut fore, nec non eos liberavimus & abſolvimus; mandavimúſque eis fide bus, quòd eundem Conradum pro hæretico, privato, depoſito, excomm nicato, & anathematizato habeant & teneant, quódque omnia jura con eum, quantum in eis erit, obſervent, quæ ſunt contra *hæreticos* conſtituta (paucis interjectis.)

Et ut circa præmiſſa omnia vobis adſit expedita & inviolabilis coër tionis auctoritas Univerſitati veſtræ, per *Apoſtolica Scripta* committimus mandamus, quatenus vos *Archiepiſcopi & Epiſcopi*, aut aliqui veſtrûm, adhoc ſufficiant, præfatum *Conradum* ab omnibus *ſacris Ordinibus*, ſicut ju ordo dictaverit, ſolemniter degradetis, ac vos & ſinguli veſtrûm per vos vel lium, ſeu alios capiatis, aut per ſæculares poteſtates capi faciatis, & ſub firma fida cuſtodia teneatis, aut teneri faciatis, dictámque ſententiam, ubi & qua do expedire videritis, auctoritate noſtrâ ſolemniter publicetis, illámque, n non alia præmiſſa etiam vos *Reges & Duces*, *Marchiones & alij Sæcular* quantum ad vos pertinet, præſertim juxta præſentium continentiam, & ten rem ac mandata per *Archiepiſcopos & Epiſcopos* hujusmodi *vobis Regib Ducibus*, *Marchionibus*, & alijs ſæcularibus vigore præſentium facienda bitæ executioni demandetis, juxta ipſorum continentiam & tenorem, co tradictores, &c. Datum Romæ apud SS. Apoſtolos IV. non: Januar Anno nono.

XCV.

Sigiſmundi Imperatoris Auguſti Decretum e mente ſacri Concilij Baſileenſis, quo compacta ta & concordata Legatorum Synodalium de ca licis uſu Laicis petentibus concedendo iterum comprobavit, confirmavítque. Iglaviæ in Mo ravia, Anno 1434.

Gold: f. 99

BOhemis ac Moravis Eccleſiaſticam unitatem complectentibus ſéque i cæteris omnibus præterquàm in uſu communionis, utriuſque ſpeci univerſalis Eccleſiæ fidei ac ritui confirmantibus, authoritate Domin noſtri JESU Chriſti & Eccleſiæ ſponſæ ſuæ ſub duplici ſpecie *Panis* ſcilicet a *Vini*, his qui conſveviſſent divinæ Euchariſtiæ communicare licebit. A verò ex præcepto DEI id fieri debeat, generale concilium *Baſileæ* congrega tum diffiniet & quod utilitati fidelium ſalutíque congruat, lege in perpetuum vali-

litura constituet. Quo facto decreto si nihilominùs perseveraverint *Boë-*
i & Moravi in ejusmodi communionis desiderio, ídque missâ Legatione
tierint, sacer Conventus *Boëmiæ ac Moraviæ Sacerdotibus* communicandi
b utraque specie personas sibi subjectas, & in annis discretionis constitutas,
quæ id reverenter postulaverint, libertatem impartietur eâ conditione ad-
ctâ, ut inter communicandum plebem publicè instruant non *sub specie pa-*
carnem Christi tantùm, nec *sub specie vini solum Sangvinem*, *sed sub quali-*
specie totum & integrum contineri Christum. Datum Iglaviæ die 5. Men-
Julij, Anno M. CCCC. XXXIV.

Quid doceri debeat populus sumens Eucharistiam sub utraque.

XCVI.

Compactata cum sacro Concilio Basileensi, Anno 1433.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, Amen.

HÆc quæ infrà scripta sunt, per gratiam Sancti Spiritûs concordata
sunt inter *Legatos Sancti Concilij Basiliensis, & Generalem Congrega-*
tionem inclyti Regni Boëmiæ & Marchionatûs Moraviæ in Civitate
igensi.

Ex M. S. Goldast. f. 164.

Primò. Dicta Congregatio nomine dictorum *Regni & Marchio-*
ûs, & pro ipso Regno & Marchionatu, omnibúsq; & singulis eorundem
gni & Marchionatûs, qui sint de parte ipsorum, recipient, & accepta-
nt, & facient bonam & firmam, & perpetuam *pacem*, & Ecclesiasticam
tatem, quam profitebuntur & firmabunt debito modo. Quo facto, di-
Legati, auctoritate dicti *Sacri Concilij*, admittent & recipient dictam pa-
n & unitatem, & pronunciabunt *pacem generalem* universi populi Chri-
ni, cum incolis & habitatoribus dictorum *Regni & Marchionatûs*. Tol-
t omnes sententias Censuræ, & plenariam abolitionem facient, & man-
bunt universis & singulis Christi fidelibus, quòd nemo deinceps dictum
gnum & Marchionatum, propter præterita infamare præsumat, nec ipsa
eorum incolas invadere aut offendere, sed cum eis Christianam pacem
servent, ipsósque tanquàm fratres eorum, *Sanctæ* videlicet *Matris Eccle-*
filiós reverentes & obedientes habeant, & firmâ dilectione contractent.

Omnium præteritorũ oblivio.

Circa materiam *primi articuli*, quem Ambasiatores dictorum *Regni &*
rchionatûs obtulerunt *Sacro Concilio* sub hac forma: Quòd communio
Eucharistiæ utilis & salubris, sub *utrâque specie*, scilicet panis & vini, uni-
sis *Christi fidelibus in Regno Bohemiæ, & Marchionatu Moraviæ*, & lo-
eis in hac parte adhærentium constitutis, per Sacerdotes libere ministre-
, est hoc modo concordatum: Quòd dictis *Bohemis & Moravis*, susci-

Cõmunio sub utraq; quatenus licita.

Nota, in cæteris omnibus ſe conformare debebant Eccleſiæ, qui ſub utraq; ſumebant Euchariſtiã

pientibus Eccleſiaſticam unitatem & pacem, realiter, *& cum effectu*, *&*
omnibus alijs, quam in uſu communionis utriusque ſpeciei, fidei & ritu un
verſalis Eccleſiæ conformibus illi & illæ, qui talem uſum habent, communic
bunt ſub duplici ſpecie cum autoritate Domini noſtri JESU Chriſti, & Eccl
ſiæ Sponſæ ejus. Et articulus ille in Sacro Concilio diſcutietur quoad m
teriam de præcepto ad plenum; & videbitur quid circa illum articulum p
veritate Catholica ſit tenendum, & agendum pro utilitate, & ſalute pop
Chriſtiani. Et omnibus maturè & digeſtè pertractatis, nihilominus ſi
deſiderio habendi dictam communionem ſub duplici ſpecie perſeveraverin
hoc eorum *Ambaſiatoribus indicantibus*, *Sacrum Concilium Sacerdotibus*
ctorum Regni & Marchionatûs, communicandi ſub utraque ſpecie pop
lum, eas videlicet perſonas quæ in annis diſcretionis conſtitutæ reverenter
devotè poſtulaverint, facultatem in Domino pro earum utilitate & ſalute l
gietur. Hoc ſemper obſervato, quòd *Sacerdotibus* ſic *communicantib*

Populi admonitio à Sacerdotibꝰ

ſemper dicant: *quòd ipſi debeant firmiter credere, quòd non ſub ſpecie panis c*
ro tantùm, nec ſub ſpecie vini ſangvis tantùm, ſed ſub qualibet ſpecie eſt integ
& totus Chriſtus. Ac Legati ſacri Concilij per ſuas Literas, autoritate *Sa*
Concilij mandabunt univerſis & ſingulis, cujuſcunque ſtatûs, aut condition
exiſtant, ut *dictis Bohemis & Moravis*, utentibus dictâ communione ſub d
plici ſpecie, nemo audeat improperare, aut eorum famæ aut honori detrah
re. Et hoc idem faciet *Sacrum Concilium*, quando conceſſionem liberta
onis faciet memoratam. *Circà materiam trium articulorum ſequentiu*
per *præfatos Legatos Sacri Concilij* dictum eſt in forma ſequenti. Quonia
circa Doctrinam Catholicæ veritatis, ſic ſobriè & cautè incedendum eſt, m
ximè à *Sacro Concilio generali*, ut veritas declaretur verbis ſic ordinatè conc
ptis, ut nulli ſit in futurum offendiculum, ubi poſſit impingere & habere o

Reſponſio Concilij ad cæteros Articulos Bohemorum.

caſionem erroris. Et ut verbis utamur Beati Iſidori, *nè aliquid per obſcur*
tatem captionem contineat. Circa materiam *de cohibitione*, *& correpti*
ne peccatorum, in quo poſuiſtis articulum ſuper his verbis: *Omnia pecca*
mortalia, & præſertim publica, per eos, quorum intereſt, rationabiliter & ſ
cundùm Leges DEI cohibeantur, corrigantur & eliminentur. Ecce verbun
per eos quorum intereſt, nimis eſt generale, & poſſet eſſe offendiculum. E
juxta ſcripturæ ſententiam: *Non debemus ponere offendiculum ante cæcum*
& claudendæ ſunt foſſæ, nè bos vicini ibi lædatur: omnis talis occaſio toller
da eſt. Dicimus ergo: quòd ſecundùm ſacræ Scripturæ ſententiam, San

Quomodo peccata publica ſint corrigenda

ctorúmque documenta Doctorum, ſic catholicè eſt tenendum: Quò
omnia peccata mortalia, præſertim publica, quantùm rationabiliter fieri po
teſt, ſecundùm Legem DEI & Sanctorum Patrum inſtituta ſunt cohibenda
corripienda & eliminanda. Poteſtas autem puniendi criminoſos, *non a*
privatas perſonas, ſed ad eos tantùmmodo pertinet, qui *juriſdictionem* ha

beni

...nt in eos fori, distinctione juris & justitiæ ordine observatis. *Circa materiam de prædicatione verbi DEI*, in qua posuistis articulum hoc tenore: *Quòd ...rbum DEI à Sacerdotibus Domini & Levitis idoneis, liberè ac fideliter præ...cetur, nè ex verbo liberè, sumeretur occasio vagæ & dispendiosæ libertatis*, quã ...c vos (ut sæpe dixistis) intenditis, circumstantionandum est, dicimúsque ...òd secundum *Scripturæ sacræ sententiam*, Sanctorúmque documenta Do...rum sic Catholicè est tenendum: Quòd *Verbum DEI à Sacerdotibus ...omini & Levitis ad hoc idoneis & per superiores* (ad quos pertinet) *appro...tis & missis*, liberè non tamen passim, sed ordinatè & fideliter prædicetur, ...vâ authoritate Pontificis, qui est Præordinator in cunctis, juxta *Sanctorum ...trum* instituta. Circa materiam ultimi articuli sub ijs verbis expressi: *...on licet Clero, tempore legis gratiæ, super bonis temporibus sæculariter domi...ri.* Meminimus, quòd dum in *Sacro Concilio* super hoc disputatio age...ur publica & solennis; Ille qui ad disputandum per *Sacrum Concilium* ...itit deputatus, duas conclusiones posuit, sub his verbis: *Prima* quòd *Cle...i & Religiosi, seu qui voto se ad hoc non obligarunt, licitè possunt habere, & ...sidere bona temporalia, mobilia & immobilia, domos, prædia, villas, oppida, ...ra, civitates, & in eis habere privatum & civile Dominium.* Ille siqui...m ex vestris Ambasiatoribus, qui disputabat, concessit easdem, dicens: *...s sensui sui articuli bene intellecto non contradicere, cùm ipse articulum suum ...ellexerit de Dominio Civili formaliter intellecto.* Ex quo & alijs, satis pos...intelligi, quòd verba *sæculariter dominari*, in præinserto articulo posita, ...aliquem specialem dominandi modum, vel usum videantur referri. Sed ...oniam doctrina Ecclesiæ non est verbis ambiguis pertractanda, sed plenè, ...opterea illud, quod secundùm legem DEI & Sanctorum documenta Do...rum Catholicè tenendum est, duximus exprimendum; videlicet, *præ...ssas duas conclusiones esse veras, quódque Ecclesiastici Viri bona Ecclesiæ (quo...m sunt administratores) debent fideliter administrare, juxta Sanctorum Pa...tum salubria instituta*, ipsáque bona Ecclesiæ ab alijs injustè non debent ...tineri, vel occupari, dicta verò congregatio declarationem dictorum ...tum articulorum, quæ veritati Sacræ Scripturæ innititur, suscipit & accipit. ...erùm quia circa ipsorum trium articulorum materias, nonnullis videtur, ...usus plures & deordinationes aliquas currere, est intentionis ipsius Con...gregationis, quòd super reformatione dictorum abusuum & deordinatio...um intendit in *Sacro Concilio* per suos *Ambasiatores* instantiam & sollicitu...nem adhibere. Et quòd si quæ etiam singulares personæ, tales Reforma...tiones vellent in *Sacro Concilio* promovere modo debito & honesto, quòd ...oc eis liceat, & sit concessa facultas. Præfatis verò *Legatis Sacri Concilij* ...placuit, *quoniam Sacrum Concilium ad morum reformationem intendit, ...vult (præstante Domino) studium & sollicitudinem adhibere, ipsiq; Legati,*

De prædicatione Verbi DEI.

An liceat Clero bona possidere.

Responsio.

Cura Concilij pro pace Ecclesiæ.

cùm omnem bonam reformationem in Ecclesia DEI fieri, toto desiderio cupian ad omnia quæ bonam reformationem Ecclesiæ concernunt, adjutores & cooper tores esse volunt & pollicentur. Tandem, postquam per DEI gratiam, p causis fidei cessabit omne bellum, & erit pax bona, pro cujus conservatio debet adhiberi omnis diligentia, videtur valde expediens, quòd etiam p causis alijs, non concernentibus fidem, si quas habent cum circumstant vicinis cessent omnes partes ab omni via facti, & de ipsis controversis per etas placiti, vel aliàs in sacro Concilio vel extra, concordia, amicabili co positione vel judicio terminetur. Pro firmitate & observantia pacis, *dictos Legatos Sacri Concilij*, dabitur omninò firma & procurabitur *Bu Concilij*, & mandata ipsius *Sacri Concilij* ad *omnes Principes* & communita circumstantes, & alia quæ necessaria fuerint & opportuna. Pro parte v *dictorum Regni & Marchionatûs*, dabuntur literæ cum sigillis firmis, & m numentis opportunis. Procurabitur pax, & servari mandabitur, & om alia fient, quæ pro observatione dictæ pacis & unitatis necessaria fuerin opportuna. Concordata & fundata fuerunt præmissa & subscripta, plures *Magistros & Sacerdotes*, *à Generali congregatione Regni Bohemiæ Marchionatûs Moraviæ deputatos*, ipsius congregationis nomine & man to speciali inter suprà nominatos *Dominos Legatos Sacri Concilij* parte ex u & dictam *Generalem Congregationem* parte ex altera, & per manuum stipu tionem parte ex utrâque cum verbali promissione super præmissis facta. *Civitate Pragensi*, in Collegio, quod dicitur *Collegium Caroli*, Anno Do ni M. CCCC. XXXIII. Indictione XII. Mensis verò Novembris, die u mâ; Pontificatûs Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Dom *Eugenij Divinâ providentiâ Papæ IV.* Anno tertio, præsentibus ad hæc p vidis & honestis viris, &c.

De Concordatis Concilij.

XCVII.

De Conciliatione Bohemorum in Materia articu lorum fidei in Comitijs Imperialibus Ratisbon concludenda, Anno 1434.

Reverendissimi Reverendíque in Christo Patres, & Domini, ac Venerabiles egregij syncerè, gratéque dilecti.

Gold. f. 97

CONfirmat continuò DEUS noster magnam misericordiam suam per nos in felici prosecutione *rerum Bohemiæ*, quæ, *Christo* dispone te, qui cuncta gubernat, in dies considerabiliùs diriguntur. Scribu enim nobis illi *Oratores nostri*, quos in proxima *Dieta Pragensi* habuim qu-

omodo omnes *Bohemi* in unam sententiam, unámque voluntatem tracti t in materia articulorum fidei. Et quòd super reliquis ad vos versus *Ratbonam* missuri sunt *in festo Assumptionis Virginis gloriosæ.* Quarum Litarum copias de Bohemico in Latinum translatas V. P. mittimus præsentis inclusas.

Verùm *Reverendissimi Patres*, quia ipsi *Bohemi* multùm affectare vintur in hujusmodi *Dieta Ratisbonensi* præsentiam *Venerabilis Constantien- Episcopi*, etiam Auditoris & Magistri *Martini*, & aliorum, qui tractatibus orum priùs affuerunt, nos opinioni eorum, & desiderijs concurrentes, il- l nedum utile, verùm etiam pro bona conclusione, & salubri consummane omnium necessariorum arbitrantes, vos attentissimè adhortamur, quanùs Paternitates Vestræ velint dare operam, ut præfati *Patres & Magistri* hujusmodi Dieta omninò intersint. Et si ad eam aliqui alij super addenfuerint, & illud extollimus atque laudamus, ut desiderijs ipsorum *Boherum* satisfiat, & ipsi Patres nobis, & nos ipsis in mutuis peragendis possius assistere atque consulere. Hæc itaque *Reverendissimi Patres*, vobis o consolatione statuimus scribere, ut nil vos lateat de his, quæ ad notitiam ostram in tam arduis rebus deveniunt. Et quicquid in processu temporis buerimus, V. P. significabimus, exorantes *Altissimum*, ut succedant talia, æ V. P. cum immensa jucunditate significare possimus. Datum *Ulmæ* onstantiensis Diœcesis, die 13. Julij, Regnorum nostrorum, &c.

Philibertus Ep: Constā: gratus Bohemis & Martinus Bernerij Decanus Turonen:

XCVIII.

esponsa Legatorum Concilij, ad dubia Bohemorum, Anno 1435.

In nomine Domini, Amen.

HÆc sunt responsa, data per Reverendum in Christo Patrem, *Dominum Philibertum Episcopum Constantiensem Provinciæ Rothomagensis, ac Venerabiles Archidiaconum Barchinonensem, Henricum Tocke Theologia Magistrum, Canonicum Magdeburgensem, & Martinum Bererij, Baccalaureum in Sacra Pagina, Decanum Turonensem, Legatis Sacri oncilij generalis*, ad quæsita puncta seu dubia, per nonnullos Venerabiles agistros, & Sacerdotes *Regni Boëmiæ* eis mota. *Primò* dixerunt, quòd on est intentionis Sacri Concilij permittere *Communionem sub duplici specie*, ermissione tolerantiæ, vel sicut Judæis permissus fuit *Libellus repudij*. Quia ùm *Sacrum Concilium* viscera maternæ charitatis exhibere, dictis *Bohemis & Moravis* intendat, non est intentionis *Concilij* permittere tali permissione, quæ peccatum non excludit, sed taliter elargiri, quòd auctoritate Domini nostri

Gold: f. 169

De cōmuniōne sub utraque Bohemis permissa.

nostri *Jesu Christi*, *& Ecclesiæ* veræ sponsæ ejus sit licita, & dignè sumenti-
bus utilis & salubris. Item cùm circa materiam de punitione peccatoru
De pœnit peccantium fuisset per prædictos *Magistros & Sacerdotes* dictum, quòd ex Scripturis sa-
cris habetur, quòd interdum DEUS excitat corda privatarum personarum, a
correctionem & punitionem peccatorum. Et sic videtur licere inferioribu
corrigere suos superiores, & punire. Responderunt, ostendentes textu
B. Augustini in Decretis XXIII. q. fin: *Qui percutit malos in eo quòd ma*
sunt, & habet causam interfectionis, minister DEI est. Qui verò sine aliqu
publica administratione maleficum furem, sacrilegum, adulterum, perjuru,
vel quemlibet criminosum, interfecerit, aut trucidaverit, vel membris debi-
taverit, velut homicida judicabitur. Et tanto acrius, quantum non sibi
DEO concessam potestatem abusivè usurpare non timuit. Et certè mol-
stiùs susciperet ista Civitas, si aliquis privatus attentaret punire unum crim-
nosum, & erigeret furcam in platea, & ibi eum suspenderet, quàm si unu
Exceptiones contra leges quædam licitæ & quædã illicitæ. homo interficeret alium hominem in rixa, vel per insidias. Et alios text
B. Ambrosij & Hieronymi eidem concordes etiam allegarunt. Dixeru
denuo, quod nemo dubitat, quòd Lex DEI Sancta & debitè posita est, & i
ea legitur simpliciter: *Non furtum facies.* Et tamen mandato DEI Filij I-
raël apportaverunt bona Ægyptiorum, quæ receperant commodata. Ite
in eadem lege scribitur simpliciter: *Non occides.* Ex quo *B. Augustinus*
de Civitate DEI probat, quòd nemini licet occidere se ipsum. Et tame
facit instantiam de *Samsone.* Respondet, & dicit hæc verba: *Cùm autem*
DEUS jubet, séque jubere sine ullis ambagibus intimat, quis obedientiam in cri-
men vocet? quis obsequium pietatis accuset? sic in proposito, verba *B. Augu-*
stini habeatis pro responso. Sed videat quisque, si DEUS jubet, & se jubere
sinè ambagibus intimat, & *probet Spiritus, si ex DEO sint.* Sed de talibus
non est lex danda, nec est multum agitandum. Nam per hoc facilè insur-
geret occasio faciendi seditiones, & inferiores insurgendi contra superiores
& quando aliquis furatus esset, vel aliquem interfecisset, quòd Spiritu DEI
motus est; Sed certè nisi de hoc bene constaret, puniretur. Dixerunt
denuò, quòd aliqui sint casus, in quibus *Laici habent potestatem in Clericos,*
fuit responsum: Quòd certi sunt in jure casus, in quibus Laici habent pote-
statem super Clericos & aliquando super *Cardinales.* Nam si mortuo *Pa-*
pâ, Cardinales non vellent intrare conclave, *ad Electionem Papæ* faciendam,
Rex, Princeps, vel alius Dominus seu potestas sæculatis, potest eos compel-
lere. Sed in illis casibus jam ille non est privata persona, sed autoritate juris
utitur jurisdictione. Similiter est intelligendum de alijs casibus in jure posi-
tis. Dixerunt ulteriùs: *Quòd nullum jus fori habet justitiam, nisi jus*
poli illud approbaverit. Fuit responsum, quòd nullum jus fori habeat justiti-
am, si sit contrà *Legem DEI.* Et quòd Lex DEI est regula omnium legum;

Sed

d *exigitur magna peritia in applicando regulam ad regulatum.* Nam interim alicui videtur, quòd sit tortuositas in regulato, & non est, sed est defeus in applicando, quia non applicatur debito modo regula ad regulatum.

Circa articulum *de prædicatione Verbi DEI* fuit motum, quòd interim aliquis *Prælatus* ex sua invidia, vel malitia, sine causa rationabili, bonum, & idoneum *Prædicatorem*, bene & catholicè prædicantem, inhibet ædicare. Et fuit responsum: quòd satis intellexerunt, quòd *abusio Prætorum* inordinatè agentium, magnam occasionem præstitit his turbationis; Et quòd in eorum partibus nunquam audiverint tales querelas; sed *ælati favent bonis Prædicatoribus* & eos ad prædicandum excitant precibus, voribus, & honoribus. In talibus autem casibus jam sunt à jure prodita media, quando aliquis prohibetur uti jure suo, habet remedium appellandi. si bene confidit, quòd *appellatio* sit justa, utatur jure suo, omni violentiâ achij utriusque, spiritualis videlicet & sæcularis semotâ. Nam exitus cau declarabit, si ipse habebat justam causam appellandi. Tunc declarabitur, periorem malè prohibuisse, & appellationem justè fecisse. Et superior intè prohibens debet corripi. Si autem justè fuit prohibitus, & ipse suâ teeritate superioris justum mandatum sprevit, dignum est, quòd ipse dignâ imadversione puniatur. Circa *quartum articulum* fuit motum, *An liceat Prælatis Ecclesiasticis actus sæcularis Dominij in propria persona exercere?* sit sunt, vendere, impignorare, infeudare, modis & formis à jure ordinatis. liqui sunt, quos non licet in propria persona exercere, sed debet habere Oe*nomum*, *Vice-Dominum*, *vel Procuratorem*, qui hos exerceat. De quiis actibus in jure cavetur in *Rubrica*: nè Clerici vel Monachi sæcularibus gotijs se immisceant, & alijs juribus. Fuit motum: An illa potestas coaiva, quæ debet exerceri per Oeconomum &c. sit apud *Prælatum Ecclesiæ?* *ominus Joannes de Polomar* respondit, quòd hæc quæstio præsupponit alim, de qua sunt diversæ opiniones inter Doctores, apud quem sit Dominim rerum Ecclesiæ. Et ulteriùs: an Actiones sint in persona Tutoris, vel ocuratoris, vel, licet non sint in eorum persona, tamen per constitutionem toris, vel procuratoris exercitium ipsarum demandaret ipsi actori vel proratori, & alias intricationes de quibus non est opus ad præsens agere, sed m multum instaretur, ut diceret opinionem suam, dixit, quòd si otium iberet, & liberet solatiari in disputando, daret optionem arguenti Sed agis est opinio sua, quòd *Dominium rerum Ecclesiæ est apud Christum.* Et ælati & alij Ecclesiastici sunt Canonici administratores, ad instar tutorum. d ampliorem habent potestatem, seu administrationem quàm tutores; & nstituendo *Oeconomum*, seu *Vice-Dominum*, *&c.* Eorum constitutione bitâ factâ, *Oeconomus* seu *Vice-Dominus* habet illam potestatem coactiam, seu exercitium jurisdictionis. Item, circa *quartum articulum*, pro declara-

De Prædicatione verbi DEI.

An Ecclesiastici sint Domini rerum temporal.

claratione primæ conclusionis, est concordatum, quòd verba: *justè acquisi[ta]* in ipsa posita, etiam determinant contenta in eadem. Item, circa secu[n]dam conclusionem, cùm *Sacri Canones & Doctores* sancti sic loquuntur *Bona Ecclesiæ, res Ecclesiæ, Facultates Ecclesiæ*, & inter Doctores variæ sin[t] opiniones, apud quem sit ipsarum rerum Dominium, proùt notat *Glossa &* *Doctores* in cap: *Expedit* 22. q. 1. Ad nullam illarum opinionem intendu[n]t aliquem coarctare, sed nec aliquam illarum opinionum excludere, sed sit un[i]cuique facultas, illam, quæ sibi melior videbitur, probabiliter sustinere. D[i]xerunt præterea dicti *Bohemi* quòd ipsi tenent: *Quòd Clerici, aut Viri Eccl[e]siastici, rerum temporalium Ecclesiæ sunt Administratores, & non Domin[i]* ad modum loquendi Scripturæ Sanctorum Doctorum & Canonum. Ite[m] *Bohemi* dicunt, quòd in omnibus emergentijs stare volunt dictamini judici[i] ex unanimi consensu in *Egra* compactati.

XCIX.

Copia Mandati pro Obedientia sub Sigillo Regni Anno 1435.

In DEI nomine, Amen.

Legati à Regno Bohemiæ cũ authoritate missi.

NOS *Alšo de Rizemberg*, aliàs in *WrZestiovv*, *Gubernator Regni Bohemiæ*, Barones, Nobiles, Milites, Clientes, Praga Civitas, a[c] cæteræ Civitates, ac Sacerdotes *Generalem Congregationem Regn[i]* *Bohemiæ & Marchionatûs Moraviæ* facientes & repræsentantes, vigore præsentium facimus, & dirigimus Nuntios, & Ambasiatores nostros speciales: Vos *Reverendum Magistrum Wenceslaum de Drachovv, Curiæ Archi-Episcopalis Officialem*, honorabiles, & discretos Viros *Paulum de Slavicovicz*, artium liberalium Baccalaureum, Plebanum S. Ægidij, & *Correctorem Cleri* ejusdem Curiæ Archiepiscopalis Pragensis, *Wenceslaum de LutZnitz*, Plebanum Ecclesiæ S. Nicolai antiquæ Civitatis Pragensis, & *Bohunkonem de Choczna*, Rectorē Ecclesiæ Lithomeric: ac Decanum ejusdem, Sacerdotes in Christo JESU dilectos ad præsentandum vos coram Reverendo in Christo Patre, Domino *Philiberto Episcopo Constantiensi*, & Collegis ejus Legatis sacri generalis Concilij Basileensis, pro complemento, & *executione Compactatorum*, per vos omnes, vel majorem partem, præstandum reverentiam debitam, *& obedientiam Canonicam, Sanctæ Matri Ecclesiæ, sacro Generali Concilio, Romano Pontifici, &* Prælatis *nostris Canonicè intrantibus*, prout avisatum extitit in *Brunna*; Pro omnibus spiritualibus & sæcularibus personis *Bohemiæ Regni, & Marchionatûs Moraviæ*; Ratum & gratum habituri bonâ fide, quiçquid per nos actum fuerit in præmissis; in quorum om-

nium

rum, & singulorum fidem, ac testimonium, has nostras litteras *Sigillo Regi Bohemiæ* fecimus communiri. Datum Pragæ in Collegio Caroli, ipso die *B. Mathæi Apostoli, & Evangelistæ*. Anno Domini 1435.

C.

Executoria Dominorum Legatorum super Compactatis data Bohemis, & expedita in forma quæ sequitur, An: 1437.

In nomine Domini nostri JESU Christi, qui est amator pacis & veritatis, & pro unitate Christiani populi preces porrexit ad Patrem.

NOs *Philibertus*, *DEI & Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopus Constantiensis Provinciæ Rothomagensis*: *Joannes de Polomar*, *Archidiaconus Barchinonensis, Apostolici Palatij causarum Auditor, Decretorum Doctor*: *Martinus Bernerij, Decanus Turonensis*: *Tilmannus Præpositus Sancti* [Fl]*orini de Confluentia, Decretorum Doctor*: *Ægidius Carlerij Decanus Cameracensis*, & *Thomas Haselbach, Sacræ Theologiæ Professor Viennensis*: Sacri *Generalis Concilij Basiliensis ad Regnum Bohemiæ & Marchionatum Moraviæ*, Legati destinati, authoritate sacri Concilij recipimus & acceptamus unitatem & pacem, per dictos *Regnum Bohemiæ & Marchionatum Moraviæ* accceptas, factas & firmatas, secundùm quod utrique parti constat, per literas inde confectas, cum universo populo Christiano, mandantes autoritate prædictâ, universis Christiani Orbis Principibus, & alijs Christi fidelibus universis, cujuscunque status, gradûs, & præeminentiæ, aut dignitatis existant; quatenus dictis *Regno & Marchionatui*, bonam, firmam, & Christianam pacem observent. Neque pro causis dissensionum, pro difficultatibus aliquibus circa materias fidei, & quatuor articulorum dudum excitatas & agitatas (cùm jam sint per dicta capitula complanatæ) aut pro eo, quò communicârunt, communicant, communicabunt sub utrâque specie, juxta formam dictorum Capitulorum, eos invadere, offendere, infamare, aut injuriari præsumant. Sed ipsos *Bohemos & Moravos*, *tanquam fratres* suos, & *Catholicos* Ecclesiæ orthodoxæ filios, reverentes & obedientes eidem habeant, & firmâ dilectione contractent. Hoc declarato expressè: quòd si aliquis contrafaceret, non intelligatur pax ipsa violata, sed debeat fieri de illo emenda condigna. Cúmque (prout in dictis capitulis continetur) circa materiam *communionis sub utraque specie*, sit hoc modo concordatum: quòd dictis *Bohemis & Moravis*, suscipientibus Ecclesiasticam unitatem & pacem, realiter, & cum effectu, & in omnibus alijs, quàm in usu communionis utriusq;

Gold: f. 173

Legati Concilij Basileensis ad Regnū Bohe:

Sub utraq; Cōmunio in Boh: & Moravia olim permissa.

De Cōmu: sub utraq;.

usque speciei, fidei & ritui universalis Ecclesiæ conformibus, illi & illæ, qi talem usum habent, *communicabunt sub utraque specie*, cum autoritate D. mini nostri JESU Christi, & Ecclesiæ veræ Sponsæ ejus. Et articulus ille *Sacro Concilio* discutietur ad plenum, quoad materiam de præcepto. Et v debitur, quid circa illum articulum pro veritate Catholica sit tenendum, agendum, pro utilitate & salute populi Christiani. Et omnibus maturè digestè pertractatis, nihilominus si in desiderio habendi dictam communi nem sub duplici specie perseveraverint, hoc eorum *Ambasiatoribus* indica tibus, *Sacrum Concilium* Sacerdotibus dictorum Regni & Marchionatû communicandi *sub utraque specie* populum, eas videlicet personas, quæ annis discretionis reverenter & devotè postulaverint, facultatem pro eoru utilitate & salute, in Domino largietur; hoc semper observato, quòd Sace dotes sic communicantibus semper dicant, quòd ipsi debent firmiter cred re, quòd non *sub specie panis Caro tantùm*, nec *sub specie vini Sangvis tantùn*, sed *sub qualibet specie est integer & totus* Christus. Et juxta dictorum *Compactatorum* formam dictis *Bohemis & Moravis* suscipientibus Ecclesiastica unitatem, & pacem realiter & cum effectu, & in omnibus alijs, quàm in u communionis utriusque speciei, fidei & ritui universalis Ecclesiæ conform bus, illi & illæ, qui talem usum habent, valeant communicare sub duplici sp cie, cum authoritate *Domini nostri JESU Christi*, & Ecclesiæ veræ sponf ejus. Hoc expressè declarato, quòd per Verbum fidei, suprà & infrà pos tum, intelligunt & intelligi volunt veritatem primam, omnes alias creden das veritates, secundùm quod manifestantur in scripturis sacris, & doctrin Ecclesiæ sanè intellectis. Item, cum dicitur de ritibus universalis Ecclesiæ intelligunt & intelligi volunt, non *de ritibus specialibus*, de quibus in diversi Provincijs diversa servantur; sed de ritibus, qui communiter & generali ter circa divina servantur. Et quòd, postquàm in nomine *Regni & Marchionatûs* in Universitate hoc suscipietur, si aliqui in divinis celebrandis non statim suscipiant ritus, qui generaliter observantur, propterea non fiat impe dimentum pacis nec unitatis.

Petentibus communicare sub utraq; nō est negandum.

Idcircò Reverendis in Christo Patribus, *Archi-Episcopo Pragensi, & Olomucensi & Luthomislensi Episcopis*, qui sunt, vel pro tempore erunt, universis & singulis Ecclesiarum Prælatis, curam habentibus animarum, in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, quatenus illis personis, quæ usum habent communicandi, sub duplici specie, juxta formam in dicto capitulo contentam, *Sacrum Eucharistiæ Sacramentum sub duplici specie*, requisiti, prout ad unumquemque pertinet aut pertinebit in futurum, ministrent & pro necessitate plebis, ut non negligatur, faciant ministrari, & his nullatenus resistere aut contraire præsumant. *Stellares* quoque qui communicaverunt, & deinceps juxta dictorum capitulorum, formam commu-

nica-

care volent, & etiam cùm promoti fuerint, & ad eos ex officio pertinebit ijs miniſtrare *ſub duplici ſpecie*, propterea à promotione ad ſacros Ordines on prohibeant, ſed ſi aliud Canonicum non obſiſtat, eos ritè promoveant rum Epiſcopi. Quòd ſi quisquam contra hoc facere præſumpſerit, per us ſuperiorem debitè puniatur, ut pœnâ docente cognoſcat, quàm grave , autoritatem *Sacri Concilij generalis* habere contemtam. Univerſis quoue & ſingulis cujuscunque ſtatûs, præeminentiæ, aut conditionis exiſtant, æſentium tenore diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus *dictis Bohe-is & Moravis, ſervantibus Eccleſiaſticam unitatem*, & utentibus *Commu-one ſub duplici ſpecie*, modo & formâ prædictis, nemo audeat improperare, t eorum famæ vel honori detrahere. Item, quòd *Ambaſiatores dicti Re-gi & Marchionatûs, ad Sacrum Concilium* DEO propitio, fæliciter diri-ndi, & omnes, qui de eodem Regno & Marchionatu, dictum *Sacrum Con-ium* adire voluerint, ſecurè poterunt, ordinato & honeſto modo propo-re, quicquid difficultatis occurrat, circa materias fidei, *Sacramentorum*, l *rituum Eccleſiæ*, vel etiam pro reformatione Eccleſiæ in capite & in mem-is. Et Spiritu Sancto dirigente fiet, ſecundùm quòd juſtè & rationabiliter, DEI gloriam, & Eccleſiaſtici ſtatûs debitam honeſtatem fuerit facien-m. Item, recognoſcimus in geſtis apud *Pragam* in ſcedula, quæ incipit: *æc ſunt reſponſa acta per Reverendum in Chriſto Patrem, Dominum Phili-tum &c.* Hanc reſponſionem ſcriptam: *Primò* dixerunt: *quòd non intentionis Sacri Concilij, permittere* Communionem *ſub duplici ſpecie per-ſſione tolerantiæ, vel ſicut Judæis permiſſus fuit Libellus repudij.* Quia m *Sacrum Concilium* viſcera maternæ pietatis exhibere *dictis Bohemis & oravis* intendat, non eſt intentionis Concilij, permittere tali permiſſione, æ peccatum non excludat. Sed taliter elargitur, quod *autoritate Domini tri JESU Chriſti, & Eccleſiæ veræ Sponſæ ſuæ* ſit licita, & dignè ſumenti-s utilis & ſalutaris. Quoniam ità concordati ſumus *cum Gubernatore*, ronibus & alijs, quòd per illas formas in hac & in alia litera conceptas & iptas, dicta *Compactata* ad executionem deducantur, & in illis formis am-partes reſedimus. *Item*, in literis ab utrâque parte ad invicem apponan-in teſtimonium ad partium petitionem ſigilla *Sereniſſimi Domini Impera-ris, & Illuſtriſſimi Domini Ducis Auſtriæ Alberti: Ambaſiatoribus Regni hemiæ ad Sacrum Concilium* deſtinandis, dabimus *ſalvum conductum* eo odo, quo dedimus *Dominis Matthiæ, Procopio, & Martino.* Dabimus *llam Sacri Concilij* in qua inſerentur *Compactata* & confirmabuntur. Item am *Bullam* in qua inſeretur *Litera pro executione Compactatorum*, per nos cta cum ratificatione. Quando datæ fuerint nobis *Literæ Regni*, & facta erit obedientia; nos dabimus Literam, per quam promittemus, quòd àm citò commodè poterimus, procurabimus habere à Sacro Concilio, di-

De adeũdo Concilio à Bohemis, cũ libertate ſententiarũ

ctas *duas Bullas*. Et hæc Litera erit munita *Sigillis Regni*, & *Sereniſſimi Domini Imperatoris*, & *Illuſtriſſimi Domini Ducis in Teſtimonium*. Simili modo petimus *ſalvum conductum*, ſi nos vel aliqui ex nobis, velint tranſire ad *Regnum*. In quorum fidem & teſtimonium, Nos *Philibertus Epiſcopus Conſtantienſis præfatus*: *Joannes de Polomar Auditor*: & *Tilmannus Præpoſitus S. Florini*, vice & nomine omnium aliorum Collegarum noſtrorum in abſentia ſuorum Sigillorum, præſentes has literas dedimus, Sigillorum noſtrorum munimine roboratas; in alio autem Codice ſic habetur. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium, has noſtras literas ſigillis noſtris fecimus communiri; Et ad majorem evidentiam, robur & firmitatem, Sigilla *Sereniſſimi Domini Sigiſmundi Romanorum Imperatoris*, & *Illuſtriſſimi Principis Domini Alberti Ducis Auſtriæ*, & *Marchionis Moraviæ* ad inſtantes preces noſtras ſunt præſentibus appenſa. Datum Iglaviæ Olomucenſis Diœceſis; die quintâ Menſis Julij, Anno M.CCCC.XXXVI.

Legatorum ſubſcriptiones.

C. I.

Copia Mandati ad ſubditos Regni Bohemiæ, & Marchionatûs Moraviæ, pro Pace ſervanda Anno 1436.

NOs *Alzo de Ryſſenberg*, aliàs *de Wrzeſtiovv Gubernator Regni Bohemiæ*, *Barones*, *Nobiles*, *Milites*, *Clientes*, *Praga Civitas*, & *cæteræ Civitates*, *Generalem Congregationem Inclyti Regni Bohemiæ*, & *Marchionatûs Moraviæ* facientes & repræſentantes. Univerſis, & ſingulis ſubditis, & Incolis præfatorum *Regni* & *Marchionatûs*, cujuſcunque ſtatûs & conditionis exiſtant, qui ſunt de parte noſtra affectu omnis boni, vario cum genere complacendi præporrectis. Cùm propter aliquas difficultates, circa materias *fidei* & *quatuor articulorum* exortas, inter nos, & convicinos noſtros, tam extra, quàm intra *Regnum* & *Marchionatum* conſiſtentes, bella diutiùs fuerint agitata, & jam per DEI gratiam inter *Legatos ſacri generalis Concilij*, & *generalem Congregationem dicti Regni*, ſit facta concordia, & nos pacem, quã promiſimus pro dictis cauſis, & articulis ſuſcipere, & inire volentes cum univerſo populo Chriſtiano, ſive intra Regnum, ſive extra ſiſtente, per fidem, & honorem noſtrum, omni dolo & fraude ceſſante, ſuſcepimus. Idcirco vobis omnibus, & ſingulis per præſentes præcipiendo mandamus, quatenus *bonam*, *Chriſtianam*, *firmam*, & *perpetuam pacem* ſervetis & teneatis. Et ipſis ſupradictis, & vicinis, tam intra, quàm extra Regnum, illam nullatenus violetis, ſeu violari permittatis: ſed faciatis à veſtris omnibus firmiter obſervari. In horum fidem, & teſtimonium, has litteras noſtras *Sigillo*

Pax univerſalis.

gllo *Regni Bohemiæ* fecimus communiri. Datum in Iglavia 12. die Mensis Julij, Anno Domini 1436. data est autem hujus mandati copia Dominis Legatis, *præsente Imperatore* 15. die Augusti, *Iglaviæ eodem Anno.*

C. II.

Eugenius IV. gratulatur Regno Bohemiæ de inita concordia cum Concilio Basileensi.

Dilectis filijs nobilibus Viris, Baronibus, Pragæ Civitati, Nobilibus, cæterisque Civitatibus Regni Bohemiæ salutem.

GRatus nuncius dudum lætificavit animum nostrum, dilecti filij, cùm audivimus, quòd pietas Altissimi infuderit Spiritum concordiæ & unitatis in cordibus vestris cum reliquis Christi fidelibus; de qua re qantam consolationem in Domino suscepimus propter pacem & quietem vtram & aliorum Christi fidelium, novit ille, cui corda & cogitationes hominum patent. Et quidem speramus, quòd misericordia Altissimi, cujus nserationes sunt super omnia opera ejus, augebit in vobis gratiam suam, qódque virtus & devotio vestra lucebit in DEI Ecclesia, & erga nos *Summum Pontificem* ostendetis debitam obedientiam & fidem ad salutem animarum vestrarum, quemadmodum etiam nobis retulit Venerabilis Frater nostr *Joannes Episcopus Signiensis*, quem suis exigentibus meritis paternâ dilectione prosequimur, multa asserens de vestra devotione, & affectione syncra erga nos & *Ecclesiam Romanam*, ex quibus rebus charitatem vestram meritis laudibus commendamus, exhortantes vos, ut piè in Domino vivatis, ut gratia, quæ data est vobis à Salvatore nostro per vestra bona & laudabilia opera fructum afferat uberem in odorem suavitatis.

1436. Raynal. T. XVIII.

Gaudium Eugenij Papæ ex concordia inita cũ Concilio

Inter cætera gratissimum fuit audire *concordiam bonam vestram cum carissimo in Christo Filio nostro Sigismundo Romanorum Imperatore, semper Augusto Rege vestro*, quem cum sum̃a charitate diligimus, prout tanti Principis virtus & merita requirunt, exaltationem, & statum suum, cùm fuerit semper & sit præcipuus noster & Ecclesiæ DEI defensor & protector, augeri tâ mente exoptamus. Itaque ei prout decet subditos suo Regi, parentes ac debitam reverentiam & obedientiam præstantes, diligatis ipsum in sinceritate mentis & animi, cùm ipse sit Princeps prudentissimus, ac diligat & amet vos, quotidie agens, quæ sperat pertinere ad bonum vestrum & Regni utilitatem; nam petivit à nobis aliqua pro quiete ac honore vestro & Regni per organum Episcopi præfati, quæ nos libenter concessimus, parati etiam in posterum omnia facere; quæ concernunt honorem, com̃odum, & utilitatem

Com̃endatio Sigismũdi Imp: à Papa.

tatem vestram tum propter bonum vestrum, quorum honestis desideriis semper intendimus complacere, tum contemplatione *Imperatoris*, cujus laudabilis & syncera voluntas semper nobiscum unita fuit in fide pura & charitate non ficta, ac pro nobis & Ecclesiæ statu ea fecit, quæ laudem & gloriam perpetuam mereantur. Dat: Bononiæ, A. VI.

C. III.

Ladislai Bohemiæ Regis Epistola ad Capitulum Pragense, vacante beneficio Altaris S. Wenceslai, in Ecclesia B. V. Aquisgrani.

Honorabilibus Decano & Capitulo Sanctæ Ecclesiæ Pragensis, devotis nobis dilectis.

1455. Altare S. Wencesl: à Carolo IV. fundatum Aquisgran.

HOnorabiles, devoti Dilecti. Vacat in præsentiarum Altare *Beati Wenceslai* in Ecclesia regali *S. Mariæ Aquensis*, Leodiensis Diocesis, cujus jus Patronatûs ad nos, ut *Regem Bohemiæ* pertinet; ad quod ut debemus, vellemus præsentare aliquem idoneum *Presbyterum, scientem idioma bohemicum*, qui peregrinantium ibidem Bohemorum possit Confessiones audire; nam ob eam rem *Serenissimus Carolus Imperator noster* Proavus charissimus prædictum Altare fundavit, injungimus devotionibus vestris, ut *unum Presbyterum*, qui Altari præfato idoneè velit & valeat deservire quàm citius potestis, transmittere Majestati nostræ curetis; ut valeamus tempore congruo præsentationem facere, cujus dilatio sine altaris & nostri juris præjudicio esse non posset; Mittimus vobis etiam Literas *Capituli prædictæ Ecclesiæ S. Mariæ*, quibus cognoscetis, quantum rogamur pro hac præsentatione: velitis in hoc esse diligentes, quia *Serenitati nostræ complacentiam* exhibebitis bene gratam. *Datum Viennæ*, Feriâ IV. post *Festum S. Joannis Baptistæ, Regnorum nostrorum Anno Hungariæ &c.* 16. *Bohemiæ secundo.*

C. IV.

Callisti III. Papæ literæ ad Capitulum Pragense, ut conentur procurare unionem Regni Boh. cum Ecclesia Romana.

1456. CAllistus Episcopus Servus Servorum DEI. Dilectis Filijs *Decano & Capitulo Ecclesiæ Pragensis Salutem & Apostolicam Benedictionem.* Post-

stquam divinâ favente gratiâ ad *Summi Apostolatûs* apicem vocati fuimus, quẽ in præsens tempus expectavimus de die in diem *Oratores inclyti Regni hemiæ*, cum debita obedientia ad nos proficisci: quemadmodum ex plurius fide dignis personis, cõmunitatem ipsius Regni statuisse didiceramus; mûsque nos, prout etiam & nunc sumus, voluntarij ad omnia, quæ pro ius *Regni* bonâ pace reformare ac conducere viderentur. Sed miramur, hæc missio retardata sit, ex qua multa Nationi vestræ bona redundare possent? Cogitamus aliquos esse, ùt aliquando accidit, qui suæ passioni & priæ cupiditati faventes cõmunem utilitatem pervertere non verentur. propter cùm nobis relatum sit, prope diem certum *Regnicolarum Conventũ*, apud *Pragam* congregatum iri; cúmque certiores facti sumus, *Apoicæ Sedis vos semper bonos fuisse filios, fideles & devotos*, ac ea procurâsse, æ sunt ad *unionem & pacem in Ecclesia DEI & Regno* illo de vestra devone hujusmodi singularem fiduciam gerentes, hortamur vos, ut in dicto nventu proximè futuro, unà cum cæteris *Baronibus Regni, & Magnatibus Communitatibus*, ad id tendere & cõnari velitis, ut *Regnum ipsum* integrar ad nos, *& S. Sedem Apostolicam* respicere velit, & Oratores mittere, de ibus sæpe actum est; atque ita efficere, nè extra *Ecclesiam Universalem*, *a Regni communitas* ampliùs reputari possit: in qua re facietis rem DEO tam, animabus vestris salubrem, & nobis plurimùm complacebitis, qui vestros ampliandos honores bono animo intenti erimus. Per dictum em *Filium Viceslaum Schinch Canonicum Wratislaviensem* in decretis *Litiatum, ac præsentium exhibitorem*, qui hæc eadem ex nobis audivit, potesuper præmissis responsum cõmodè dare. *Datum Romæ ad S. Petrum*, no Incarn: Dom: 1456. IV. Cal: Febr. Pontificatûs nostri II.

Laudatio Capituli Pragensis.

Quid in Cõventu ordinum tractari desideret Pontifex.

C V.

lius II. Papa Wenceslaum de Crumlovia Decanum Pragensem amplissimis honoribus exornat, Anno 1458.

Pius Servus Servorum DEI.

Dilectis filijs Capitulo & Clero ac Populo Civitatis ac Diœcesis Pragensis. Salutem & Apostolicam Benedictionem.* Audivimus *dilectum Filium Wenceslaum de Krumlovv Decretorum Doctorem, Decanum Eciæ Pragensis* necessitates ac incõmoda, & simul petitiones Ecclesiæ Pragen, Monasteriorum, & totius Cleri, diligenter & seriosè referentem, quibus ternâ pietate & pastorali affectu inclinati, *præfatum Wenceslaum Decanum* 1458.

Absolvitur Decanus ab omnibus Collectis.

num in persona omnium nostrûm, quos hujusmodi negotium contingere p-terat, à quocunque Collectæ aut cujusvis exactionis genere absolvimus, lib-ramus, & quietamus, ipsúmque absolutum, quietatum, pacatum & liberu ad vos & Diœcesim vestram verúmque indubitatúmque *Decanum* Eccle prædictæ remittimus; quem propter sua bene merita in *Apostolicam Sede* motu proprio, nostrum & *& dictæ Sedis Capellanum*, *& Causarum Pala*

Confirmatur in Offic: Administratoris.

Apostolici Auditorem, fecimus, constituimus, & deputavimus. Et qu eundem *Decanum* superiori tempore dignè & utiliter in *Officio administr-tionis*, tam spiritualium quàm temporalium Archiepiscopatûs Pragensis ve-satum fuisse, & fideliter suum exercuisse officium invenimus, exigentib suis meritis, & propter ingentes labores pro honore ejusdem sedis suscepto, & periculo quibus se subjicere non dubitavit, cùm in præsentiarum *Eccle Pragensis* Pastoris solatio destituta sit, motu simili eundem *Decanum Adm-nistratorem Ecclesiæ & Archiepiscopatûs* hujusmodi in spiritualibus & te-

Nihil per has concessiones derogatum esse vult Ecclesiæ Pragensi

poralibus, usque ad dictæ sedis beneplacitum, *absque tamen derogatione p-vilegiorum & statutorum memoratæ Ecclesiæ*, auctoritate Apostolicâ, teno præsentium facimus, constituimus, & etiam deputamus: curam, regime & administrationem plenam, & liberam ipsius Ecclesiæ, ac bonorum & j-rium ejusdem, sibi in spiritualibus & temporalibus plenariè comittendo, f-mâ spe fiduciáque tenentes, quòd dicta Ecclesia, divinâ sibi suffragante gr-tiâ sub ipsius admistratione provida atque salubri, gaudebit se commissan & continuè in eisdem spiritualibus & temporalibus feliciter proficiet incr-

Bonorum administratio eidem comittitur.

mentis. Volumus autem, quòd dicto durante beneplacito, ejusdem E-clesiæ debitis & consvetis per eum superpositis oneribus de residuis *men Archiepiscopalis Pragensis fructibus, redditibus, & proventibus* disponere & ordinariè libere & licite valeat, sicuti veri ipsius Ecclesiæ Archiepiscopi, qu pro tempore fuerunt, de eis disponere & ordinare potuerunt, seu etiam de-buerunt: alienatione tamen quorumcunque bonorum imobilium, & pre-

Comendat eundem Capitulo Prag:

tiosorum mobilium sibi penitùs interdictâ. Quocirca devotioni vestr tenore præsentium mandamus, quatenus *eundem Administratorem*, quem præcipuâ complectimur charitate, cujusque honores & comoda à quibus-cunque ut decet, conservari cupimus, *tanquam Patrem* syncerâ devotion tractetis, habeatis, & reputetis, ipsúmque, ut bonos filios convenit, filia obedientiâ prosequamini; & ita hortamur vos ac rogamus, *ut sicut dignè & laudabiliter syncero corde, & animi integritate Romanæ Ecclesiæ obedientiam hactenus observâstis*, ita pio & firmo proposito constantissimè usquè ad finem perseveretis; ut vestro boni operis exemplo, alios *ad fidei veritatem, & ejusdem Romanæ Ecclesiæ obedientiam* excitetis & adducatis. Scriptum est enim *non qui inceperit, sed qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* E nos bene ac rectè agentibus non deerimus, ac prout Ecclesiæ moris est, quæ ma-

ansvetudine ac benignitate utitur, vos fovere & gratijs prosequi, quantum m DEO possumus, curabimus. *Datum Romæ ad S. Petrum,* Anno In- rnationis Dominicæ 1458. 3. Idus Septembris Pontificatûs nostri anno I.

C. VI.

ormula Juramenti Georgij Regis Bohemiæ ante Coronationem.

In nomine Domini, Patris scilicet & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.

GO GEORGIUS *electus Rex Bohemiæ in proximo coronandus pro- mitto, spondeo, polliceor atque juro coram* DEO *& Angelis ejus, in ma- nibus Patrum in Christo Reverendorum Dominorum* Augustini Jauri- nsis & Vincentij Waciensis *Episcoporum, ac in præsentia Venerabilium* Pro- asij *Electi Olomucensis*, Przibislai *Abbatis Lucensis, item Spectabilium & gnificorum ac egregiorum Virorum* Nicolai de Willak *Vayvodæ Transylva-* , Osvvaldi de Rosgon *Comitis Syculorum Hungariæ*, Zbinkonis Leporis Hasenburg *Judicis Regni*, Procopij de Rabenstein *Cancellarij Bohemiæ norum* Baronum, ac Michaëlis *de Sancto Nicolao Archidiaconi Novogra- ensis Waciensis, & Thomæ de Truthijs Cantoris Jauriensis Ecclesiarum* Ca- *nicorum, Decretorum Doctorum, quod abhinc & antea deinceps fidelis & ediens ero* Sacro-Sanctæ Romanæ & Catholicæ Ecclesiæ, ac Sanctissimo omino nostro Domino Callisto divinâ Providentiâ Papæ III. *ejusque Suc- ssoribus canonicè intrantibus, & eis obedientiam & conformitatem, more iorum* Catholicorum, *& Christianorum Regum, in unitate Orthodoxæ lei, quam ipsa Sancta Romana Catholica & Apostolica Ecclesia confitetur, ædicat & tenet, fideliter observabo, ipsámque Catholicam & Orthodo- am fidem protegere, tueri ac defendere volo, toto posse, populúmque mihi sub- ctum secundùm prudentiam à* DEO *mihi datam ab omnibus erroribus, sectis & hæresibus, & ab alijs articulis,* Sanctæ Romanæ Ecclesiæ *& Fidei Catho- cæ contrarijs, revocare & ad veræ Catholicæ & orthodoxæ fidei observatio- em ac obedientiam, conformitatem & unionem, ac ritum cultúmque* Sanctæ omanæ Ecclesiæ *reducere & restituere volo & laborabo; dabóque & adhi- bo omnem diligentiam, ut omnia præscripta compleantur toto meo posse & co- amine, ad laudem, gloriam, & honorem* DEI, *& ad exaltationem Sanctæ & Catholicæ Fidei. Sic me* DEUS *adjuvet & hæc sancta* DEI *Evangelia anibus meis corporaliter tacta. In fidem autem & testimonium omnium æscriptorum*, Ego Georgius Electus Rex *prædictus hic infrà Sigillum meum*

1458.

Rayn: T. XVIII.

Enumerantur testes Juramenti.

Hęc Georg: Rex postea, negabat se intellexisse de abolendis Compactatis, quę à Papa Eugenio & Basileensi Concilio probata fuissent.

Aa *bonâ*

bonâ & propriâ voluntate & ex certa scientia appendi mandavi. Datum *Pragæ VI. Mensis Maij, Anno Domini M.CCCC.LVIII.*

C. VIII.

Georgius Rex Bohemiæ Privilegia Ecclesiæ & Capituli Pragensis confirmat.

1459. ETsi cunctas venerari Ecclesias Sanctissima Patrum authoritas sanxerit, ipsa tamen svadet ratio, *ut Matrem Ecclesiarum Sanctam Pragensem Metropolitanam* inprimis honoremus. Etenim Regni nostri Sceptrum ex ea recepimus, ubi in Christo renascimur, & dignissimis in *Sacramentorum Doctrinis* reficimur epulis: *in ea quoque ad pedes Sanctorum cum prædecessoribus nostris requieturi, Regnum præstolabimur sempiternum.* Hanc igitur *Almam sedem prædecessores* nostri imitandâ prosecuti devotione diversis olim adornaverunt modis, copijs dotaverunt facultatibus & gratijs, libertatibúsque amplissimis privilegiavêre. Nostræ igitur Majestati ex parte *Venerabilis Wenceslai, Sacri Pallati Apostolici Auditoris, Decani & Administratoris, totiúsque Capituli ejusdem Ecclesiæ Prag:* humiliter extitit supplicatum; quatenus *Prædecessorum nostrorum* vestigijs inhærentes, dignaremur eis approbare, innovare, ratificare, & confirmare, omnes literas, gratias, immunitates, libertates, consvetudines, donationes, concessiones, indulta, statuta, privilegia & jura universa dictis, *Decano & Capitulo, à Divis Prædecessoribus nostris, Regibus & Principibus Bohemiæ* data & concessa, & præsertim tres litteras *Serenissimi Regis Ladislai* prædecessoris nostri, quarum tenores sunt isti: Et primò primæ litteræ:

Georgius Rex in Ecclesia Prag: sepeliri vult

Ladislaus Dei Gratiâ Bohemorum Rex, Hungariæ &c. Notum facimus universis, Majestatem nostram desiderare auxilio esse majori *Ecclesiæ Pragensi* &c. Secundæ litteræ tenor talis est.

Utreq; istæ Ladislai literæ sunt jam alibi recitatæ.

Ladislaus Dei Gratiâ Bohemorum Rex, Hungariæ, Dalmatiæ, &c. Notum facimus universis &c. Honorabilibus *Præposito, & Capitulo Pragensis Ecclesiæ,* Devotis nostris dilectis. Deliberato & sano nostrorum consilio &c. Tertiæ verò litteræ tenor est iste:

Ladislaus Dei Gratiâ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, &c. Notum facimus universis &c. *Volentes Archiepiscopatui Pragensi* gravissimis damnis affecto, ejúsque bonis, nè in totum collabantur, consulere &c.

Nos conservationis & augmenti, *Almæ nostræ Metropolis* cupidi, ut post tristia, in dies serenos sub nostra pace respiret, dictis *Decani & Capituli* precibus gratiosè annuimus. Igitur non per errorem aut providè, sed cum

um matura animi deliberatione, sanóque nostrorum Procerum & Fideli-
m accedente consilio, de certa nostra scientia authoritate regiâ, *supra scrip-
s tres literas Divi Ladislai* prædecessoris nostri, prout de verbo ad verbum
escriptæ & expressæ sunt; & alias *omnes literas, gratias, immunitates, liber-
tes, consvetudines, donationes, concessiones, indulta, statuta, privilegia &
ra universa à prædecessoribus meis data & concessa ipsi Ecclesiæ* Pragensi, ap-
robamus, ratificamus, acceptamus, roboramus, confirmamus, & de novo
oncedimus, cum omnibus punctis, articulis, clausulis, sententijs, & teno-
ibus suis, ac si earum, eorúmque tenores præsentibus nostris de verbo ad
erbum specificè inclusi essent, & extensi; Decernimúsque ea omnia per-
tuum, plenum firmum & inviolabile robur obtinere; & ut *Alma Mater
stra* alis filiorum in senecta uberi foveatur, *ipsam Pragensem Ecclesiam*, &
mnem Clerum ipsius, cum omnibus rebus & juribus, in nostræ protectionis
ratiam accipimus specialem; supplentes etiam de plenitudine regiæ pote-
tis omnem defectum, qui his nostris litteris in defectu verborum, clausu-
rum, articulorum & sententiarum, de jure, consvetudine, vel de facto ob-
stere possit. Decernimus insuper, ut omnes litteræ, aut donationes con-
ariæ, quæ contra hanc nostram approbationem & confirmationem, per
uemlibet, per importunitatem petentium, aut alio quocunque modo da-
e, aut impetratæ forent, nullam penitùs obtineant roboris firmitatem.
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostram innovationis, approba-
onis, confirmationis, concessionis, decreti, receptionis, suppletionísque
aginam quoquo modo infringere, aut eidem ausu quolibet temerario con-
aire. Si quis autem contrarium fecerit, cum indignatione nostra graviss-
ma, pœnam nostro arbitrio strictissimè reservatam se noverit incursurum.
quorum omnium &c. Datum Pragæ XXIII. Januarij Anno Domini
459. Regni &c.

Generalis approbatio & cõfirmatio omniũ Privilegiorum Eccl. Prag.

C. VIII.

Pauli II. Pontificis Literæ ad Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis, quibus Fidelitatem Capituli deprædicat, & ad constantiam hortatur.

P*Aulus Episcopus Servus Servorum DEI. Dilectis Filijs Capitulo Ecclesiæ Pragensis, salutem & Apostolicam Benedictionem.* Locuturis
nobis dilectissimi filij ad vos, qui ritum & communionem Apostoli-
æ Sedis profitemini pariter & tenetis, det Apostolicus sermo principium,
ut audiant fideles discipuli illius, qui prædicavit gentibus magni verba Do-

A. 1465. Pesf: Radio III. in Phos:

ctoris. *Primum*, inquit, *gratias agimus DEO nostro per JESUM Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annunciatur in universo mundo.* Rectè inquam fides vestra annunciatur atque laudatur; quando sanctæ hujus Apostolicæ Sedis fidem unitatémque tenentes, *de Sacramento Eucharistiæ* docetis atque servatis, quæ *Sacro-Sancta Ecclesia Romana*, vestra & cunctorum Fidelium Mater servat & docet: scientes, quòd quicunque extra Ecclesiam Agnum comederit, prophanus est. Quoniam Beato Cypriano teste, *hostis Christi esse probatur, qui Romanæ Ecclesiæ non retinet unitatem.* Gaudemus equidem hac vestrâ constantiâ; rogantes DEI nostri Clementiam, ut quod incepit, in vobis confirmet atque perficiat! Et quoniam vos Sacerdotes atque DEI ministros *Spiritus Sanctus* instituit, ut super intendatis gregi Dominico, ad regendam Ecclesiam, quam *Christus DEUS* noster acquisivit Sangvine suo, hortamur vos & obsecramus in Domino, ut in hac fidei synceritate perseverantes, confirmetis infirmos, pusillanimes erigatis, docentes ritum communionis *sub una specie*, ab universali Ecclesia & Sanctis prædecessoribus nostris Apostolicis Viris retentum fuisse, atque servatum. Et nè quisquam fomentum erroris ex Romanæ Ecclesiæ observatione suscipiat, scitote gloriosæ memoriæ *Sigismundum Romanorum Imperatorem & Regem vestrum*, cùm à felicis recordationis *Eugenio Papa IV. Prædecessore nostro*, & nobis secundùm carnem avunculo, Imperiale Diadema susciperet *sub una tantùm specie Communionem* ex manu Sancti Pontificis suscepisse, ut fidem, quam profitebatur, toto mundo spectante, suo exemplo firmaret. Idem *Fridericus*, qui modo imperat observavit, cùm imperiales Infulas à *Nicolao V.* susciperet. Nos verò, ut prædecessorum nostrorum fidem & morem apertiùs testaremur, & adversantium detestaremur errorem, proximo paschate omni populo spectante *sub una tantùm specie Sacramentum Eucharistiæ Laicis* exhibuimus. Quæ quidem recensere voluimus, nè quisquam imbecilliores inanibus verbis, ritum *Ecclesiæ Romanæ* jactando, seducat. Vos autem hortamur dilectissimi Filij, quibus veluti scientibus loquimur Sapientiam inter perfectos, adeste Catholicæ Fidei, Ecclesiasticæ unitati consulite! rogantes atque servantes, quæ ad pacem sunt Hierusalem. Induite vos armaturâ Justitiæ, & galeam salutis apprehendite; scientes, quòd qui legitimè certaverit, coronabitur. Non vos terreat perfidia impiorum, sed potiùs moveant exempla Sanctorum, qui seminantes in lacrymis, cum exultatione metebant. Nulla est tribulatio temporalis, si ante oculos perenne præmium proponatur. Sic enim clamat S. Apostolus: *non sunt condignæ passiones hujus sæculi ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* Vos igitur, omnésque Catholicos in commune, noster hic sermo complectitur, ut magis ac magis roborati, & confidentes in Domino non terreamini. Quinimo medeamini infirmitatibus aliorum: vobis enim commendamus infirmos

Incorrupta fides Capit: S. Ecclesiæ Pragensis.

Sigism: Imp: in coronat: sua sub una specie Eucharist: Romæ sumsit.

Idem fecit Fridericus III. Imp.

Adhortatio & consolat:

nos, quibus tamen, & nos ipsi non deerimus; sed vobis, & illis quantum nobis Dominus permiserit, pro zelo Catholicæ fidei opem & auxilium ministrabimus. Datum Romæ apud *Sanctum Petrum*, anno Incarnationis Domini 1465. XV. Calendas Maij Pontificatûs nostri anno I.

C. IX.

Indulgentiæ Plenariæ instar Jubilei pro Festo S. Wenceslai Martyris in Ecclesia Pragensi.

INnocentius Servus Servorum DEI. Cùm sicut accepimus, *Ecclesia Pragensis*, quæ ab ejus primæva fundatione admodum sumptuoso opere construi & ædificari cæpta fuit, ob maxima impedimenta, quæ hæretici & Schismatici in Civitate & *Diœcesi Pragensi* habitantes, hactenus eidem Ecclesiæ præstiterunt, & indies per ampliùs præstare non cessant, nondum in suis structuris & ædificijs perfecta fuerit, nec perfici possit; cùm ipsorum hæreticorum & Schismaticorum furor continuè magìs invalescat: sintque Christi fidelium suffragia ad id plurimùm opportuna, & nisi de celeri subsidio provideatur, sit brevi de illius totali ruina, & desolatione verisimiliter formidandum. *Nos cupientes, ut Ecclesia prædicta*, quæ causantibus Hæreticis & Schismaticis præfatis, qui illam ac dignitatem, & beneficia in illa instituta, bonis omnibus spoliârunt, jam longo tempore fuit *Pastore* orbata, & ad quam *Christi fideles* in partibus illis, propter *nonnulla SS Corpora*, quæ in illa requiescunt, devotionis causâ confluunt, in suis structuris & ædificijs hujusmodi perficiatur, instauretur, & conservetur, ac *Christi fideles* eò libentiùs devotionis causâ confluant ad eandem Ecclesiam & ad perfectionem instaurationem & conservationem promptiùs manus porrigant adjutrices, quò ex hoc ibidem dono cælestis gratiæ uberiùs conspexerint se esse refectos: de omnipotentis Dei Misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli auctoritate confisi, omnibus & singulis utriusque Sexûs Christi Fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, qui *in Festo S. Wenceslai à primis vesperis usquè ad completorium sequentis diei inclusivè dictam Ecclesiam* devotè visitaverint, & ad perfectionem, instaurationem & conservationem prædictas manus adjutrices porrexerint, plenariam omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, *indulgentiam & remissionem, & talem, qualem anno Jubilæi visitantes Basilicas & Ecclesias Urbis ad id deputatas consequuntur*, auctoritate Apostolicâ tenore præsentium elargimur. Et nihilominus ut prædicti ad Ecclesiam ipsam pro conservanda Indulgentia hujusmodi confluentes, conscientiæ pacem, & animarum salutem DEO propitio, uberiùs valeant promereri, ac indulgentiæ & remissionis hujusmodi capaces facili-

Innoc: VIII 1487. Pessin Rad: 5. in Phos:

Calamitates S. Pragensis Ecclesiæ.

Instar Jubi:

ciliùs effici, *dilecto Filio Visitatori dictæ Ecclesiæ per sedem Apostolicam, vel di-lectos Filios Capitulum ipsius Ecclesiæ*, nunc & pro tempore deputato Confes-*sores idoneos*, seculares vel regulares in dicta Ecclesia deputandi, qui in dicta Festivitate omnium fidelium utriusque Sexûs, ad eandem Ecclesiam, pro hu-jusmodi acquirenda remissione accedentium, & eis confiteri volentium Confessiones audire, & ipsos fideles à quibusvis eorum peccatis, criminibu[s] excessibus & delictis, quantumcunque gravibus & enormibus (præterqu[am] in contentis in *Bulla*, *quæ in die Cœnæ Domini* publicari consvevit) absolve-re, ac vota quæcunque per eos emissa (ultra *marinæ Visitationis*, *liminum eorundem Apostolorum*, *ac S. Jacobi in Compostella*, & religionis ac continen-tiæ votis duntaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valeant, ple-nam & liberam, auctoritate prædictâ, tenore præsentium concedimus facul-tatem. Et similiter omnibus & singulis fidelibus, qui præ nimiâ senectut[e] impotentes, aut infirmitate detenti, vel aliàs legitimè impediti, eandem Ec-clesiam in festivitate ipsa visitare nequiverint, dum tamen secundùm eorum facultates, & prout eorum devotio dictaverit, suas *pias Eleemosynas ad Eccle-siam prædictam* miserint, similem indulgentiã, & remissionem eâdẽ auctori-te concedimus. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apo-stolicis, ac quibuscunque similium vel dissimilium indulgentiarum genera-libus vel specialibus suspensionibus, limitationibus, revocationibus, &c. Datum *Romæ ad S. Petrum*, An: Incarnationis Dominicæ 1487. XIV. Calen[d.] Julij, Pontificatûs nostri III.

Confessariorũ eo tẽpore potestas.

Absolutiones à peccatis quibuscunque.

C. X.

Ferdinandi I. Literæ ad Capitulum Pragense humanissimæ.

Reverendis, Venerabilibus, Honorabilibus, Devotis, Nobis dilectis, Decano totíque Capitulo Sanctæ Pragensis Ecclesiæ sub vexillo SS. Romanæ Ecclesiæ, sacrique Imperij immotâ obedientiâ ac fidelitate militantis.

Pesſ: Radio III. f. 907.

Gratulationem missã per Præpositũ gratanter accepit Ferdinand:

FErdinandus DEI Gratiâ Bohemorum Rex, Infans Hispaniarum, Archi-dux Austriæ, Dux Burgundiæ &c. Marchio Moraviæ &c. Comes Tyrolis &c.* Reverendi, Venerabiles, Honorabiles, Devoti, nobísque Dilecti.* Ex Litteris vestris, quas ad nos dedistis, & ex ipso Nobili *Viro Er-nesto de Schleinitz Præposito vestro*, Fideli nostro dilecto, quem ad nos mi-sistis, cognovimus fidem & affectionem, quam in nos, & *Serenissimam Con-sortem nostram* geritis, & quo voto nostrî Electionem acceperitis. Equidem ut plurimùm hoc vestrum erga nos officium probamus, ita maximè grato

cle-

lementíque suscepimus animo; nec præteribimus tam officiosam aggratutionem vestram, suo tempore recognoscere condignè: sicubi Deo optimo maximo auspice, à quo est omnis honor, gloria & potentia, solium Regis conscenderimus, summo adnitemur studio, ut per clementiam opémq; iam, *Regno Bohemiæ* bene præesse, & per omnes illius occurrentias ac necessitates *Regem & Principem Pium, justum, & laudabilem præstare queamus*, quando nobis tantopere placet, animóque hæret, *boni Pastoris officium*, cujus exemplum tale Deo volente dabimus, ut dilucidè constare debeat, nos, non tantùm vestro, sed & cunctorum *Regni præfati Ordinum, & subditorum* voto respondere; sedulò quoq; curaturi, ut quæ ad verum Dei omnipotentis cultum spectent, nequaquam negligamus; Quámque in nos concepistis fiduciam, proinde, longè uberiorem habere debeatis, cùm omnem animorum vestrorum Synceritatem gratiâ, clementiáque nostrâ compensare velimus. Datis in Civitate nostra *Vienna*, die 5. Mensis Decembris, Anno Domini M. D. XXVI. Promittit bonū Regis officium.

CXI.

Alexander VI. adversus Waldenses vel Piccarditas Inquisitores constituit, in Bohemia Præpositum Naumburgensem, & Henricum Institoris Ord: Prædicatorum.

Dilectis Filijs Præposito Naumburgensi Closter Naumburg nuncupato, & Henrico Ordinis Fratrum Prædicatorum & Theologiæ Professori, & hæreticæ pravitatis in Germania Inquisitori, Nuntijs nostris Salutem & Apostolicam Benedictionem.

CRebris fidelium relationibus, & querelis certiores in dies reddimur in multis Christiani nominis regionibus præsertim in *Bohemiæ Regno, ac Provincia Moraviæ* multos nequissimi hostis venenis infectos contra Catholicam veritatem in verba blasphemiæ prorumpere, & in prava hæreticorum dogmata impudenter quasi furore quodam collisos corruere contra matrem suam *Sanctam Romanam Ecclesiam*, quæ *Apostolorum* Petri & Pauli Sangvine consecrata omnium Ecclesiarum à Domino primatum obtinuit, dolosis artibus & figmentis insurgere. Additur etiam non vanis rumoribus aut levi infamiâ, quòd quàm plurimi illarum regionum in damnatas *Waldensium hæreses* prolabantur, & cum damnatis quàmplurimis alijs hæresibus ipsi quoque in æternæ damnationis barathrum ultro se se immergentes, DEI Ecclesiam supra solidam petram Petri à Domino, sicut promis- A: 1499. Raynal. T. XIX. Ann; Eccles. Piccardorū impudentia & progressus.

missum fuerat ædificatam, quæ *unica columba, sponsa, pulchra sinè ruga & macula, hortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ vivæ meritò appellatur*, dentibus viperinis, lacerare, & rabido morsu dilaniare conantur. Ipsam sanè *Ecclesiam* impetunt, quæ disponente Domino semper im̃aculata, firma im̃obilisque & permansit & permanebit: hanc diruere *diabolicis versutijs* & penitùs destruere moliuntur. Nos itaque, quibus & *Pontificalis Offici necessitas*, & Christiani gregis discrimen, & catholicæ fidei oppugnatio nullum differendi, dissimulandique, aut tacendi locum relinquunt, quinimò ad clamandum incessanter & imminenti cladi obviam ire nos excitat, ut morbos hujusmodi *contagiosos & pestiferos* à caulis nostris auferamus, ad loca illa *Bohemiæ & Moraviæ*, à tam pestifera infectione, & perditione expurganda solicitudinis nostræ studium vehementissimè direximus. Ea propter *Viris aliquibus* fide solidâ, & *Religionis cultu insignibus*, sanctimoniâ vitæ præclaris, justitiæ & rerum experientiâ probatis, Sacrarum litterarum doctrinâ præstantibus, hujusmodi negotij curam demandandam duximus, qui *populos illos* verbo, & opere, & exemplo admonere, & cohibere rebelles severitate disciplinæ, & compescere queant, *vinum & oleum vulneribus infundentes*, aut si cancrosa illa fuerint, cauterio, & ferro quidquid putridi fuerit resecantes, langventes, & hæreticæ pravitatis jaculis transfixos curare diligenter, & feliciter valeant.

Periculum à Piccardis.

Ad Regnum itaque *Bohemiæ & Moraviæ Provinciam vos dilectos filios Præpositum Naumburgensem*, vulgariter *Closternaumburg* nuncupatum, Fratremque *Henricum Germaniæ Inquisitorem, Ordinis Prædicatorum*, de fide & Sanctimonia, doctrinâ, & prudentiâ nobis plurimum commendatos, *nostros, & Apostolicæ Sedis Nuntios* præsentium tenore committimus, & mandamus, ut ad *Olomucensem Civitatem, & Diœcesim*, reliquúmque *Moraviæ & Bohemiæ* Regnum personaliter vos conferatis, & cum Venerabili Fratre nostro *Stanislao Episcopo Olomucensi*, cujus animum Orthodoxæ fidei zelo ardere cognoscimus, ac cum consulatu dictæ *Civitatis*, quos etiam ad defensionem & propagationem fidei vobis præsidio affuturos non dubitamus, alisque *Prælatis, Baronibus, Viris doctis Catholicis*, quorum copiam ibi invenietis, magna cum solertia perscrutemini, & diligenti inquisitione & maturè investigetis, quâ viâ, quibúsve remedijs tam pestiferum virus, & tam contagiosa labes ab illorum populorum animis aboleri possit, vel saltem compesci, nè pars sincera fidelium ulteriùs corrumpatur, quídve à vobis in hoc fidei negotio agendum sit maturè & diligenter exquiratis, ut quæ per informationes & inquisitiones hujusmodi inveneritis, & quæ fidelium consilijs & prudentiâ vestrâ agenda judicaveritis, nobis referre valeatis, descendentes quoque ad loca *hæreticis pravitatibus* polluta, animarum saluti, quantum divina gratia vobis subministrabit, consulere studeatis, *errores* amovere de

Jubetur Legati & Inquisitores in Piccardos inquirere.

Stanislaus Turzo Ep: Olomuc:

cordibus hominum causas errorum confutare, occasionem perditionis aut lapsûs auferre, quo poteritis ingenio, contendatis, quos in fide stabiles inveneritis ad perseverandum in ea exhortamini, & in viam rectam dirigatis, & confirmetis, illósque, prout expedire videritis, *Coadjutores solicitudinis* vobis commissæ assumatis, *aberrantes ab ovili Dominico, & catholicâ veritate* suadendo, arguendo, obsecrando, increpando, in semitam salutis perducatis, & ut ad cor, & dominum redeant elaboretis, hísque omnibus nostram, & *Apostolicam Benedictionem* impendatis. In perfidia autem, & obstinata hæresi persistentes reprehendite, cohibete, & cùm *Spiritus Sanctus* non habeat in eis, quantum poteritis ab eis cavete, dicente Apostolo: *Hæreticum hominem post primam & secundam correctionem devita, sciens quia subversus est*, paritérque alios fideles, ut *tales hæreticos* fugiant, & vitent, ac in nullo eis faveant, vel communicent, nè cum eis in perditionem ruant, monete, & debitis execrationibus, & censuris prohibete: libros hæreticum dogma continentes comburi mandetis, vestrósque *Catholicos tractatus*, & sermones adversus ipsorum perfidorum errores, si opus fuerit, impressoriâ arte, non tantùm *per vicinas Regni Bohemiæ*, sed & per *omnes Germaniæ partes* vobis, seu alteri dudum commissas, distribuere procuretis. Ad prædicandum etiam *Verbum DEI, & Evangelicam veritatem*, publicè declarandam Viros ad hoc etiam doctos, bonæ conscientiæ, & *Catholicos* deputando, contradictores circa præmissa per censuras Ecclesiasticas & juris remedia reprimatis, invocando ad hoc, ubi opus fuerit, auxilium brachij sæcularis, & ubi facultas locúsque tutus dabitur per legitimas inquisitiones & processus in talibus fieri solitos contra *hæreticos* illarum partium, nec non contra *maleficos, phantasmata & Herodiades, ut verbis B. Augustini utamur, & magicas artes sectantes, receptatores, & fautores hæreticorum, maleficorum, & magicarum artium sectatores* nostrâ auctoritate procedatis, eos tales declarando judicetis, & severitatis acrimoniâ plectendos, prout *Sacri Canones* decernunt, *sæcularibus potestatibus tradatis*, & alia omnia, & singula, quæ ad officium *Inquisitionis hæreticæ pravitatis* pertinent, adimpleatis & exequamini; quòd si non ambo his, quæ necessaria erunt, in præmissis agendis vel exequendis interesse poteritis, alter vestrûm injunctum hujusmodi munus, & quæ agenda erunt adimpleat, & exequatur. Datum *Romæ apud S. Petrum*, anno Incarnationis Dominicæ M. CCCC. XCIX. pridie Kal: Februarij, *Pontificatûs* nostri anno VII.

Amplissimâ facultate instruuntur.

In studiosos Picardorũ jubentur inquirere.



C. XII.

Alexandri VI. Literæ Apoſtolicæ; quibus con cedit Eccleſiæ Pragenſi, ut poſſit Hæretico Eccleſiæ Catholicæ reconciliare, & conſtitue re Adminiſtratorem, qui Bona Archi-Epiſco palia adminiſtret, ac quædam Epiſcopalia mu nia obeat, &c.

Dilectis Filijs Decano & Capitulo Eccleſiæ Pragenſis.

1499. Raynal: T. XIX.

Redeuntibus quàmplurimis Bohemis ad Eccl. Cath: datur Facultas eos recipiendi Eccl. Pragenſi.

DEvotionum veſtrarum exigentibus meritis inducimur, ut votis v ſtris, in his præſertim, per quæ Chriſtianæ & Catholicæ fidei propa gationem & propugnationem Eccleſiarum quarumlibet pro tempo re recreandarũ, nè diutinæ vacationis incommoda ſuſtineant tam ad prov ſionem ipſarum, quàm bonorum conſervationem pertinere conſpicimus favorabiliter annuamus, atque favoribus proſequamur opportunis. Exhi bita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quòd cum o lim *in Civitate, Diœceſi & Provincia Pragenſi, & ferè toto Bohemiæ Regn quædam hæreticorum perverſa rabies Chriſti fidelibus* plurimum infeſta inva leſceret, *& Eccleſia Pragenſis*, quæ inibi *Sedes metropolitica* extitit, præmiſſi cauſantibus, *Paſtoris* ſolatio deſtituta foret, prout adhuc fore dignoſcitur, *fe licis recordationis Paulus Papa II. Prædeceſſor noſter* ad hujuſmodi hæretico rum rabiem comprimendam, imò à dicto Regno extirpandam inter ali tunc per ipſum *Paulum Prædeceſſorem* adhibita remedia, *Eccleſias*, *Capellas*, *Monaſteria*, & alia loca, ad quæ dictos *hæreticos* pro tempore declinare contingeret, Eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto, cúmque ipſi hæretici ex admiſſione & obſervatione à Chriſti fidelibus in dicto Regno commorantibus interdicti hujuſmodi occaſione aſſumtâ, multa ex *Eccleſiis*, *Capellis*, *Monaſterijs*, *& alijs locis DEO dicatis* incenderent, & profanarent, imò (quod amariùs dolendum erat) *Rectoribus, Presbyteris & Miniſtris* Eccleſiarum & Monaſteriorum hujuſmodi partim necatis, & partim turpiter profligatis, ferro, ignéque conſumerent, deſtruerent, & ſolo æquarent, ac infinita mala *Chriſti fidelibus* interrent, bonæ memoriæ *Rudolfus tunc Epiſcopus Wratislavienſis, ad partes illas per ſententias, cenſuras, & pœnas*, per eundẽ *Paulũ prædeceſſorem* contra eoſdem hæreticos præmiſſorum occaſione latis & promulgatis executioni demandandis, cum plena poteſtate ab eodem *Paulo* prædicto *Legatus de latere miſſus*, *de licentia ejuſdem Pauli* primò & deinde recolendæ memoriæ *Sixtus IV.* etiam Prædeceſſor noſter providè attendentes, quod il-

Cur à Paulo II. Bohemia poſita fuerit ſub interdicto.

obſcurus ſenſus.

lud,

Id, quod in præmissis statutum erat ad remedium, tendebat ad noxam, om-
ibus & singulis *Presbyteris & Clericis* ejusdem Regni, ut hujusmodi eorum
clesiis, Capellis, & Monasterijs etiam in præsentia dictorum hæreticorum,
ommodo illos sine periculo evitare non possent, divina officia publicè cele-
arent, ipsisque *Christi fidelibus* Ecclesiastica Sacramenta ministrarent, ad
rta tunc expressa, jam forsan effluxa tempora respectivè concesserunt, &
m illis quoad hoc dispensarunt, idémque *Sixtus* Prædecessor noster inter-
ctum ut præmittitur, in *Ecclesiis, Capellis, Monasterijs, & alijs locis* præ-
ctis appositum ad certum tempus, & deinde usquè ad beneplacitum suum
spendit, & alias gratias concesserunt, & indulserunt, prout in *literis Apo-
licis* in forma Brevis etiam sub *plumbo* expeditis, & alijs documentis desu-
r confectis pleniùs dicitur contineri. Cúmque ut experientia docuisse
eritur, atrocitas & inhumanitas dictorum hæreticorum, qui licet antea in
tholicorum Sangvinem sævierint, ac desolationibus & ruinis Ecclesiarum
atholicarum incubuerint, ex hujusmodi eis per *Sedem Apostolicam exhibitâ
mentiâ* DEO cooperante, non solùm mitigata, sed etiam adeò reducta
, ut plures ex ipsis hæreticis receptâ pœnitentiâ ad unitatem fidei reversi
it, ac Ecclesiæ, Capellæ, & Monasteria destructa prædicta passim ab ipsis
hristi fidelibus restaurari & reformari permiserint & permittant, imò ad il-
reformanda, & restauranda de eorum proprijs bonis contribuerint, &
ntribuant, sítque spes non vana, quòd si dictæ *Sedis Apostolicæ* clementia
is de novo, quatenus dispensatio prædicta cessaret, & *interdictum* hujus-
odi ad beneplacitum, ut præfertur, relaxatum revocatum, seu expiratum
uisset, de novo concederetur & relaxaretur, ac ipsi hæretici cum cujusmodi
alijs Sedis ejusdem benignitate prosequerentur, dicta hæresis tempore pro-
dente paulatim decresceret, & *Fides Catholica* ibidem feliciter propagare-
tr. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, ut in præ-
issis opportunè providere de benignitate Apostolicâ dignaremur, *Nos*,
ui hæreticorum hujusmodi rabiem extirpare & illorum animas lucriface-
, & *Christi fidem* ubique vigere nostris maximè temporibus intensis deside-
mus affectibus, de Venerabilium Fratrum nostrorum *Sanctæ Romanæ Ec-
esiæ Cardinalium* consilio pariter & assensu, vos *Decanum & Capitulum* à
uibusvis *excommunicationis, suspensionis*, & interdicti, aliísque Ecclesiasti-
s Sententijs, censuris & pœnis à jure vel ab homine quavis occasione vel
usâ latis, si quibus quomodolibet innodati estis, ad effectum præsentium
untaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censen-
s, vestris hujusmodi supplicationibus, necnon consideratione charissimi
Christo filij nostri *Wladislai Hungariæ & Bohemiæ Regnorum Regis illu-
ris*, pro vobis nobis super hoc humiliter suplicantis inclinati, interdictum
rædictum ad nostrum beneplacitum, & ultra usquè ad quatuor Menses au-
cto-

Propter interdictũ hæretici in Catholicos grassati.

Solutum interdictum ad tempus.

Multi Hussitæ ad Ecclesiam reversi

Ecclesias instaurare pollicentur

Censuræ ab Alexandro rescissæ.

ctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium de novo ſuſpendimus, vobíſque D
cano & Capitulo præfatis, ut vos per aliquem *Clericum Catholicum & D*
um timentem, quem inter vos pro tempore ad hoc duxeritis eligendum, uſ
quò dictæ *Eccleſiæ Pragenſi* de paſtore proviſum fuerit, bona omnia & ju
ipſius Eccleſiæ, etiam in his quæ jurisdictionis *Archiepiſcopalis* exiſtunt,
ſpiritualibus & temporalibus, in concernentibus *Civitatem & Diœceſim Pr*
genſem tantùm, adminiſtrare, dignitates & beneficia quæcumque Civitati
& Diœceſis prædictarum pro tempore vacantia, in quibus Catholici tantùn
vel permixtim Catholici cum hæreticis, & non ubi ſoli hæretici degunt, ſ
habitant, Clericis Catholicis tantùm & idoneis conferre, & de illis provid
re eoſdem, beneficiorum verò, in & ſub quibus hæretici tantùm conſiſtun
bona & jura, ſicuti bona *dictæ Eccleſiæ Cathedralis Pragenſis* gubernare, n
non *Calicem & patenas* conſecrare, corporalia & alia paramenta Eccleſiaſt
ca benedicere, inſuper *Hæreticos & Schiſmaticos* ad unitatem fidei redire v
lentes, poſt abjuratam per eos publicè hæreſim recipere & reconciliare, &
lios quoſcumque, qui dictum interdictum violaſſent, aut cum dictis hæret
cis quovis modo comunicando, *excommunicationis ſententiam* incurriſſen
abſolvere, & gremio *Sanctæ Matris Eccleſiæ* reſtituere, ipſíſque pro præmiſſ
pœnitentiam injungere ſalutarem, & nihilominus vobis *Decano & Capitu*
lo, nec non omnibus & ſingulis totius Regni prædicti *Catholicis*, *Presbyter*
ac Clericis, ut in omnibus & ſingulis veſtris Catholicis Eccleſijs, Monaſterijs
& Capellis, etiam præſentibus dictis Hæreticis, dummodo eos ſine pericul
evitare aliter vobis non permittatur, *Divina officia* publicè celebrare, & ipſi
Chriſtifidelibus Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare liberè & licitè poſſitis, &
valeatis, licentiam, facultatem, & omnimodam poteſtatem eâdem Auhori
tate Apoſtolicâ tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Volu-
mus autem quòd præſens indultum quoad alia, quàm ad ſuſpenſionem in-
terdicti prædictam poſt *tres annos* à data præſentium computando nullius ſit
valoris vel momenti, ſed eo ipſo ceſſaſſe dignoſcatur, non obſtantibus præ-
miſſis, nec non provincialibus & ſynodalibus editis conſtitutionibus, & or-
dinationibus Apoſtolicis, ac dictæ *Eccleſiæ Pragenſis juramento*, *confirmatio-*
ne Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis ſtatutis & conſvetudinibus,
cæteríſque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo &c: Datum *Romæ* apud
Sanctum Petrum Anno M. CCCC. LXXXXIX. Octavo idus Junij,
Pontificatûs noſtri Anno VII.

Reconciliandi Huſſitas Eccleſiæ poteſtas confertur.

Facultates Adminiſtratoris eligendi, & quædam Epiſcopalia munera exercendi.



Hen-

C. XIII.

Henricus Institoris Ordin: Prædic: Inquisitor Hæreticæ pravitatis deplorat Utraquistas, qui ad Pikardos deficiebant.

Reverendissimo in Christo Patri & Domino Domino Stanislao Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Ecclesiæ Sanctæ Olomucensis Præsuli Dignissimo, Henricus Institoris. 1500.

ADversus *Waldensium fratres*, quos vulgo *Pikardos* vocant, Insultus longè major pigritiæ *Catholicis Doctoribus* venit Excitator, cùm ipsa rabiem omnium Hæresum in suis Hæresibus excedere noscatur. Quid enim crudelius, ubi non portio aliqua *Ecclesiæ*, ut vestra præclara *Olomucen*sis existit diœcesis, *imò totius Christianæ* Religionis conari videntur fundamenta convellere, tantæque contagionis, ut cæteri etiam erronei relictis suis erroribus pristinis, ut in *Calixtinis* novissimè patuit, potiùs quàm ad Unitatem Ecclesiæ *Sanctæ Matris* redeant *Diabolicis Pitkardorum* erroribus se involvunt, & qui priùs *Compactata* & Calicem usq; ad Sangvinē prætendebant defendere pejoribus sordidantur, & non mirum, cùm talis instabilitas propriâ Hæreticorum, ut & qui priùs *verum Christi Corpus & Sangvinem subutraque* venerabantur specie, jam omnia hæc negantes, suos insuper prædecessores errasse tanquam damnatos abjiciunt, simplicem panem cum his perfidis post consecrationem affirmantes. Et cur hæc, nisi ut sub libertate viventes decorem *Ecclesiæ* in statuum, officiorum & dignitatum varietate, quibus ipsi carent, obfuscare & labefactare possint?

Raynald: T. XIX. Annal: Eccl.

Calixtinorum infælix lapsus.

Et de cæteris quidem *Germaniæ* Nationibus quid sentiendum, dum *odium cleri* secundùm *Bernardum* super Cantica, *sit initium Hæresum*, in quo secularis potestas quanto ampliùs incrassatur, tanto plus *Pikardorum* falsa dogmata si non acceptantur, tandem dissimulantur, unde & *multis Schismatibus, Principum dissensionibus, populorum scandalis*, animarum periculis vias pandunt; Quare revera, ut præmissum est, nisi *Sponsus Ecclesiæ* festino succurreret remedio, nihil ex ipsius corporis compage inconcussum evaderet: Utinam attenderent *Pagani*, utinam *Judæi* & omnes *Hæretici* cum quanta animi securitate, conscientiæque firmitate, pro hac nostra veritate fidei ad divinum judicium poterimus accedere! Nónne cum omni confidentia DEO dicere poterimus: *Domine si error est in hac nostra credulitate, à te decepti sumus, nam ista tantis signis & prodigijs confirmantur, & talibus, quæ non nisi à te & per te fieri possunt!* Et certè à prædictis summâ Sanctitate sunt nobis tradita viris, & cum summa & authenticâ attestatione comprobata, DEO ipso cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. &c.

Ex odio Cleri nascuntur Hæreses.

Fidei Christianæ certitudo.

C. XIV.

Leo X. recenſet Controverſias, ſeu Controverſ[...] Articulos inter Bohemos & Romanam Eccl[...] ſiam, repetitâ breviter Concilij Baſileenſis hiſt[...] riâ, & quæ concedi illis poſſent, & quæ non po[...] ſent Legatum ſuum edocet.

A. 1513.

Leo Epiſcopus Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Thomæ Tit: S. Martini [...] Montibus Presbytero Cardinali ad partes Hungariæ & Bohemiæ, noſ[...] & Apoſtolicæ Sedis Legato ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm te ad partes *Bohemiæ* tanquam pacis Angelum & Nuntium p[...] urgentibus & graviſſimis, etiam Chriſtianam Religionem concerne[...] tibus negotijs deſtinaverimus de Venerabilium Fratrum Noſtroru[...] *S. R. E. Cardinalium Conſilio*, inter cætera peragenda, Fraternitati tuæ co[...] miſeramus, ut dictos *Bohemos* ab unitate Eccleſiæ & rectitudine veræ fi[...] deviantes, in viam ſalutis, & veritatis reducere conareris, & cùm aliqui a[...] ticuli importantiæ & graviſſimi momenti cum eis per te noſtro nomine t[...] ctandi veniant & diſcutiendi, expediens judicavimus prædeceſſorum n[...] ſtrorum exemplo pro majori noſtra excuſatione, necnon ſatisfactione, [...] tui ſecuritate, illos ſub plumbo in forma literarum Apoſtolicarum per no[...] tamen de *Venerabilium Fratrum noſtrorum conſenſu* examinatos & diſcuſſ[...] in congregationibus, & deinde in ſacro *Conſiſtorio noſtro ſecreto*, inſerere [...] annotare, quorum tenor talis eſt: *in Concilio Conſtantienſi* fuerunt damn[...] quadraginta quinque articuli *Joannis Wyclef*, & triginta *Joannis Huß*, q[...] ponuntur in fine *Concilij Conſtantienſis*, & in tertia decima Seſſione ejuſde[...] definitum eſt: *quòd populus laicus ſolùm ſub una ſpecie communicetur.* D[...] inde in *Concilio Baſilienſi venientibus Bohemus* cum ſalvo conductu Conci[...] diſputatum, & diverſis Vicibus; quater cùm ad illud *Concilium Orator*[...] *Bohemi* venerunt in ſex annis, & diſputationes fuerunt ſolùm de quatuor art[...] culis ſuis: omnes enim alios articulos damnatos *Conſtantiæ*, vel alios quo-libet, dicebant non eſſe articulos Regni ſui.

Articuli cũ Bohemis diſcuſſi.

Primus ergo articulus fuit *de Communione Euchariſtiæ*: videtur quò[...] ſub utraque ſpecie eſſet utilis, & neceſſaria etiam populo laicali, etiam puer[...] & amentibus. Fuit in hoc articulo acriter diſputatum: tandem etiam ſu[...] Canone definitum eſt, & in *Concilio Baſilienſi* trigeſimâ ſeſſione, quòd no[...] aſtringuntur fideles communicantes tantùm, & non conficientes, ex nece[...] ſitate divini præcepti ſub utrâque ſpecie communicare; ſed *Eccleſia* quæ re[...] gitur ſpiritu veritatis, habet ordinare quomodo ipſis non conficientibus *Eu*-*cha*[...]

Articulus circa Communionem utriusque ſpeciei.

Non licet propriâ authoritate mutare ritũ Eccleſiæ.

riſtia miniſtretur, & ſive in una, ſive in duabus exhibita proficit dignè nmunicantibus ad ſalutem, nec ullatenus ambigendum eſſe ſub qualibet cierum Sacramenti totum *Chriſtum* contineri, & ſumi, conſvetudinémque antiquam *Eccleſiæ Romanæ* de communicatione populi laicalis *ſub una ie* panis laudabilem & rationabilem eſſe & pro lege habendam, nec illam robare aut mutare ſine Eccleſiaſtica auctoritate alicui licere; in ſecretis tan mandatis & inſtructionibus [ut ab aliquibus aſſeritur] ſi in alijs *Bohemi- Eccleſiæ* unitate convenirent, permittebatur *Bohemis clericis populum m laicalem ſub utraque ſpecie communicare*, dum crederent ſub qualibet *um Chriſtum* contineri, & communicantes ſub altera tantum ſpecie non re. Et in hoc articulo poſſet idem hoc tractari cum ipſis ad præſens, ſi lijs *Bohemi* cum Eccleſiæ unitate convenirent ac nobis concluſione cum s habitâ referri, ut ſi nobis expedire videbitur, omnibus conſideratis, in ſacro *Lateranenſi Concilio* votivè concedi, & determinari poſſet. De *ris* verò non potentibus ſe probare, & in amentibus non habentibus dilu- intervalla, videtur graviſſimum, quòd communicentur propter periuum irreverentiæ, & everſionis, aut expuitionis, vel vomitûs; quod & *ilienſes* deſiderantes multum *Bohemis* ſatisfacere, non auſi ſunt permit-; ideo non videtur tutum aliquid ſuper hoc concedere, ſed per circumctionem tuam, perſvaſionibus, & rationibus ſanis, ut ab hoc errore recet moveri poterunt, & induci ad hoc ſervandum, vel ut abſtineant velut multum ſcandaloſa.

Poſſe Bohemis concedi Communionem ſub utraque.

Infantibus Euchariſtia neganda.

Secundus articulus Bohemorum fuit, quòd peccata mortalia publica eſ- omnino punienda & cohibenda, etiam per inferiores, ſuperioribus non pro- entibus, de quo in Concilio *Baſilienſi* ſatis diſputatum eſt; & quamvis n ſub Canone, inter loquendum, tamen & in cedulis ſcriptis, & organo æſidentis, *Concilium* declaravit, quòd peccata mortalia publica ſecundùm *em DEI, & Sanctorum documenta Doctorum* quantum rationabiliter fie- poſſet, eſſent omnino cohibenda, ac corripienda; poteſtas tamen pundi criminoſos, non ad privatas perſonas, ſed ad habentes jurisdictionem is, juris ordine ſervato, reſervaretur.

Punitio peccatorum ad eos ſpectat, qui jus habent.

Tertius articulus de prædicatione Verbi DEI, quòd videlicet verbum EI à Sacerdotibus Domini, & Levitis idoneis, liberè, ac fideliter prædice-, qui etiam in *Concilio* ſub *Canone* non eſt definitus, ſed ſimiliter verbo in putationibus, & deinde organo Præſidentis declaratus; quòd Verbum i à Sacerdotibus & Levitis idoneis, & per ſuperiores probatis & miſſis lire, non tamen paſſim, ſed ordinatè ac fideliter prædicetur, ſalvâ auctorie *Pontificis*, qui eſt præordinator cunctorum in Eccleſia ſecundùm *Sancto- m Patrum* inſtituta.

De Verbo Dei prædicando.

Quartus articulus de Poſſeſſionibus Eccleſiæ, num liceat clero ſub tempo-

De Poſſeſſionibus Eccleſiaſticorum.

re

re legis gratiæ in bonis temporalibus ſæculariter & Civiliter dominari, ſim ter non fuit *per Canonem* definitus, ſed in diſputationibus per cedulas ac C gano *Præſidentis* declaratus eſt, quòd liceret, clericis & Eccleſiæ habere d

An dominium Civile Eccleſiaſticis competat.

minia temporalia & poſſeſſiones; & hoc dixit *Præſidens Concilij Orator* *Bohemum* reſpondentem de hoc articulo admiſiſſe, ſed feciſſe vim *in propri tate Dominij Civilis*, ita ut *Clerici* ſub proprietate termini dominij civil ſint tantùm *adminiſtratores bonorum Eccleſiæ*, & illa debent fideliter admi ſtrare juxta *Sanctorum Patrum ſalubria inſtituta*; quæ tamen bona ac al quàm ab ijs quibus eorum adminiſtratio canonicè commiſſa eſt, uſurpari ne reatu ſacrilegij non poſſunt. Tamen in hoc articulo, in quo eſt ma difficultas, & qui maximè facit *Bohemos non facile ab erroribus reſilire*, & q ſublato facilius ab alijs *erroribus reducerentur* ad ſanam doctrinam, & Cath licæ fidei obſervantiam, omni diligentiâ per te invigilandum eſt, ut ab h *errore recedant*; & propterea poſſet tentari aliqua concordia, ut videli dum in alijs *Bohemi*, prout eſt dictum, cum Eccleſia convenirent, & nu aliquas Eccleſias erigerent, vel deſtructas inſtaurarent, & reficerent, & *E ſcopis*, & *Sacerdotibus* aliquibus inſtituendis ſub ratione alimentorum co petenter providerent, & pro concordia præteritorum *fructuum uſurpa rum ad minus ad unum annum Exercitum decem millium, vel quinque milli*

Quædam Concordiæ leges.

armatorum contra Turcos expedirent, & tenerent data illis mediâ ſolutio ſtipendij, vel quomodo melius concordaveris, omnes præteriti *fructus ctis Bohemis* ſub illo prætextu tutè poſſent remitti; & quod inducerentur p nunc ſvaſionibus, & rationibus per circumſpectionem tuam ad reſtitue dum Eccleſijs tam *Metropolitanis, quàm alijs Cathedralibus*, & *dignitatib ac Canonicatibus*, & *alijs* Parochialibus *erigendis*, & *inſtituendis*, *aut inſta randis*, & *Monaſterijs* medietatem, vel certam partem dictorum bonoru

Ex his patet omne conſilium Sedis Apoſtolicæ de Regno Bohemiæ.

occupatorum pro dotalibus dictarum *Eccleſiarum* & *Beneficiorum*, & ſ *ſtentatione Miniſtrorum*, vel ſaltem quartam, prout meliùs fieri poſſet rati nibus & exemplis & auctoritatibus ſanctorum, & *Sacræ Scripturæ*, ac unive ſalis Eccleſiæ obſervatione eos ad hoc inducendo. Item quòd crederen permitterent, & conſentirent in futurum, *Eccleſiam* eſſe capacem ſucceſſi nis, vel acquiſitionis bonorum temporalium, quocumque titulo ultimaru voluntatum, vel inter vivos, videlicet teſtamento, legationum, donatio num, mortis causâ, vel inter vivos, vel per alios contractus, prout jura pe

actũ de permittendis Bonis Eccleſiaſticis pridem occupatis ſub nomine Emphyteuſeos

mittunt indifferenter; ita quòd ſi inpoſterum relinquantur Eccleſijs, po ſint & illa tutò retinere; de reliquis verò bonis Eccleſiaſticis per ipſos deter tis, & occupatis poſſet polliceri eis, quòd *per Sedem Apoſtolicam*, & nos ex ju ſtis cauſis, videlicet quia ſunt in confinibus infidelium, *præſertim Turcorum* & ſunt parati quocunque tempore militare contra illos, cum quinque vel de cem millibus pro expenſis, vel medio ſtipendio, dum occurrit caſus dari ei

den

in feudum, vel Emphyteusim, vel censum in secundam & tertiam ge-
tionem sub aliqua annua recognitione modici momenti: Cum hoc ta-
quod illis decedentibus sine filijs, nepotibus, & pronepotibus masculis
bona *revertantur ad Ecclesiam*, & possint, vel debeant arbitrio *Prælato-*
, in totum, vel pro parte alijs infeudari, vel retineri pro Ecclesiæ dote:
oc postmodum ad nos delatum propter rei gravitatem, approbante *Sacro*
cilio Lateranensi, ad majus robur & auctoritatem determinari, & conce-
ossit ex istis, & alijs causis, prout nobis videbitur postquam per te con-
um, opportunum fuerit cum illis: & de hoc nos certiores facti ante con-
ionem perficiendam, quam omnino differri volumus per te, quousque
ngulis nos certiores feceris, & à nobis responsum fuerit.

Prudentissima Leonis Papæ inventio quæ utinam successisset.

In alijs verò *articulis Bohemorum* antiquis *per sacra generalia Concilia*
nnatis, nec disputatio nec contractus concordiæ admittatur, nisi volue-
Compactata Germaniæ, quæ illis offerri poterunt, si etiam aliquas releva-
es seu dispensationes viciniorum, vel graduum matrimonialium, aut ob-
ationes festorum, aut officij longioris Ecclesiastici in *Sacerdotibus*, in his
m ij, qui nunquam in fide Catholica permanserunt, poterunt obligari si-
ensuris, vel culpa mortali (prout S. Dominicus fecit in *præceptis rerum*
fferentium in sua Regula) dum in quatuordecim articulis fidei, & septem
ramentis Ecclesiæ, ac decem præceptis decalogi, & *Sacra Scriptura* ac riti-
communibus Ecclesiæ de *imaginibus, crucibus, aquâ benedictâ, pacis oscu-*
ost Agnus DEI, & reliquis omnibus cum Ecclesia conveniant.

De Articul: alijs dãnatis negata ulla Concordiæ ratio.

Sacerdotib: conversis in dultum brevius officiũ

De ritibus ut conveniant cum Catholicis.

Patres verò *Basiliensis Concilij* in his tribus articulis ultimis *Bohemorum*
n diffiniverunt per *Canones*, aut *Decreta*, quòd in illis bene intellectis, ut
rà, modicè differebant ab Ecclesia. Et quia *Oratores Bohemorum* veni-
es ad *Concilium* & redeuntes celeriter ad *patriam suam* rogabant, ut diffini-
nem Patres Concilij suspenderent, quo usque ipsi cum *Baronibus* & popu-
Bohemorum, ex quo rationes Ecclesiæ jam audiverant, & de illis edocti e-
t, rem tractatibus concordarent, adeóque & definitionem *Communionis*,
æ rectiùs fidem spectabat, Patres ipsi Basilienses, sub canone non nisi post-
am discesserunt ultimò *Oratores Bohemorum*, definierunt, & constitue-
nt, quamvis ipsis præsentibus in omnibus *quatuor articulis* evidentissimè
i *synodales Patres* disputando superaverint, & evicerint ipsos *Bohemos*, ac
rbo, vel cedulis interloquendo superiores decisiones fecerint. Datum
omæ apud *S. Petrum* anno incarnationis Dominicæ M. D. XII. XII. Kal.
ctobris Pontificatûs nostri Anno I.

Cur Basileẽses circa 3. ultimos Articulos Decreta non ediderint.



C. XVI.

Clemens VII. Gratulatur Ludovico Regi Bohemiæ, quòd Piccardos hæreticos ex tota Bohemia proſcripſerit.

Regi Hungariæ & Bohemiæ.

1524. 6. Oct:

GRatias agimus *Domino DEO*, quòd is licet merita noſtra deficiant bonæ tamen illi, quæ in nobis eſt voluntati, ſuæ aliquando cæleſti miſericordiæ tribuit effectum; nam cùm ad Apoſtolicum regimen atque curam per ipſius providentiam electi omne ſtudium noſtrum, omnem diligentiam, omnem animi ſolicitudinē adhibuerimus, ut graviſſimis ma[lis] ac periculis, quibus Chriſtiana afflicta reſpublica eſt, aliquid opis & reme[dij] afferremus, pacémque ubique perturbatam, & religionem noſtram imp[iis] opinionibus, & *hæreſibus* oppugnatam in meliorem ſpem, & ſtatum reſti[tu]eremus; quid nos laboris, quid curæ ſubeamus in omnibus his, *Deus te[ſtis] eſt*, cujus nos unius auxilio, & miſericordiâ ſumus freti; quantum verò n[o]bis attulerit lætitiæ, ac incredibilis penè gaudij, quòd videamus re ipſâ & [ex]periamur, DEO gratas eſſe actiones noſtras, *Tua Serenitas* ex ſua erga ipſu[m] DEUM pietate poteſt exiſtimare: nam in *Germania* non deſtitit ferè quo[]tidie aliquid oſtendere divina potentia, per quod clareat infenſam illi eſſe im[]piorum mentem, & nunc, quæ ad nos de *Bohemiæ* rebus allata ſunt, mag[is] nos in ea ſententia confirmant, ut intelligeremus præſentem nobis adeſſe [et] noſtra Conſilia DEUM ſecundare ac egregia quidem pietas, præclar[us] inſtinctus animorum fuit *Catholicorum populorum atque hominum in B[o]hemia* & eorum etiam, qui minimis rebus diſſentientes facillimè cum un[i]verſali Eccleſia poſſunt convenire, ad exterminandos & ad propulſandos in[]manes, & impios hoſtes immaculatæ fidei *Pighardos*: ſed hic conſenſus [et] concordia, quæ procul omni dubio conflata auctore *Spiritu Sancto* eſt, *n[o]ſtris* quoque *conſilijs & Tuæ Serenitatis* auctoritate, ac regiâ poteſtate conſ[er]venda eſt; quod quanquam te facturum eſſe, vel jam effeciſſe pro tua pr[u]dentia confidimus, voluimus tamen has ad te literas ſcribere, quibus & an[i]mum in hac re noſtrum, & ſententiam cognoſceres, Nos tibi *Fili Chariſ[ſi]me*, ſi quid pro Regni tui ſtabilitate, & nominis tui honore optare debuimu[s] non potuimus cogitare majus, quàm id, quod ſponte obtulit DEUS, ut pe[ſ]ſimo genere hominum è tuo *Bohemiæ Regno* ſublato, jam tibi & tuæ ampl[i]tudini ſervientium, concordes & unanimes reliqui eſſent: cùm verò id ja[m] per ſe ipſum propemodum effectum ſit, neque ad negotium concludendum & purgandam *illam nobilem* pravis hominibus *Provinciam*, aliud deſit ni[ſi]

Miſer ſtatꝰ Eccleſiæ Chriſtianæ

Calixtini in Bohemia conjunxêre ſe Catholicis adv: Piccarditas.

nutu

ıtus voluntatis tuæ & approbatio *authoritatis, Serenitatem tuam* hortamur i Domino, & pro jure tutelæ & conjunctionis tecum nostræ requirimus, ut memoratam tam desideratam occasionem non amittere, sed incumbere om- tuâ potestate regiâ velis, ut nullo modo sceleratis hominibus ad inficien- am pestiferâ labe rursus *Bohemiam* reditus permittatur &c. Datum Ro- æ VI. Octobris, M. D. XXIV. anno I.

Hortatur, nè Piccardi redire finantur in Bohemiam.

C. XVI.

Clemens Papa VII. Archiepiscopum Strigoniensem hortatur, ut invigilet in Bohemia conatibus Piccardorum; nam Archi-Episcopus ille apud Regem Bohemiæ Ludovicum omnia poterat.

Archi-Episcopo Strigoniensi.

VEnerabilis Frater. Quæ fuerit tua adversus impiam & jam istic proserpentem sectam *Lutheranorum* opera, non ignoramus, & quantum quoque his proximis annis laboraveris, ut in *Bohemiæ Regno Ca- lxtini, qui parvis admodum in rebus à fide Catholica dissentiunt, ad reconcili- ionem Christianæ charitatis, ad unionem Dominici corporis reverterentur,* anè cognitum habemus, ac novissimè tuo potissimùm consilio scimus, & â industriâ fuisse factum, ut perfidum, atque pestiferum *Pighardorum ge- us,* quâ labe *illa inclyta diu oppressa est Bohemia,* à cœtu & Civitate Pragensi- n, tumultu propè populari, sancto quidem & pio, expellerentur, ac perfi- issimi homines, & perditissimi hæretici Dei omnipotentis justam iram sen- rent adversum se esse concitatam. Quæ nos acta tua, & opera digna illo onore, quem geris, & illâ piâ ac præclara voluntate, quam præstas, nobis n probata & grata sunt, ut illis non solùm laudem, sed etiam magnam gra- m nos debere fateamur. Verùm illud restat, ut quæ per te præclarè cœ- a sunt, non sinas, neque per alias tuas occupationes postponi, neque per icujus perfidiam disturbari; etenim allatum ad nos est, quòd magno cum olore accepimus, esse qui curent & operam interponant, ut *Calixtini,* qui m Catholicis senserunt contra *Pighardos,* ad concordiam cum eisdem *Pig- rdis* reducantur: ac horum quidem spiritus rectus & bonus non sine DEI umine contra pestiferos illos hæreticos inflammatus refrigeretur, sceleratis erò & nefarijs hominibus pro scelerum suorum & impietatis pœnâ præmi- m ultro restitutionis donetur: quòd nos neque quo consilio tractatum, ne- ue quâ conscientiâ susceptum sit, possumus intelligere: nam si in pravis ho-

1524.

Nota.

Laudatio summa à Papa Archiepiscopi Strigoniensis.

Nè Calixtini Piccardis jungantur.

minibus ſperari poſſet ſententiæ mutatio, & præteritorum pernicioſorum errorum ex pœnitentia dolor, nihil potius veniâ & miſericordiâ duceremus: ſed cùm hujuſmodi ſpei, nec ſpes ulla, nec cauſa eſſe poſſit, cùm eorum communio & contubernium cum melioribus, & aut rectè de fide Chriſti, aut non omninò ſiniſtre ſentientibus, nihil aliud afferre poſſit, quàm perniciem animabus, ſeditionem Civitatibus, confuſionem populis, Quidnam eſt in hac tractatione concordiæ, quod, aut DEO omnipotenti gratum, aut Regno illi, & Regi poſſit eſſe ſalutare? cùm præſertim etiam, nihil ſit quod nos moleſtiùs laturi ſimus, &c. Datum Romæ 28. Septembris M. D. XXIV. Pontificatûs noſtri Anno I.

C. XVII.

Literæ Patentes Ferdinandi I. ad omnes Ordines Bohemiæ de reſtituendo Archiepiſcopatu Pragenſi.

Ferdynand z Božj Miloſti Wolený Ržjmſký Cýſař / po wſſecky čaſy Rozmnožitel Ržjſſe / a Vherſký / Czeſký / Dalmatſký /
1562. Charwatſký / ec. Král / Ynfant w Hyſpanyj / Arcy-Knjže Rakauſké / Margkrabě Morawſké / Lucemburgſké / a Slezſké Knjže / a Lužický Margkrabě.

Vrozenym / Welebnym / Statečnym / Slowutnym / Opatrnym Panům / Prælatům / Rytjřům / Wladykám / a Měſtům / y ginym wſſem Poddanym naſſym ze wſſech Stawůw Králowſtwj naſſeho Czeſkého / wěrnym milým / Miloſt naſſy Cýſařſkau / a wſſecko dobré wzkazugem.

Hæ literæ pro foribus omnium Templorum & Curiarum per Boh. affixæ fuerũt Regis juſſu.

Ordines Bohemiæ in Comitijs ſæpius à Rege petierunt reſtitui Pragenſem Archiepiſcop:

WJerni Milj: Gakožto čaſůw předeſſlých w tomto Králowſtwj Czeſkém / rowně gako y w ginych Křeſťanſkych Králowſtwjch / Arcybiſkupſtwj / Předky naſſymi / Cyſařj a Králi Czeſkými Slawnych Paměti / wyſazeno bylo / a potomně ſkrze neſſťaſtné / protiwné a wálečné čaſy / ſeſſlo; Ygiauc My Křeſťianſkau horliwoſtj pohnutj / zaſe též Arcy-Biſkupſtwj wyzdwjhnauti / a w předeſſlý Spůſob vweſti / a mimo giné přjčiny / y toto v ſebe obzwláſſtně wážice / že Stawowé Králowſtwj naſſeho Czeſkého / několikrát ſami glau nás na Sněmjch obecnjch (poněwadž w ginych Zemjch k tomu Králowſtwj připogenych / totiž w Margkrabſtwj Morawſkém / w Olomaucy / a w Knjžetſtwj Slezſkém / w Wratiſlawi /

stawj Biskupstwj gsau) za to ponjžené prosyli. K tomu nicméně na pamatugjce / že gsau Předkowé Nassy / y My pro Ochranu wsseho Křesťanstwa a pro obecné dobré / proti dědičnému Nepřjteli Turku (gakož pak podle Práw Duchownjch / dobře a náležitě včiniti gsme to mohli) některé Kostelnj / a Duchownj Statky odcyzyli / abychom My wyzdwjženjm tohoto Arcy-Biskupstwj s přjslussegjcym duchownjstwjm / před Pánem Bohem Wssemohaucym / y Předkowé nassi dobrym Swědomym tim snažněgi / a lechčegi odpowjdati z toho mohli. A protož My gakožto Král Cžesky podle powolenj / a Confirmacy / kterå od Papežské Swatosti na to gest wyssla / Důstogného Antonina / wěrného nasseho milého za Arcy-Biskupa Pražského nařjkagem / a vstanowugem / chtjce tomu / aby on / y budaucy Potomcy geho pořádni w Králowstwj / y wen z Králowstwj tohoto Cžeského / ode wssech za to gmjni / ctěnj / y držáni byli / a wssecko Kněžstwo pod gednau / Kostelowé, a Fary se wssym Žákowstwem k němu wseligakau Poslussnost zachowali / a Vtočisstě w potřebách swých měli; A My y Dědicowé nassy / a budaucy Králowé Cžesstj / ráčjme dotčeného Arcy-Biskupa y Potomky geho podle Fundacy / wyzdwjženj / a weysaup nassy / z wlastnjch Cysařských / a Králowských Duchodůw nassich wychowati / beze wssech Stawůw a ginych Lidj pomocy / a bez vljženj těm Zápisům / kteréž Obywatelé Králowstwj Cžeského magj kterýchž gakých Statkůw od téhož Arcy-Biskupstwj od Nás / a Předkůw nassých Králůw Cžeských w pokogném drženj / a vžjwánj gsau; A tomu také / aby w Králowstwj nassem Cžeském oboge Strany pod gednau / y pod obogj Spůsobau tim dostatečně podle Compactatu se spraweti / w gednotě / a w swornosti trwati mohli / ráčjme při Papeži Geho Swatosti se wssj pilnosti o to vsylowati / a podle neywyšssj možnosti gednati dáti / aby skrze Disposicy Apostolskau gmenowany Arcy-Biskup a Potomcy geho / Kněžstwo pod Obogj tolikéž ordinowati / a swětiti mohl. Té nepochybné naděge gsauce / že Stawowé Králowstwj nasseho Cžeského / a obogjch stran Kněžstwo / takowé milostiwé od Nás Nařjzenj / a Arcy-Biskupa Vsazenj / s Poddanosti a wděčnosti přigmau / a podle těch Compactatůw / tolikéž y předesslých od Nás na to wysslých Mandátůw / a přjsnych Rozkazůw / pod pokutami gedni k druhým se chowati / w tom trwati / a w Křestianském laskawém Srozuměnj / podle Nassj / y gegich Powinnosti státi budau; tak aby sskodliwé / a podwodné Sekty / Kacýřstwj / a Bludowé w tomto Králowstwj se přetrhali / a trpjni nebyli / ani průchodu neměli; Kdež wědauc w tom gistau a konečnau wůli Nassy Cysařskau býti / tak se zachowegte / ginače nečinjce.

Dán

Archiepiscopatū restituere Ferdin: I. conatur, ex quodam conscientiæ impulsu.

Archiepiscopatum restituit Rex ex solis Regijs redditibus.

Archiepiscopus consecrabat etiam Sacerdotes Utraquistas.

Dán na Hradě Naſſem Pražſkém w Pondělj po Swatých třech Králjch. Léta ſſedeſatého druhého / a Králowſtwj Naſſých Řjmſkého 32. a giných 31.

Ferdynand.

Joachim de Nova Domo, S. R. Bohemiæ Cancell:

S. Heldt / Vice Cancell:

C. XVIII.

Inſtitutio Collegij S. Bonaventuræ in Civitate Pragæ, pro Studentibus Fratrum Minorum Conventualium Ordinis Sancti Franciſci, cum applicatione annui redditûs ab Imperatore Ferdinando II. eis aſſignati.

Gregorius Papa *XV. Ad perpetuam rei memoriam.*

Ex Bullario T.III. 21. f. 308. 1622. 5. Aprilis.

IN ſupereminenti *Sedis Apoſtolicæ Specula*, meritis licet imparibus, diſponente Domino, conſtituti, & intra mentis noſtræ arcana revolventes quantum ex literarum ſtudijs Catholica fides augeatur, divini nominis cultus protendatur, veritas agnoſcatur, & juſtitia colatur, ad ea, per quæ literarum ſtudia hujuſmodi ubilibet excitentur, libenter intendimus, & in his ſollicitudinis noſtræ partes propenſiùs impartimur, prout locorum qualitate penſatâ conſpicimus ſalubriter expedire.

Ferdina: II. Imp: añuũ redditũ pro Collegio in domo Regulari S. Jaco: Pragæ ord: FF. Convẽ: S. Franciſci, ſub invocatione S. Bonav. cũ Privilegijs ijsdem, quib9 gaudet Collegiũ S. Bonaventuræ in urbe.

§. I. Cùm itaque, ſicut dilecti Filij *Iacobi de Bagnacavallo Ord: Fratrum Minorum S. Franciſci Conventualium* nuncupatorum *Miniſtri Generalis* nomine, nobis nuper expoſitum fuit, *Chariſſimus in Chriſto filius noſter Ferdinandus Romanorum Rex in Imperatorem electus, mille & ducentos taleros* annuos, monetæ illarum partium *pro duodecim* Baccalaureorum, in Domo regulari *S. Jacobi Pragenſis* ejusdem ordinis manutentione, aſſignaverit, & propterea dictus *Ferdinandus Rex in Imperatorem electus*, tam ad Fratrum dicti Ordinis in prædicta domo ſtudentium commodum & profectum, quàm etiam ad militantis Eccleſiæ exaltationem, ipſiúsque *Civitatis* decorem in prædicta domo unum *Collegium* ſtudij pro uno *Regente* nuncupando, ac *duodecim Baccalaureis*, ſeu *Collegialibus ejusdem Ordinis Profeſſoribus*, per nos erigi, & inſtitui, aliásque ut infrà indulgeri ſummopere deſideret; Nos

pijs

is & laudabilibus, dicti *Ferdinandi Regis* in *Imperatorem* electi, votis, in
æmissis annuere volentes, supplicationibus ejus nomine *Nobis* super hoc
militer porrectis inclinati, ad Omnipotentis DEI laudem, & gloriam,
c non militantis Ecclesiæ exaltationem, divinique cultûs & orthodoxæ fi-
i augmentum, ac Religiosorum prædictorum commoditatem, & profe-
um, in prædicta domo *unum Collegium* sub invocatione *S. Bonaventuræ*, &
ísdem Ordinis *Professoris*, cum omnibus & singulis *Privilegijs*, *prærogati-*
, *& indultis Collegio* Sancti *Bonaventuræ ejusdem Ordinis de Urbe* con-
ssis, auctoritate Apostolicâ tenore præsentium perpetuò erigimus, & in-
tuimus.

§. II. Illíque sic erecto & instituto, pro ejus dote, ac unius *Regentis*, *duodecim Baccalaureorum seu Collegialium* inibi pro tempore existentium stentatione, & onerum eis incumbentium supportatione, *mille & ducen-* *taleros* hujusmodi, ità quòd liceat eis corporalem, realem & actualem il-rum possessionem suo & dicti Collegij nominibus propriâ auctoritate libe-apprehendere, & retinere, ac in ipsius Collegij usus & utilitatem conver-e, auctoritate & tenore prædictis etiam perpetuò applicamus, & appropri-nus. Applicat ei redditus in perpetuum

§. III. Decernentes, præsentes literas semper, & perpetuò vali-s, firmas, & efficaces existere, & fore, suósque plenarios & integros effe-is sortiri, & obtinere, neque per quoscunque Judices ordinarios & delega-, etiam *Causarum Palatij Apostolici Auditores*, ubique judicari, & definiri bere, ac irritum, & inane, si secùs super his â quoquam quavis auctoritate enter, vel ignoranter contigerit attentari. Clausulas hujus Erectionis subjicit.

§. IV. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus postolicis, nec non dicti Ordinis etiam in juramento, confirmatione Apo-licâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis, & consvetudinibus, cæ-isque contrarijs quibuscumque. Derogat contrarijs.

Datum *Romæ apud S. Petrum* sub Annulo Piscatoris die 5. Aprilis 1622. ntificatûs nostri Anno II.

CXIX.

Wegen der Collaturn bey den Königl: Städten / daß sie den Ertz-Bischoff / auff Ihr Mayest: belieben vberlassen.

Von Gottes Gnaden Wir Carl / Fürst vnd Regirer deß Hauses Lichtenstein / Hertzog zu Troppau / vnd Jägern-dorff / Röm: Kayser: auch zu Hungarn vnd Böheimb Kö-nig-

niglicher May: geheimber Rath/ vnd Verordneter Stadthalter in Königreich Böheimb.

Hoc Decretum postea contigit revocari.

Ehrsame/ Weisse/ besonders Liebe; Wir thuen euch zu wissen/ welcher gestalt Ihre Kayserliche May: Unser Allergnädigster König vnd Herr Herr; dem Hochwürdigsten/ Durchleüchtigen/ Hochgebohrnen Fürsten/ vnd Herrn/ Herrn Ernst Alberten von Harrach/ Ertz-Bischoffen zu Prag/ alle deroselben in diesem Ihrer Mayest: Erb Königreich Böheimb/ so wohl in denen Präger- alß andern Städten/ zugehörige Collaturn in dessen Verwaltung/ vnd fernern Verordnung der Kayser: vnd Königlichen allergnädigsten gefallen vnd belieben nach abgetretten vnd vbergeben haben/ vnd vns bey nebenst gnädigist anbefohlen/ daß Wir diesen Ihro May: gnädigsten Willen gehöriger orthen insinuiren/ vnd damit berührte Collaturn Ihrer Gnad: zu Verwaltung vbergeben wurden/ die würckliche vñ gemessene Verordnung thuen sollen. Alß haben Vermögen höchstgedacht Ihrer Kays: Mayest: allergnädigsten Befelch/ wir eüch solches im Nahmen vnd anstatt deroselben hiemit anfügen wollen/ mit dem befelch/ daß ihr nicht allein/ wann von Ihrer Gnad: dem obgemelten Herrn Ertz-Bischoffen zu Prag/ auff die Collatur vnd Pfarr/ welche bey eüch zu Leütmeritz ist/ Pfarrherr vnd Seelsorger verordnet vnd eingesetzt werden/ selbige annehmet/ sondern auch hinführo in Geistlichen Sachen mit ihr Liebden/ dem Herrn Ertz-Bischoffen eüch reguliren vnd richten sollen; allermassen ihr deme recht zu thun vñ mehr Höchstgedachter Ihrer Kay: vnd König: May: allergnädigsten Willen vnd Befelch zu vollziehen wissen werdet. Geben in der Kleinern Stadt Prag/ den 13. Januarij, An. 1625.

Carl von Lichtenstein.

An die Stadt Leütmeritz.

C. XX.

CXX.

Nova creatio Collegij in Civitate Pragensi Regni Bohemiæ Metropoli (in quo Scholares sustentandi, & sacrâ Theologiâ, cæterísque liberalibus disciplinis imbuendi sunt) Ac reddituum attributio, indultorúmque concessio, & communicatio sub disciplina Societatis JESU. Instituit olim istud Collegiũ Gregorius XIII. sed desuper Apostolicæ Literæ expeditæ non fuêre; prout narratur hîc in §. 2. & 3. & parum etiam hujusmodi Collegium processisse, ob quas causas S. D. N. Urbanus VIII. de novo illud ex integro erigit. Ex Bullario Pontificio.

Urbanus Episcopus, Servus Servorum DEI. Ad futuram rei memoriam.

QVoniam divinæ bonitati visum est, humilitatem nostram turbulentissimis Christianæ Reipublicæ temporibus ad universalis Ecclesiæ regimen vocare, ex eo tempore *Nos* ejusdem, adjuvante gratiâ, ea potissimùm, sicut officij nostri ratio postulat, cogitare, & agere non destitinus, quæ ad divinum ubique cultum propagandum, & Ecclesiasticam disciplinam restaurandam, & augendam, animarúmque salutem procurandam cognovimus pertinere. 1627. 1. Junij.

§. I. Inprimis verò animo recolentes *amplissimum Bohemiæ Regnum*, quòd superioribus sæculis inter cæteras Germanicæ Nationis laudes, atque virtutes tanto sinceræ fidei, & *Christianæ Religionis cultu* eminere solebat, ut reliquis Christianæ Reipublicæ partibus non minori exemplo, quàm ornamento, atque decori esset, nunc tot, tantísque in eo instinctu Sathanæ excitatis de *Religione dissidijs* ità miserandum in modum afflictum, & deformatum esse, ut nemo vel mediocri pietate præditus sine lacrymis tam gravem animarum jacturam recordari, nedum intueri queat, curam suscepimus, ut quibusvis possimus modis, nullis laboribus, nullísve sumtibus parcentes, apta sanandis illius vulneribus remedia adhibeamus. Animo recolit afflictionē Bohemiæ, & vetustā pietatē.

§. II. Ac providè considerantes fel: recor: *Gregorium Papam XIII. Prædecessorem nostrum*, optimo quidem consilio, *Collegium in Civitate Pragensi* dicti Regni Metropoli quadraginta alendorum, ac latinis literis, *Logicâ, Physicâ, aliísque liberalibus disciplinis, ac sacrâ demum Theologiâ, nec non pijs,* Greg: XIII. assignavit sum̃: 1530. taler: Impe. pro alendis Juvenibus in studijs ex Camera Apostolica.

& Christiano nomine dignis moribus instituendorum Germanicæ Nation puerorum causâ, eidem *Collegio Mille quingentorum triginta Talerorum Imperialium* summâ assignatâ, quam de præsenti *Camera nostra Apostolica persolvit*, aliàs Apostolicâ auctoritate erexisse, & instituisse, ut ij non per se solùm boni, doctíque evaderent, sed habendis *Concionibus, ac disputationibus, refellendis hæresibus, fideíque orthodoxæ veritati dilucidandæ*, ac præterea exercendæ animarum curæ, aliísque pijs & sanctis operibus apti, & idonei essent, & quàm maximum in *Ecclesia DEI fructum* ex se proferrent.

Parum eius consilium profecisse ob temporũ difficultates, nec expeditã fuisse Bullam desuper.

§. III. Id tamen ejus cæptum, atque conatum, tum propter obitu ipsius, tum ob varias, quæ postea sequutæ sunt, temporum & rerum difficultates, parum processisse, imò nec literas Apostolicas super hujusmodi erectione, & institutione expeditas fuisse verisimiliter credendum est, cùm factis plurimis tam in Romana Curia, quàm in dicta Civitate Pragensi diligentijs tales literæ reperiri non potuerint.

Erigit & instituit hoc Collegium Pragense pro 20. Juvenibus ex certis regionibus de sumendis.

§. IV. *Nos* ad opus hoc propagationi fidei utilissimum, præsertim hoc tempore, quo *Regnum Bohemiæ* summâ *operariorum Catholicorum* inopiâ laborat, totis viribus, prout ex susceptæ servitutis officio tenemur, promovendum, animum & mentem nostram convertentes, ac cœptum, & conatum dicti *Gregorij* prædecessoris, quantum in nobis est, renovare intendentes, maturè desuper *cum Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Congregationi de propaganda fide præfectis habito consilio, motu proprio*, non ad alicujus nobis desuper oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, merâque liberalitate nostris, ac de *Apostolicæ* Potestatis *plenitudine ad DEI omnipotentis laudem, sanctæq; ipsius Ecclesiæ incrementum*, præcipuámque germanicæ nationis salutem, & commodum in dicta *Civitate Pragensi* rursus *Collegium præfatum Pragense* appellandum, in quo post hac non minùs quàm viginti alumni, videlicet ex *Bohemia octo*, ex *Silesia tres*, ex *Lusatia duo*, ex utroque Palatinatu etiam *duo*, ex *Brandeburgica Marchia* similiter *duo* & ex ambabus *Saxonijs* alij pariter *duo*, ex *Hassia unu* colligendi, dictis scientijs, & disciplinis, nec non sacris Canonibus instituiatque erudiri, & si contigerit ex *Silesia, Lusatia, utroque Palatinatu, ex Brandeburgica, Hassia, & utraque Saxonia Alumnos* haberi non posse, tunc & eo casu post factas à *Rectore* dicti Collegij, & demum à dilecto filio moderno, & pro tempore existente nostro & *Sedis Apostolicæ Nuncio* apud *charissimum in Christo Filium nostrum* modernum & pro tempore etiam existentem, *Romanorum Regem Imperatorem electum* commorante diligentias, *Alumni Bohemi* in locum eorum assumi debeant, Apostolicâ auctoritate præfatâ, tenore præsentium de novo ex integro perpetuò erigimus & instituimus.

Attribuit 1530. taleros pro ijs alendis.

§ V. Illique sic erecto & instituto, pro congrua ejus dote ac Alumnorum præfatorum & illis inservientium personarum, sustentatione, onerúm-

úmque illis incumbentium ſupportatione, redditus annuos *mille quingento-um triginta Talerorum* hujusmodi ex Cameræ Apoſtolicæ pecunijs quot nnis ſumendos & enumerandos diſtributa in trimeſtres ſingulos pro rata olutione, quoad de totidem redditutum ſumma in bonis ſtabilibus eidem *Collegio* à nobis, vel Succeſſoribus noſtris fuerit proviſum, eiſdem auctorita-e & tenore concedimus & attribuimus.

IdCollegiũ inſtitutioni & regimini S.I.cõmittit

§. VI. Cæterùm cùm *dilectorum filiorum Presbyterorum Societatis Jeſu*, in hoc educandorum, inſtituendorúmque adoleſcentium munere *di-igentia, fides, integritas & in alijs hujusmodi Collegijs* & in hoc ipſo ſatis cog-ita ſit atque perſpecta, idem *Collegium* atque Scholares illius, ipſorum, ſicut riùs fuit, regimini, inſtitutioni, doctrinæ, atque prudentiæ eâdem auctori-ate etiam perpetuò ſubjicimus atq; ſubmittimus.

Protectores Collegij creat Card: de propagãda, qui Vice protectorẽ conſtituant Archiepiſc: pragen:

§. VII. Præterea, ut ejuſdem Collegij conſervationi, bonóque re-imini tam in his quæ ad Scholarium inſtitutionem & diſciplinam, quàm uæ ad victum, veſtitum, aliaque hujuſmodi neceſſaria pertinent, opportu-iùs conſulatur, & promtum eis, paratúmque auxilium ſit, dictos *S. R. E. Cardinales Sacræ Congregationi præfatæ* præfectos nunc, & pro tempore exi-tentes ejuſdem *Collegij Protectores, & Defenſores*, qui in *Vice-Protectorem* llius *Venerabilem Fratrem noſtrum Archiepiſcopum Pragenſem* ſimiliter nunc & pro tempore exiſtentem, ità tamen ut in gravioribus nihil præcipere, aut nandare, vel facere valeat ſinè conſilio & conſenſu *Nuncij præfati*, quibus liquid eorum, quæ in hac fundatione vel in regulis à *Congregatione* præfata pprobatis continentur, immutare minimè licebit, abſque ejuſdem *Congre-ationis* vel *Romani Pontificis* expreſſa licentia, deputare poſſint & valeant, ea-lem auctoritate conſtituimus & creamus.

Facultates Protectorũ, & Viceprotectoris.

§. VIII. Illíſque, ac *Vice-Protectori* præfato pro ſalubri illius con-ervatione, *Alumnorum*, bonorum & rerum ac jurium temporalium & ſpiri-ualium ejuſdem Oeconomos, Advocatos, Procuratores in eo deputandi & imovendi, & alios eorum loco ſubſtituendi, differentias, lites, & contro-erſias inter quaſcumque perſonas, tam *Alumnorum*, quàm *Miniſtrantium Clericorum, & Laicorum non tamen Presbyterorum ipſius Societatis* exortas ummariè, ſimpliciter & de plano ſinè figura, aut ſtrepitu judicij, appellati-one quacumque remotâ, decidendi, definiendi, terminandi, & exequendi, *Statutáque & ordinationes diſciplinam Scholaſticorum & ſtudia Alumnorum præfatorum* concernentia, æqua tamen, & honeſta, ſacríſque Canonibus, & Concilij Tridentini decretis non repugnantia, faciendi, & condendi, eá-que cum opus fuerit, revocandi, immutandi, & corrigendi, aliáque de novo condendi, quæ poſtquam facta, edita, revocata, immutata, & correcta fue-int perinde habeantur, & obſerventur, ac ſi auctoritate Apoſtolicâ appro-bata, & confirmata eſſent, prout illa ab omnibus dicti *Collegij Alumnis* ita

haberi & inviolabiliter obſervari mandamus, plenam & liberam auctorita-
te, & tenore præmiſſis, concedimus facultatem.

Modum & formã ad- mittendorũ præſcribit.

§. IX. Quod autem ad dictorum *Alumnorum* admiſſionis modum & formam deinceps habendam attinet: *Rectorem, Presbyterum* dicti Col-legij pro tempore exiſtentem librum habere, in quo notentur nomina, & cognomina, ac patriæ, & parentes *Alumnorum* qui recipientur indicto Col-legio & ex eo dimittentur, ex dictóque libro ſingulis annis Catalogum eo-rum, qui recepti, & qui dimiſſi fuerint cum die, & menſe ingreſsûs, & egreſ-sûs illorum ad *Nuncium præfatum* transmittere, ut ipſe *Nuncius* illum dictæ *Congregationi* transmittere poſſit. Quod ſi ex aliqua peculiari cauſa dimit-ti contigerit, eam etiam in dicto *Catalogo* exprimi; inſigniores verò *Alumno-rum* præfatorum actiones in eodem libro annotare, eáſque ſuo tempore ei-dem Nuncio ſignificare, ut pariter de illis *eandem Congregationem* certiorem facere valeat, quas ad nos, & *Succeſſores noſtros Romanos Pontifices* pro tem-pore exiſtentes per *eandem Congregationem* deferri volumus, ut cùm occaſio tulerit, præmio cohoneſtentur.

Circa admi niſtrationẽ Bonorum temporaliũ

§. X. Ac denique alium *Librum* in quo dati & accepti rationes dili-gentiſſimè deſcriptæ ſint, illæque ſingulis annis ad minus eidem *Nuncio* red-dantur, & in ejus manibus relinquatur *folium*, vulgo *bilancium* nuncupatum, in quo proviſio *Collegij*, & alia quæ ipſius *Collegij*, vel *Alumnorum* ration-accéperit, & ea quæ illo anno pro ipſius *Collegij*, *&* *Alumnorum* ſuſtentatio-ne impenderit, notata exiſtant, ut ſimiliter ab eodem *Nuncio* ad Urbem mit-ti poſſit, etiam habere. Si quod autem de tota ſumma penſionis *Pontifici*-redditis rationibus ſupererit, id vel in alijs *Alumnis* evocandis vel in neceſſa-rijs libris emendis, vel in veſtiendis *Alumnis* dimittendis, vel etiam in reddi-tibus augendis, aut in alijs Collegij neceſſitatibus arbitrio *Nuncij & Archi-Epiſcopi Pragenſis* præfatorum impendi debere, eâdem auctoritate ſtatuimus & ordinamus.

Privilegia Alumnorũ maximè in ſuſcipiẽdis ſacris Ordi nibus.

§. XI. Ut verò hujus *Collegij Alumni* poſt longos ſtudiorum, vel cœptorum, vel conſumatorum labores expeditiores, & alacriores ad ſuccur-rendum *Patriæ* neceſſitatibus reddantur, eiſdem alumnis, ut cum ſolis literis teſtimonialibus dicti *Collegij Rectoris* pro tempore exiſtentis *Archi-Epiſcopi Pragenſi* offerendis, ab eóque ſubſcribendis, ac ejus ſigillo muniendis, niſi fortè *Alumni* præfati ſuos *Ordinarios* habuerint, â quibus dimiſſorias à *Con-cilio Trident:* ordinatas habere poſſint, ad omnes etiam ſacros, & Presbytera-tûs Ordines ſinè aliquo beneficij, vel patrimonij titulo, etiã extra tempora ad id â jure ſtatuta, & intra annum, anniq; circulo non expectato, minúsq; ſerva-tis ad id à *Concilio Trident:* præfato de ſignatis interſtitijs (dum̃odo ad id aliàs reperiantur idonei) promoveri, & poſtquam promoti fuerint, in illis etiã in altaris miniſterio miniſtrare, ac etiam tam ipſi, quàm cæteri omnes in dicto *Collegio* degentes, ut pœnitentiæ & Euchariſtiæ etiam die Paſchatis, & extre-

mæ

ıæ unctionis *Sacramenta à Confeſſario*, aut alio *Sacerdote* ipſius *Collegij* à di-
o *Rectore* conſtituendo ſuſcipere libere & licite valeant, auctoritate & teno-
: præmiſſis de ſpeciali gratia indulgemus.

§. XII. Verùm, ut quantum fieri poterit, dictorum *Alumnorum* aupertati, & neceſſitati ſuccurratur, *Archi-Epiſcopos*, *Epiſcopos*, & alios ıte dictarum *Provinciarum beneficiorum Collatores & Collatrices* ſeriò re- uirimus, & monemus, ut in illis conferendis, & præſertim ſi beneficia hu- ſmodi pro tempore obtinentibus immineat cura animarum, *Alumnos præ- tos* alijs omnibus cæteris paribus præferant: *Nuncios* quoque *Sedis Apo- ϸlicæ*, aliósque *Prælatos ſupra dictarum Provinciarum*, in quorum *Diœceſi lumni præfati* extiterint, ſimiliter monemus, & hortamur, ut in occurrenti- ıs beneficiorum, & præſertim curam animarum habentium vacationibus, uorum collatio, proviſio, vel diſpoſitio quoquomodo ad *Sedem Apoſtoli- m* pertinuerit, de illis *Alumnis* ante dictis *pauperioribus*, præcipuéque noſtrâ ontificiâ gratiâ dignis, *Nos*, *Succeſſoréſque noſtros Romanos Pontifices* pro mpore exiſtentes certiores faciant, ut munificentiam noſtram erga illos, ro ut tempus, vel occaſio tulerit, exercere poſſimus. Et generaliter in di- nitatibus, Canonicatibus, & Præbendis, parochialibus Eccleſijs, & alijs be- eficijs per collationem, vel electionem in *Alumnorum Patrijs* providendis, ijs omnibus cæteris paribus, tam in Romana Curia, quàm in Eccleſijs ſuis riginalibus præferri volumus & decernimus.

Hortatur Epiſcopos, & Collatores, ut hos Alumnos cæteris præferant in beneficijs.

§. XIII. Atque inſuper eiſdem *Collegio & Scholaribus*, *Rectoribus*, *Gubernatoribus*, omnia, & quæcumque *Privilegia, Exemptiones, liberta- s, facultates* & indulta, quibus *ſtudium generale Almæ Urbis noſtræ*, & illius *ectores*, *Doctoréſque*, & in eo legentes quovis modo utuntur, potiuntur, gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in ıturum, quibuſque *Collegium*, *& Scholares*, *ac Rectores*, *& Gubernatores* ujuſmodi non ſolùm ad eorum inſtar, ſed pariformiter & æquè principali- ruti, potiri, & gaudere valeant in omnibus, & per omnia eiſdem auctori- ıte, & tenore communicamus.

Collegio & ejus perſonis comuni cat privilegia ſtudij Generalis Urbis. Quæ ſint hæc Privilegia V. Conſtit: 9. Bonifacij VIII. T. p. 160.

§. XIV. Ut verò temporalibus commodis ſpiritualia munera quo- ue conjungamus, quibus fidelium devotio, & merita creſcere magis & au- eri poſſint *de Omnipotentis DEI miſericordiâ* ac *Beatorum Petri & Pauli A- oſtolorum* ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis *Scholaribus*, *Rectori- us & Miniſtris*, qui in idem *Collegium* recepti fuerint in ipſo ingreſſu, & de- ıde in exitu, ſi quidem confeſſi, & contriti *Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacra- ıentum* ſumſerint, atque etiam ſi in eodem Collegio decedere eos ab huma- is contigerit, in mortis articulo *plenariam omnium peccatorum ſuorum in- ulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino* concedimus & largimur.

Indulgentias concedit huic Collegio, quod nunc Convictus S. Bartholom: dicitur.

§. XV. Poſtremò quaſcunque regulas, & conſtitutiones ad ejuſdem Collegij, illiúſque perſonarum rerum & bonorum ſpiritualium & tempora- lium

Statuta à Congr. de propagãda edita obſervari mandat.

lium curam, regimen, gubernium, directionem, & administrationem, ac *Alumnorum præfatorum* receptionem, admiſsionem, victum, amictum, inſtructionem, diſciplinam, & alia quomodolibet pertinentia à dicta *Sacra de propaganda fide Congregatione* die Novembris milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi ſexti edita, etiam perpetuò approbamus, & confirmamus, illáſque ab omnibus inviolabiliter obſervari volumus & mandamus.

Clauſulas præſervativas addit.

§. XVI. Decernentes præmiſſa omnia & ſingula ac præſentes nullo unquam tempore ex quibusvis cauſis ſubreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quocumque alio defectu notari, impugnari, retractari, ſeu etiam revocari, ſuſpendi, reſtringi, limitari, aut in jus, vel controverſiam vocari, ſeu ad terminos juris reduci poſſe, nec quemquam ad eaſdem præſentes in *Camera Apoſtolica* juxta *Conſtitutionem* piæ memoriæ *Pij Papæ IV.* etiam prædeceſſoris noſtri deſuper editam, aut alias quandocumque præſentandum, inſinuandum, & regiſtrari faciendum, teneri, neque propterea illas irritas eſſe, ſed omnimodo valere, ac ſi *Conſtitutio* præfata, & alia contraria minimè emanaſſent.

Aliter definienda vel judicanda irritat.

§. XVII. Sícque per quoſcumque *Judices ordinarios & delegatos* etiam *Cameræ Apoſtolicæ Præſidentes*, *Clericos*, ejuſdem *Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarium*, *Vicecamerarium & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores*, ac alios ejuſdem *S. R. E. Cardinales*, ſublatâ eis, & eorum cuilibet, quâvis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

Executores hujus Conſtitutionis deputat.

§. XVIII. Quo circa *Venerabili Fratri Archi-Epiſcopo Pragenſi & Nuncio Præfato*, ac dilecto cauſarum curiæ *Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori* motu pari mandamus, quatenus ipſi, vel duo aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes noſtras literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte *Rectoris*, *& Alumnorum Collegij* hujuſmodi fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illíſque efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtrâ eaſdem præſentes & in eis contenta hujuſmodi ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, firmiter, & inviolabiliter obſervari, ac *Rectorem & Alumnos* hujuſmodi, illis pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper per quoſcumque, quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores quoslibet & rebelles per Cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliáq; opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo, ac cenſuras, & pœnas ipſas ſervatâ formâ ejuſdem *Concilij Tridentini* etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam adhoc ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis.

Contraria abrogat.

§. XIX. Non obſtantibus noſtrâ de gratijs ad inſtar *non concedendis* ac præfatâ *Gregorij Prædeceſſoris* hujusmodi quatenus opus ſit, & quatenus repe-

eperiretur, ac quibusvis alijs *Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis* nec non *Statutis & consvetudinibus*, *Privilegijs* quoque, indultis, & *Literis Apostolicis* quibusvis, *Universitatibus*, *Collegijs* eorúmque *Rectoribus*, & personis etiam sub quibusvis verborum tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, nec non irritantibus & alijs decretis in genere, vel in specie etiam motu, scientiâ, & potestatis plenitudine similibus & aliàs quomodolibet iteratis vicibus concessis approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiamsi de illis eorúmque totis tenoribus pro eorum sufficienti derogatione specialis, specifica, & expressa, ac individua, & de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma adhoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitùs omisso, & formâ in illis traditâ observatâ, inserti forent, eisdem præsentibus pro plenè & sufficienter expresis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expressè harum serie derogamus, contrarijs quibuscumque, aut si quibus communiter, aut divisim ab eadem *sit Sede* indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per *literas Apostolicas* non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§. XX. Volumus autem, quòd earundem præsentium transumtis etiam impressis, manu *Notarij Publici* subscriptis, & sigillo communi dicti *Collegij*, *aut alicujus curiæ Ecclesiasticæ* seu personæ in dignitate *Ecclesiastica* constitutæ, munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra, ac aliàs ubicumque opus fuerit, habeatur, quæ haberetur eisdem præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Transũtis credi jubet.

§. XXI. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ erectionis, institutionis, attributionis, subjectionis, submissionis, constitutionis, creationis, statuti, ordinationis, indulti, communicationis, concessionum, elargitionis, approbationis, confirmationis decretorum, mandatorum derogationis, & voluntatum, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem *Omnipotentis DEI*, ac *Beatorum Petri & Pauli Apostolorum* ejus se noverit incursurum. Sanctionẽ pœnalem superaddit.

Datum *Romæ apud S. Mariam Majorem*, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo septimo, Kal: Junij, Pontificatûs nostri anno quarto.



CXXI.

ContractusSalis, ut vocant, compendio relatu in compensationem Bonorum Ecclesiasticor in Bohemia.

vide hunc Contractu per extensu in Lunig Archiv Parte Speciali. Continuat. I. Fortsetzung pag: 211.

A. 1630.

Ex Pefl: in Phof. rad: I

I. CONtractum hunc iniverunt, per plenipotentiarios & mandatari ad hoc specialiter deputatos, Papa Urbanus VIII. nomine suo, & Sedis Apostolicæ, nec non totius Cleri, tam sæcularis, quàm regula ris; & Ferd: II. Imp. nomine suo, suorúmque in Regno Bohemiæ hæredum, & successorum Catholicorum, legitimè intrantium, sicuti & eorum, quibus ip Ferdinandus, & ejus in Regno Bohemiæ Antecessores, aliquid de bonis Eccle asticis, grassante in dicto Regno hæresi, diversimodè alienatis, dederunt.

II. Plenipotentiarij & mandatarij pro parte Sanctissimi, fuerunt E minentissimi S. R. Eccl: Cardinales, Dominus Ernestus Adalbertus ab Harrac Archi-Episcopus Pragensis, & Dominus Joannes Baptista Palottus Archi-E piscopus Thessalonicensis, ac suæ Sanctitatis & S. Sedis Apostolicæ, per Germa niam, Hungariam, Bohemiam &c. universúmq; Imperij districtum, cum fa cultate Legati de Latere Nuntius. Pro parte verò Ferd: II. Rom: Imp. tam quam Bohemiæ Regis, Maximilianus Comes de Trauttmansdorff, Guilhelmu Comes Slavata, supremus Regni Bohemiæ Cancellarius, & Otto Liber Bar de NosticZ, ejusdem Regni Vice-Cancellarius.

III. Contractus iste eò unicè spectabat, & referebatur, ut per illum in perpetuum extingverentur, & eliderentur omnes prætensiones & contro versiæ, quæ adversùs Reges Bohemiæ, & Cameram dicti Regni, nec non e jusdem Regni Duces, Principes, Comites, Barones, Equites, Nobiles, Ci vitates, communitates & alios quoscunque subditos Regni, bona Ecclesia stica in dicto Regno possidentes, de & super eorundem bonorum ad Eccle sias & Monasteria, tam virorum, quàm mulierum, aliáque Beneficia Ecclesia stica, tam sæcularia, quàm regularia, spectantium, & grassante hæresi in dicto Regno diversimodè alienatorum recuperatione, ac illorum, & fructuum perce ptorum restitutione, rebúsque alijs, motæ & deductæ fuerunt, & in futurum moveri, & deduci possent. Item ad consulendum conscientijs, talia bona pos sidentium, & procurandum bonum publicum pacis & quietis, inter Ecclesiasti cos & Laicos præfati Regni Bohemiæ incolas.

IV. In hunc finem plenipotentiarij Cæsarei cesserunt in perpetuum Sanctissimo, & Sedi Apostolicæ in Beneficium Ecclesiæ, Religionis Catholicæ, & universi Cleri Bohemiæ, annuum perpetuum redditum, 15. cruciferorum, su per quolibet modio salis, quem vulgò vocant, magnam cupam, in Regnum Bo-

hemiæ

ꝛmia ex quacunque parte introducendi, vel in ipſo Regno Bohemiæ effodiendi, ꝛl excoquendi, vel quomodolibet conficiendi. Quam ceſsionem Domini ꝛenipotentiarij Sanctiſsimi acceptarunt, additis nonnullis conditionibus, ꝛdelicet:

I. Ut aſſignatio præfati annui redditûs ſalis, mutari ſeu revocari non ꝛſſit, neque per eundem Imperatorem, neque per ejus in Regno Bohemiæ hæꝛdes, & Succeſſores quosvis in perpetuum, nec per ejusdem Regni Status, ꝛovis prætextu, vel causâ, niſi priùs cum S. Sedis ac Romani Pontificis, pro ꝛmpore exiſtentis, authoritate & approbatione, eorundémque Eccleſiaſticoꝛm conſenſu i aſſignatis tot alijs bonis immobilibus frugiferis, uberis, nullíque ꝛeri aut ſervituti ſubjectis, in dicto Regno conſiſtentibus, quæ annuatim tanꝛm reddant, quantum præfata aſſignatio quindecim crucigerorum, ſuper quoꝛbet modio ſalis, ut ſuprà, in Regnum introducendi, aliàs quomodolibet effoꝛendi, excoquendi, aut conficiendi redderet, florente Regno. II. Ut ꝛdditus annuus præfatus ex ſale habendus, in favorem dictorum Eccleſiaſticoꝛm, modò eis benè viſo, non autem ad manus Officialium regiorum, deveniꝛ, & devenire debeat; illísque jus ſit inquirendi, & providendi, nè quid in ꝛaudem dicti annui redditûs unquam fiat. III. Ut præfatus redditus ꝛlis in favorem Eccleſiaſticorum, ut præfertur, aſſignatus, intelligatur eſſe, ꝛr ſit merus Eccleſiaſticus; & ijs privilegijs, exemptionibus, immunitatibus, ꝛbertatibus & prærogativis potiatur, & gaudeat, quibus de jure, vel conſveꝛdine, vel aliàs quomodolibet bona merè Eccleſiaſtica potiuntur & gaudent.

V. Viciſsim Domini plenipotentiarij Sanctiſsimi Domini Papæ ꝛrbani VIII. ceſſerunt in perpetuum, & ſine *Onere* ullius *Evictionis*, Auguꝛiſſ: Imperatori & ejus in Regno Bohemiæ legitimis hæredibus & ſucceſſoꝛbus *omnibus bonis, decimis, primitijs, rebus, juribus, actionibus, annuis ꝛæſtationibus, cenſibus, ad quoſcunque Eccleſiaſticos Regni Bohemiæ (non taꝛen ad Hoſpitale S. Joannis Hieroſolymitani) quomodolibet ſpectantibus; cuꝛſcunque qualitatis, quantitatis, & valoris fuerint, & quocunque prætextu ꝛel causâ, graſſante in Regno Bohemiæ hæreſi, occupata, alienata & uſurpata ꝛnt, ac detineantur. Ita ut quæ taliter alienata, vel occupata ſunt, ante reꝛimen Rudolphi II. (ſive Camera teneatur de eorum evictione, ſive non) poſſeſꝛribus eorundem pleno jure, & irrevocabiliter permaneant.* Quæ verò alieꝛata, vel occupata ſunt, *poſt regimen Rudolphi II. ea non cenſeantur incluſa* ꝛuic contractui, niſi fuerint ejuſmodi, *ut eorum poſſeſſores habeant actionem ꝛe evictione contra Cameram Regiam Bohemiæ, ſeu Reges Bohemiæ.* Quam ꝛhabuerint, idem fore de illis, quod de bonis *ante Rudolphi II. regimen alieꝛatis & occupatis*, intelligendum.

VI. Reſervârunt nihilominùs præfati Domini Papales plenipotenꝛarij Eccleſiaſticis. Primò, omnia jura, privilegia, immunitates, & præ-

rogativas non attingentes *bona immobilia, annuas præstationes, decimas, cen-sus, libellos, emphyteuses, & alias res Ecclesiasticas durante hæresi alienatas, vel occupatas;* ita ut his juribus per hujusmodi cessionem seu transactionem *nullum fiat, aut factum censeatur quocunque modo præjudicium.* Reserva-runt secundò, *jura & actiones, quæ Ecclesiasticis quomodolibet competunt, vel competere possunt aut poterunt, super bonis quocunque tempore, etiam ante Ru-dolphi II. regimen oppignoratis, dummodo possessores non habeant contra Re-ges Bohemiæ, vel Regiam Cameram actionem de evictione; vel si illam habue-rint, possint Ecclesiastici ipsi, solutâ pecuniâ ob quam fuerunt oppignorata, su-sceptisq; in se molestijs, illa liberè recuperare.*

VII. Vi hujus contractûs absolvuntur, & declarantur *Reges Bohe-miæ, & quicunque alij ejusdem Regni Duces, Principes, Comites, Barones, E-quites, Nobiles, Civitates, communitates, & quicunque alij Regni subditi, bona Ecclesiastica in dicto Regno possidentes, in utroque foro tam externo, quàm interno, liberi, tuti, & securi, ab omni eorundem, & fructuum ex ipsis perce-ptorum restitutione; prohibentúrque Reges Bohemiæ dictorum bonorum pos-sessoribus, si Catholici fuerint, super ijs, & eorum possessione aliquas inferre molestias.*

VIII. Nè verò Ecclesiastici contra possessores bonorum, de quibus inter utrosque plenipotentiarios transactum est, possent se tueri aliquo jure, in favorem bonorum Ecclesiasticorum condito, Sanctissimus Dominus Pa-pa Urbanus VIII. in hoc contractu expressè derogavit, & ex tunc derogatum esse voluit, *omnibus juribus, constitutionibus, statutis, consvetudinibus, pri-vilegijs, indultis, & literis Apostolicis, quæ contra hanc bonorum Ecclesiastico-rum cessionem facere, aut ejus effectum impedire, vel labefactare possent; illis alioquin in suo robore permansuris.*

IX. Ad majus hujus contractûs robur & firmitatem, voluerunt Do-mini plenipotentiarij Sanctissimi, ut conventio, assignatio aliáque omnia in Instrumento præsentis contractûs contenta, *inserantur in Tabulas* (ut vo-cant) *dicti Regni; juxta ejusdem Regni stylum & usum.* Utque hujusmo-di conventio *pro non facta habeatur, casu quo Imperator, vel ejus in Regno Bo-hemiæ hæredes & successores, vel quilibet eorum, vel etiam ejusdem Regni Sta-tus, in totum vel in parte, eidem conventioni, vel aliquibus in instrumento præ-sentis contractûs contentis, contrafecerint, aut contra illam, & illa venerint; sit nihilominùs in eo casu in Sanctæ Sedis Apostolicæ electione; vel eandem con-ventionem, & in ea, ac in Instrumento præsentis contractûs contento, nullam declarare, vel ut ad illius & illorum implementum agant, Ecclesiasticis jubere.*

X. His inter Dominos plenipotentiarios Pontificios & Cæsareos, coram *duobus Notarijs juratis*, ultro citróque transactis, utrique Domini plenipotentiarij jurârunt tactis scripturis, ad S. Dei Evangelia, *de omnibus &*

[s]ingulis, in hoc contractu contentis, firmiter & inviolabiliter tenendis & adimplendis.

Ex hoc contractu *sequitur I.* Contra & adversus Reges, aut Cameram [R]egni Bohemiæ, & alios quoscunque subditos ejusdem Regni, possidentes [b]ona Ecclesiastica occupata, usurpata, vel alienata, ante Regimen Rudol[p]hi II. nullam prorsus cuiquam superesse, dari, vel competere actionem su[p]er eorundem bonorum recuperatione, vel fructum perceptorum restituti[o]ne, sive Reges Bohemiæ, aut Camera Regni, teneantur possessoribus de *[e]victione*, sive non.

Sequitur II. Idem intelligendum esse de bonis Ecclesiasticis, alienatis post regimen Rudolphi II. super quibus Camera regia, aut Reges Bohe[m]iæ, tenerentur possessoribus præstare *evictionem.*

Sequitur III. Vi hujus contractûs, tria tantummodo jura fuisse reser[v]ata Ecclesiasticis, respectu bonorum alienatorum. 1. Jus in bona aliena[t]a post regimen Rudolphi II. quorum possessoribus Reges Bohemiæ, vel [C]amera Regni, non tenentur de *evictione.* 2. Jura & actiones super bo[n]is quocunque tempore (etiam ante Rudolphi II. regimen) oppignoratis, [mo]dummodo possessores non habeant contra eosdem Reges Bohemiæ, vel Ca[m]eram Regiam, actionem de *evictione*, vel si illam habuerint, Ecclesiastici [i]psi solutâ pecuniâ, ob quam fuerunt oppignorata, susceptísque in se mole[s]tiis, possint illa liberè recuperare. 3. Jura, immunitates, prærogativæ [&] privilegia, *personalia vel quasi personalia*, non attinentia *bona Ecclesiasti[c]a immobilia, annuas præstationes, decimas, census, emphytevses, & alias res [si]miles.*

Sequitur IV. Sub nomine bonorum Ecclesiasticorum, de quibus in [h]oc contractu transactum est, comprehendi, quidquid spectabat ad Ecclesi[a]s, Capitula, Monasteria, tam Virorum, quàm mulierum, Beneficia Eccle[s]iastica tam curata, quàm simplicia, hospitalia, orphanotrophia & similia; [i]is solis exceptis, quæ quomodolibet spectant ad Hospitale S. Joañis Hieroso[l]ymitani. Comprehendi item speciatim decimas, primitias, annuas præ[s]tationes, census, res, jura & actiones, ad quoscunque Ecclesiasticos Regni Bohemiæ (non tamen Hospitale S. Joannis Hierosolymitani) pertinentes, cujuscunque qualitatis, quantitatis & valoris fuerint, & quocunq; prætextu vel causâ, occupata & usurpata sint ac detineatur.

Sequitur V. Possessores bonorum Ecclesiasticorum, de quibus transactum est, non teneri ad ulla onera realia, causas pias concernentia, & eisdem bonis, ante ipsorum occupationem inhærentia: quia in hoc contractu expresse dicitur; cessionem bonorum Ecclesiasticorum, de quibus transactum est, esse intelligendum de juribus & actionibus, quæ prædictis Eccle-

ſiaſticorum immmobilium, annuarum præſtationum, decimarum, cenſu um & aliarum rerum ſimilium.

Sequitur VI. Sub nomine bonorum Eccleſiaſticorum, de quibu tranſactum eſt, non comprehendi ea, quæ ſpectabant ad Eccleſias, hoſpita lia, ſcholas, parochias, aut alia Beneficia erecta, & fundata ab hæreticis, & in uſum hæreticorum; quia ſunt bona purè ſæcularia, quæ nunquam tranſi verunt in jus Eccleſiæ; nec poſſunt dici bona, graſſante hæreſi, alienata al Eccleſia; de quibus loquitur contractus ſalis.

Sequitur VII. Poſſeſſores bonorum pertinentium ad parochias au hoſpitalia, puta agrorum, pratorum, piſcinarum, ſylvarum, &c. non tene ri illa reſtituere; neque decimas, aut annuas præſtationes ſolvere.

Sequitur VIII. Poſſeſſores bonorum Eccleſiaſticorum, de quibu tranſactum eſt, non teneri ad reſtaurandas de ſuo Parochias, Eccleſias, ho ſpitalia &c. quæ per ejuſmodi bonorum occupationem, aut alienationen everſæ, profanatæ vel potiùs deſtructæ ſunt: ſed id videri faciendum eſſe e redditibus annuis ſalis, utpote â Ferdinando II. in beneficium Eccleſiæ Catholicæ Religionis, & univerſi Cleri Regni Bohemiæ, traditis & aſſignatis.

Sequitur IX. Bona Eccleſiaſtica, de quibus in contractu ſalis tranſ actum eſt, deſiiſſe eſſe Eccleſiaſtica, & tranſiviſſe in ſortem bonorum ſæcularium; adeóque poſſe eorum poſſeſſores, & Reges Bohemiæ eodem jure de illis diſponere, & eodem jure frui, quo fruuntur, & poſſunt diſponere circa bona, quæ nunquam fuerunt Eccleſiaſtica, vel ad aliquam piam cauſam ſpectantia.

Sequitur X. Annuum redditum ſalis, non poſſe à Regibus Bohemiæ vel Camera regia mutari in bona immobilia, ſine expreſſo conſenſu Sedis Apoſtolicæ. Bona autem immobilia debere eſſe talia, ut annuatim reddant tantùm, quantum inferret aſſignatio quindecim cruciferorum, ſuper quolibet modio ſalis, florente Regno.

Sequitur denique. Reges Bohemiæ teneri poſſeſſores bonorum Eccleſiaſticorum, de quibus tranſactum eſt, contra quoſcunque aggreſſores, aut moleſtatores in pacifica poſſeſſione manutenere, & protegere, & actores in contrarium â limine judicij repellere.

FINIS PARTIS PRIMÆ LIBRI VI. MISCELLANEORUM.

AD

AD LECTOREM.

Authore, dum Liber præsens in Typo sudat, gravi morbo prostrato, per Typographi oscitantiam multi & maximi (præcipuè in primis quatuordecim duernionibus) errores irrepsêre; facilis & benignus *Lector* ignoscet Authori, at vecordiam & præfidentiam damnabit.

Paginâ 6. pruis pro prius. ub pro ubi.
p. 9. nihil aptis pro nihil aptius. perflexionibus pro perplexionibus.
p. 11. Henricus III. pro Henricus IV.
p. 16. majorum pro malorum. nostra pro nostræ.
p. 17. dicatur pro dictatur.
p. 24. Linea quinta, post *moderationem* deest: *exegerint, clariùs videamus. Te quoque, ac ipsos volumus scire quòd nostræ intentionis existit &c.*
p. 27. movere pro monere.
p. 29. de hujus pro de hujusmodi. ibid. nodava domo, pro Nova-domo.
p. 32. baravia pro Bavaria. Latare, pro latere.
p. 36. titulo pro tituli.
p. 37. adjuventis pro adinventis.
p. 38. Avinionic pro Avenione.
p. 39. existentis pro existentem.
p. 42. ferilitate pro fertilitate.
p. 48. innovestivimus pro investivimus
p. 50. contentas pro contentis.
p. 78. quicunque pro quibuscunque.
p. 79. monasterio pro monasterium.
p. 84. comeprcu pro compertus.
p. 89. purimæ pro plurimæ.
p. 93. egitimos pro legitimos.
p. 95. decanus pro decano.
p. 109. pœnâ pro pœnam.
p. 110. ministerio pro ministro.
p. 121. oblatos pro oblatas.
p. 128. dictæ pro dicto.
p. 139. Festvitatibus pro Festivitatibus.
p. 140. Ascensionis pro Assumptionis.
p. 174. periculo pro pericula.
p. 184. CVIII. pro CVII. ibid. Pallati pro Palatij.
p. 189. Datis pro Datum.
p. 195. Fratres pro fratrum.





INDEX
LITERARUM PUBLICARUM,
Quæ in Libro ſexto Miſcellaneorum Parte primâ adducuntur.

Num



Num: XXI. Joannes Episcopus Pragensis prohibet Clero Bohemiæ possessiones Ecclesiæ Laicis elocare.
Num: XXII. Joannes Rex Bohemiæ confirmat Privilegia Pragensis Ecclesiæ, & profitetur ejus defensionem.
Num: XXIII. Joannes Rex Joannem Episcopum Pragensem evocat, ut cum suo Exercitu sibi assistat in prælio juxta Oppidum La, ineundo.
Num: XXIV. Joannes XXII. Papa committit vices suas Joanni Præposito Wissehradensi in eradicandis ex Bohemia erroribus Michaëlis Cæsenatis.
Num: XXV. Benedictus XII: Papa D. Ulrico de Nova-Domo, Hæreticos armis persequendos imponit, eiq; ac militibus concedit Indulgentias Terræ sanct:
Num. XXVI. Ditiones Archidiaconatûs Tynhorssoviensis, & redditus enumerantur à Joanne Episcopo Pragensi, quos confirmat Joannes Archiepiscopus itidem Pragensis.
Num. XXVII. Benedictus XII. Papa absolvit Episcopum Pragensem ab authorite Moguntini Metropolitæ.
Num: XXVIII. Idem Benedictus concedit Arnesto Episcopo Pragensi, ut possit coronare Carolum Joannis Regis Filium.
Num: XXIX. Clementis VI. Papæ Bulla, quâ Pragensem Ecclesiam â subjectione Moguntini Metropolitæ in perpetuum eximit, eámq; erigit in Metropolit:
Num: XXX. Idem Clemens jus coronandi Regis Bohemiæ â Moguntinis Archi-Episcopis transfert in Pragenses.
Num: XXXI. Ejusdem Clementis VI. Iterata Pragensis Ecclesiæ Metropolitanæ absolutio à jurisdictione Antistitum Moguntinorum.
Num: XXXII. Idem Clemens prohibet coronam auream ex Capite S. Wenceslai auferri excepta coronatione Regum Bohemiæ.
Num: XXXIII. Clemens VI. concedit Regibus Bohemiæ, ut coram ipsis Missa ab Episcopis & Abbatibus quibuscunque celebretur solemniter in Pontificalibus non petitâ ordinarij licentiâ.
Num: XXXIV. Idem Clemens Universitatem Pragensem statuit, & licentiam gradus scholasticos conferendi tribuit.
Num: XXXV. Carolus IV. Rom: & Boh. Rex Coronationem Regum Bohemiæ statuit pertinere ad Archiepiscopos Pragenses.
Num: XXXVI. Ludovicus Marchio Brandeburgicus Ludovici Imperatoris Filius mittit Monachio Pragam Carolo IV. Reliquias Imperiales, quæ hìc accuratè enumerantur.
Num: XXXVII. Regalia conferuntur Wilhelmo Præposito Wissehradensi per sceptrum.
Num. XXXVIII. Carolus IV. Imper. & Boh. Rex recitat Borzivogij II. Bohemiæ Ducis factam donationem Capitulo Pragensi, eámque confirmat.
Num. XXXIX. Carolus IV. Ottogari Regis literas super libertate Pragensis Ecclesiæ, & maxima ab eo collata privilegia, renovat, & confirmat.
Num. XL. Carolus IV. Imperator & Boh. Rex, quas Treviris obtinuit Reliquias SS. partem Crucis Dominicæ, tertiam partem pepli B. V. partem de Manna, & partem Baculi S. Petri &c. &c. recitat, & donat Eccl. Pragens: & partem Baculi S. Petri inseri jubet in pedum Archiepiscopale.
Num. XLI. Idem Carolus alias Reliquias Treviris obtinuit SS. partem tertiam de ligno Dominicæ Crucis. Donat Ecclesiæ Pragensi.
Num: XLII. Idem Carolus enumerat Reliquias, quas obtinuit Augustæ, & in diversis Cœnobijs Imperij, v. g. de sangvine Christi, de lacte B. V. & cingulo ejus-



Num



Num: LXXX. Idem Papa concedit alterum aureum triduum pro Festo B. Virginis in Cælos Assumptæ.
Num: LXXXI. Concedit Indulgentias pro varijs Festivitatibus in Ecclesia Pragensi Metrop.
Num. LXXXII. Idem Pont. ad Peplum B. Virginis Crumlovij concedit Indulg:
Num. LXXXIII. Wenceslaus Rex confirmat Confraternitatem Ministrorum in Ecclesia Prag:
Num: LXXXIV. Donantur tres Sexag: pro Prædicatore in Eccl: Prag:
Num: LXXXV. Literæ Mansionariorum minorum B. V. ut possint promoveri ad Sacerdotium.
Num: LXXXVI. Literæ Innocentij VII. contra adhærentes Petro de Luna.
Num: LXXXVII. Lis Canonicorum & Altaristarum Eccl: Prag: super panibus definita.
Num: LXXXVIII. Alexander Papa Archi-Episcopum Prag: Zbinconem instruit & armat contra hæreticos.
Num: LXXXIX. Synodus Constantiensis deplorat hæreticos in Bohemia, & quosdam ex præcipuis excommunicat.
Num: XC. Capitulum Ecclesiæ Pragensis nunciat Papæ Apostasiam Conradi Archi-Episcopi.
Num. XCI. Idem Capitulum nunciat toti Clero Bohemiæ ejusdem Conradi Apostasiam.
Num: XCII. Sigismundus Imperator Bonorum Ecclesiasticorum abalienationes à se factas revocat.
Num: XCIII. Martinus V. omnes Clericos qui in Bohemia contra Hæreticos pugnârant ab omnibus Censuris absolvit.
Num: XCIV. Martinus Papa excommunicat Conradum Archiep: Prag:
Num. XCV. Sigismundus Imp: compactata cum Bohemis confirmat.
Num: XCVI. Compactata cum Concilio Basiliensi & Regno Bohemiæ.
Num: XCVII. Conciliatio Bohemorum in Comitijs Imperialibus Ratisbonæ.
Num: XCVIII. Responsa Legatorum ad dubia Bohemorum.
Num: XCIX. Plenipotentia Legatorum Bohemiæ ad Concilium.
Num. C. Executoria Legatorum Concilij super compactatis.
Num. CI. De pace servanda Mandatum Bohemis & Moravis.
Num: CII. Eugenius IV. gratulatur Bohemis de concordia.
Num: CIII. Capitulum Pragense rogatur, ut mittat Altaristam Aquisgranum pro Altari S. Wenceslai.
Num: CIV. Callistus III. monet Capitulum Prag. ut procuret concordiam inter Regnum Bohemiæ & Ecclesiam.
Num: CV. Pius II. Papa commendat Wenceslaum de Crumlovia Capitulo Prag:
Num: CVI. Juramentum Georgij Regis Bohemiæ ante Coronationem.
Num: CVII. Georgius Rex Bohemiæ confirmat Privilegia Eccl. Prag:
Num: CVIII. Paulus III. commendat Capituli Eccl. Prag. fidelitatem.
Num: CIX. Innocentius VIII. concedit Jubilæum in Festo S. Wenceslai M.
Num: CX. Ferdinandus I. Capitulum Ecclesiæ Pragensis Literis humanissimis honorat.
Num: CXI. Alexander VI. adversus Picarditas Inquisitores constituit.
Num: CXII. Alexander VI. concedit Capitulo Pragensi ut possit hæreticos absolvere & Administratorem bonorum Archiepiscopalium constituere.
Num: CXIII. Henricus Institoris Inquisitor deplorat quòd Utraquistæ ad Picardos deficiant.



Num: CXIV. Leo X. Legato suo ostendit modum quo Hussitæ possint reconciliari Ecclesiæ & historiam Concilij Basiliensis summatim recitat.

Num: CXV. Clemens Pontifex gratulatur Ludovico Regi Bohemiæ quòd Piccardos expulerit.

Num. CXVI. Clemens VII. Strigoniensem Archiepiscopum hortatur ut invigilet conatibus Picardorum.

Num: CXVII. Ferdinandus I. restituit Archiepiscopatum Pragensem.

Num: CXVIII. Gregorius XV. confirmat fundationem Regentis & duodecim Baccalaureorum apud S. Jacobum Ord. Min: Conven.

Num: CXIX. Collaturæ traduntur Archiep. Prag:

Num: CXX. Fundatio Convictûs Sancti Bartholomæi sub cura PP. Societatis JESU.

Num. CXXI. Contractus Salis.

Omissum est *Decretum Ferdinandi II. Imperatoris* adversus hæreticos in Bohemia; plurésque aliæ literæ ad Archidiœcesim spectantes, sed quòd ad universum Regnum, vel ad Reges sint scriptæ, in *Fundamentis Regni* opportuniùs adducentur: Cœnobiorum fundationes, in tractatu de Cœnobijs; Civitatum Privilegia & Immunitates in Historia Civitatum; Synodales literæ in tractatu de Ecclesia Pragensi; aliæ literæ alibi suis quæque locis legentur.



IN-



INDEX
Rerum præcipuarum in parte prima LIBRI VI.



LIBRI VI.

MISCELLANEORUM HISTORICORUM,

PARS II.

CONTINENS TITULOS, PRÆROGATIVAS ET SINGULARIA QUÆDAM

ANTISTITUM PRAGENSIUM;

TUM SUCCESSIONEM SINGULORUM;

Dein

VACANTE SEDE, ADMINISTRATORES ECCLESIÆ PRAGENSIS LEGITIME CONSTITUTOS;

ET SUFFRAGANEOS EORUNDEM PRÆSULUM;

Tum denique

LOCUM SEPULTURÆ.

PRAGÆ: Typis Georgij Czernoch.

ANNO cIↄ. Iↄc. LXXXIV.



DE PRÆSULIBUS ECCLESIARUM.

Statuit (Deus) illis teſtamentum pacis, & Principes Sanctorum & gentis ſuæ, ut ſit illis Sacerdotij dignitas in æternum. *Eccli: 45.*

In Chriſto Jeſu per Evangelium genuerunt nos. Quidquid igitur in hac ſancta Plebe poteſt eſſe virtutis & gratiæ, ex his quaſi quibusdam fontibus lucidiſſimis, omnium rivulorum puritas emanavit. *S. Maximus Epiſc: Homil: 39. quæ eſt de S. Evſebio.*





LIBRI VI. MISCELLANEORUM HISTORICORUM

PARS II.

CAPUT I.

DISSERTATIO DE TITULIS

Quibus Pragenses Episcopi, & postea Archiepiscopi à tot retro sæculis insigniuntur.

§. I.

Sacri Romani Imperij Duces, & Principes.



Cùm non ante multos hosce annos *Illustrissimus & Reverendissimus DD. Mathæus ex Episcopo Reginohradecensi in Archi-Episcopum Pragensem* assumtus, & consecratus esset, circumspicienti mihi, quid veteri *Amico*, *Condiscipulo*, & tandem *Patrono Studiorum* meorum *Pragam* summo honore omnium *Ordinum* velut in Triumpho ingredienti offerre possem, cùm inter tot plausus vox mea audiri non posset, statui calamo (quo plus aliquanto, quàm voce valeo) rem totam conficere, & sperabam (quod accidit) rem gratam novo me *Principi* facturum, si vel *unum* ejus *titulum* explicarem; itaque *Dissertationem* quandam scripsi, quâ probare conatus sum *Archiepiscopos Pragenses* non modò esse *Principes* (quem titulum *Eminentissimus Cardinalis Matthæi* Antecessor, aliíque gesserunt) sed esse *Imperiales Principes*, adeoque addendum *S. R. Imperij Princeps*, videri, quod antè neque *Eminentissimus*, neque alij ante ipsum addiderant

Occasio hujus scripti.

S. R. Imper. Principes Archiepisc. Pragenses.

derant. Excepta eſt Tractatio hæc mea, ſummâ facillimi *Principis Mattha* voluntate, oſtenſa quàm plurimis, multis probata, & non parcè laudata, ſic ut eo tempore ab ipſo magno Ingeniorum Judice, *ſupremo Pragenſi Burgra vio Excellentiſſimo Comite Bernardo de Martinitz* commendatam diligenti am meam publico præconio, meminerim. *Archi-Epiſcopus* ipſemet uni Tractationis exemplo ad Aulam miſſo continuò *S. R. Imp*: *Principis Titulum* omiſſum â ſæculis, rurſus aſſumſit, & viciſſim hoc titulo ſalutatus, eunden *Succeſſori ſuo*, probante univerſo Regno, reliquit. Fuêre tamen id tempo ris nonnulli, qui rem non probarent, tum ob tituli *novitatem* (nam quibus dam moroſioribus novi nihil omnino placere ſolet) tum quòd cauſſæ funda menta non legiſſent; cùm verò ea res ad inſignem *Gloriam Archi-Epiſcopa tûs* cedat, ejus Tractationis quandam ſummam conficere, * & (velut de Cu mulo Thuris ſuperſtitio Romana ſolebat) primoribus ſaltèm digitis aliquo grana, & micas ſumere, & ad *Aram Eccleſiæ Pragenſis* incendere conſtitui.

Demſter. in Antiquit. Romm:

Principum titulus uſitatus antiquis Præſulibus Bohemiæ.

Inter alias, eáſque prorſus ſingulares prærogativas, ac Titulos, quibu *Sanctæ Eccleſiæ Pragenſis Antiſtites* eminent (ut *Legati Nati*, *Primatis Regn* ac *reliquos*) non poſtremum obtinet locum *Principis* nomen, ac dignitas quam non fuiſſe tempori, aut *uni* alicui Epiſcopo datam, ſed omnibus *Archi epiſcopis Pragenſibus* communem, & Archiepiſcopatui penitùs innexam, e innumeris, *Cæſarum & Regum*, præcipuè *Caroli IV. Wenceslai*, *Sigiſmun di*, *&c.* deinde *Auſtriacorum* quoque *Cæſarum Ferdinandorum trium*, *Ru dolphi*, *Mathiæ*, *&c.* Diplomatis, ac literis privatis juxta & publicis *titulum Principum Pragenſi Archiepiſcopo* tribuentium, conſtat, tantâ omnium ſæcu lorum conſenſione, ut revocari in dubium à nemine poſſit, hodiéque non aliter â *Regni Ordinibus*, â *Camera Regia*, *Cæſarea Imperiali*, *Archiepiſcopi* noſtri, quàm *Principum* nomine, in omnibus inſtrumentis, & literis exor nantur. Jam illud in quæſtionem venit: utrúmne *Regni Bohemiæ* tantùm *Principes*, an authoritate tantùm *Regiâ Bohemiæ*, an *per expeditionem*, ut vocant, *Cancellariæ Bohemicæ* primùm, *Principis titulum* acceperint, an verò ab *Imperio Romano Principes* habeantur, an Imperio conſcio, & conſentiente hâc aucti dignitate, verbo: an *Principes ſacri Romani Imperij* (quæ ſinè dubio major eſt, dignitas, quàm in Regno aliquo tantùm, aut à *Rege Principem* agnoſci) ex merito appellentur? ſunt enim *Comites*, ſunt *Principes*, ſunt *Duces*, ſunt *Marchiones*, quos ad *Imperium Germanicum* referre nullo modo poſſis, maximè qui in Regnis, quæ Imperio nihil debent, nihílque ſe debere jactitant, à ſuis *Regibus* (quorum ea poteſtas legitima cenſetur, in Regno ſuo Nobilitatem novis ac novis titulis augendi) creantur; quales innumeros in *Italia*, *Gallia*, *Hiſpania*, *Anglia*, cæteríſque Regnis, ac Provincijs eſſe ſcimus; in hunc numerum, & in hanc ſortem ego repoſuerim *Joannem Hunniadem*, quem *Ladislaus Ungariæ Rex* in ſede aurea compoſitus, regio diade-

Pontan. l. 7. Bohem. Pia Vita Arneſ: I. Arch: Pr. Gold: in Appendice Documentor.

Non omnes Principes aut Comites, ſunt Imperij Principes & Comites habēdi.

Jo: Hunnia des Princ: Imperij.

ma-

iate, ac paludamento ornatus, *Principem* (sinè dubio *Vngariæ* suæ, non omani Imperij: nam eâ potestate *Rex* carebat) appellavit, & creavit; nisi orte cùm *Fridericus III. Imperator* adesset, quia *Viennæ in Austria* negotium erebatur, ex commissione *Imperatoris* rem peractam esse dicamus, ut olim ctum, cùm *Bohemi Equites* ob virtutem militarem aliquot prælijs & obsidinibus probatam, jussu & in præsentia *Friderici I.* Imperatoris Anno 1159. à *Wladislao Bohemorum Duce, ac postea Rege* novis & ipsi Clypeis, ac signis ilitaribus ornarentur, quos *Cæsare* sic statuente in *Nobilitatem Imperij* adctos tum esse, dubitare non possumus; quorum complures *Familiæ illures* ad nostram usquè ætatem in *Bohemia* perennant; sed ad rem propiùs ccedamus:

Æneas Sil: de statu Europæ sub Frider: III. C. 16

Hagek ad A: 1159.
Dub. in hist Boh.
Vita Arn: I. Hist mont: S. in Appēdice II.

Equites aurati in Bohemia.

Ajo in primis: *Episcopos & Archi-Episcopos Pragenses, & Episcopos Olomucenses* sessionem in *Comitijs Imperij* semper habuisse, ac proinde fuisse emper *immediatos Imperij Romani* status. nonnulla exempla ex innumeris onemus: Anno 1085. (vide antiquitatem sessionis, & Jurium) *Gebharus* seu *Jaromirus Episcopus Pragensis ab Henrico Imperatore* vocatus, Comijs Imperij *Moguntiæ* interest, & sessionem suam in Consilio Principum btinet, ut narrat *Cosmas Decanus Ecclesiæ Pragensis*, eorum temporum scritor. Anno sequenti idem *Gebhardus Moguntiam* ad Imperij Comitia acedit vocatus, ut habet idem *Cosmas*, *Calvisius*, alíique. An. 1095. idem mperator *Henricus Cosmam Episcopum Pragensem, & Andream Olomucenem Moguntiam*, ad Imperij celebrem Conventum evocat, comparet uterue. An. 1098. *Brzetislaus* Dux cum *Hermanno Episcopo Pragensi* ad *Coitia Ratisbonensia* ab eodem *Henrico Imperatore* invitantur. *Hermannus Episcopus* Pragensis (verba sunt Goldasti) *tanquam Princeps Imperij locum in enatu Principum habuit.* Idem factum anno sequenti eodem Imperatore *Hermannum Ratisbonam* ad Comitia vocante. An: 1100. idem *Hermanus* Episcopus Pragen: *Moguntiam* ad Comitia proficiscitur. A. 1124. Cæar *Henricus IV.* (alijs V.) *Bambergam* ad Comitia Episcopum Prag: Meinardum ad IV. Nonas Maij vocat. A. 1157. *Fridericus* I. Imperator *Bambergam* Comitia indixit, inter cæteros Imperij Ordines *Daniel de Lippa Episcous Pragensis* decretis Comitiorum subscripsit, ut videre est in ipsis Diplomais, quæ profert & recitat *Hundius*. Eodem anno idem *Daniel Herbipolim* d Comitia, ab eodem *Cæsare* vocatus, in bellum adversus *Polonos & Mediolanenses* gerendum consensit. Rursus idem *Daniel* An. 1158. cum *Wladislao Bohemiæ Duce* in Ratisbonensibus Comitijs sedet. Iterum *Roncaliæ* in frequentissimis Imperij Comitijs sedent *Wladislaus Bohemiæ Rex, & Daniel Episcopus Pragensis*, legibúsque gravissimis de Regalibus Imperij, de jure

Præsules Pragenses & Olomucēses in Comitijs Imperij Sessionem habuerunt.

Cosmas l. 2. hist. Boh.
Calvisius ad A. 1086.
Beatus in Chron. Boh: ad eundem An:
Spangenbe: in Chron. Saxon. C. 206.
Hagek An: 1094.
Goldast: l. 4. de Juribus R. Boh. C. 3. & l. 5. C. 3.
Cosmas l. 3. hist: Boh ad ad A. 1099.
Continua- Cosm. ad l. 3: hist. Boh. Wigu.
Hund: in Metrop. Salisburg. in Episcopatu Passav. C. 29. *Hagek. l. c.* *Spangenberg. in Chron. Sax. C. 225.* *Radevicus de Gestis Frider: l. 3. C. 13.* *Idem l. 3. C. 14.* *Lehmann. l. 3. Chron. Spirensis. C. 2. & lib. 3. C. 58. & 60.*

Crantius l. 7. Sax. C. 31.

jure Feudorum, de Privilegijs studiosorum, & de Pace publica latis, consen-
tiunt & subscribunt. Comitijs *Augustanis* ab *Ottone* IV. celebratis *Pragen-
sis & Olomucensis Episcopi* intersunt. An. 1162. Pragensis Episcopus *Bi-
santium seu Vesontionem in Burgundia*, ubi Comitia Imperij celebrabantur,
vocatus, ad ferendam sententiam accedit. An. 1193. *Pragensis Episcopus
Henricus* ad Comitia Imperij proficiscitur. Et quid opus est ire per singu-
la? inutile videtur persequi, quæ toties in Annalibus leguntur: de *Ernesti
primi Archiepiscopi Pragensis* ab Imperio & Imperatore, & Electoribus *in Gal-
lia, Italia, & in ipsa Germania* pro Imperio obitis legationibus in *Arnesti* vi-
ta diximus. His, aliísque documentis illud planè conficitur *Episcopos &
Archiepiscopos* Regni Bohemiæ inter *status Imperij immediatos* locum tenuis-
se, cùm ad *Imperij Comitia* non alieno, sed suo nomine, vocarentur.

Præsules Pragenses in immediato Imperij statu censétur.

Objicies: Archiepiscopos Pragenses nostro tempore ad *Imperij Comi-
tia* non vocari, neque sessionem, quod sciatur, habere. Responsio facilis:
cùm de titulis, & Juribus disceptatur, non semper quærendum quid fiat, sed
quid olim jure factum sit; cúmque constet *Episcopos & Archiepiscopos* ju-
sessionis habuisse, neque probari & ostendi possit, *amisisse* (quid enim scele-
ris admissum est, quid ingratitudinis, quid alterius rei, quæ ipsos Jure suo pri-
varet, & indignos efficeret?) consectarium est, ut eo adhuc gaudere possint,
maximè cùm de *Titulis* agitur, re levissimâ, de quibus tam anxiè non dispu-
tatur. Deinde: quàm multos *Sacri Romani Imperij Comites Marchiones,
Principes, ac Duces* hæc objectio petit? Quàm multi etiam Imperij imme-
diati status, quos in *Comitijs*, aliísque *Conventibus Imperij* antiquitus sedisse
indubitatum est, hodie aut non vocantur, aut vocati nusquam apparent!
quidam Regibus exteris, & extra Imperij ut sic dicam, cancellos positis, ob-
noxij; quidam ab Imperio, aut suâ, aut alienâ voluntate, aut novis *recessi-
bus* sejuncti (quod tamen in casu nostro factum non est) vel si accedere ve-
lint, non audent: nullum me nominare oportet, sed antiquæ Imperij *Matri-
culæ*, tum Scriptores, qui de Imperio egerunt, consulantur; & tamen his
nihil obest, quò minùs *Sacri Romani Imperij Principum, Comitum, Marchi-
onum &c.* titulos gestent, nullo litem movente. Neque mihi facilè ullus
disparem caussam attulerit, cur ij, qui nostro tempore ab Imperatoribus in
Regno Bohemiæ (etiam *per expeditionem Cancellariæ Bohemicæ*, ut ita loqua-
mur) *Comitum & Principum* titulis ornati sunt, *Sacri Romani Imperij Comi-
tes & Principes* esse dicantur, & non ij qui ex primo statu, *Electi Episcopi, &
Archiepiscopi, Legati nati, Primates Regni*, ab antiquis Regibus & Imperato-
ribus *Principum* titulis omni ætate honestati fuerunt? Utrique in eodem *Re-
gno* censentur, utrique idonei non minùs, & capaces, utriq; authoritate Cæ-
sareâ, & ex ejusdem plenitudine potestatis (quæ agit quod potest) sunt crea-
ti, *quæ cùm nihil excipiat, nec nos, oportet excipere*, aut potestatem Impera-

An Præsules Pragenses amiserint Sessionem in Imperio?

Multi Ordines Imperij non intersunt Comitijs.

S.R.I. Comites facti complures à Regibus nostris.

Argumentum à minori ad majus.

toris

toris limitare, præsertim cùm pro Antistitibus nostris insuper tota Antiquitas pugnet, eósque in *Matricula Imperij* vetustissima, velut cæteros *Episcopos Germaniæ*, jam tum cùm sub *Archidiœcesi Moguntina* censerentur, inscriptos fuisse *Goldastus* (scriptor si quis alius in Imperij rebus versatus) testetur, eorúmque in *Comitijs Imperialibus* habitam fuisse rationem paulò antè claris & indubijs exemplis docuerimus. Quòd si *Imperatores Germani*, exteris quoque heroibus bene de se, ac Imperio Germanico meritis (quamvis alibi terrarum extra Imperium natis & habitantibus) *Titulum Sacri Romani Imperij Comitum ac Principum* contulerunt, ut alij alijs, & patrum ætate *Rudolphus Imperator Transilvaniæ Principi Battorio, & Litvaniæ Duci* Radzivilio *&c.* contulerunt; an dubitare licet antiquos Cæsares virtutem domesticorum, qui in Imperio Romano censentur (*Bohemorum, Moravorum, Silesiorum*) qui *nobilissima Imperij Romani membra sunt* (ut in *aurea Bulla* loquitur *Carolus Imperator*) paribus Titulis ac præmijs afficere noluisse? cùm eos æquè *Comites aut Principes* appellarunt? At quidquid sit *de Regni Bohemici* Nobilitate (in cujus favorem plurima exempla in Lib: seq. *Miscellaneorum* adducentur) longè & prorsus plurimis parasangis (ut sic loquar) majore & altiore jure, *quantum lenta solent inter viburna Cupressi*, Antistites nostri, *in Regno Bohemiæ* (*ut Pragensis, Olomucensis, Wratislaviensis, Litomiliensis*, hunc enim etiam *Carolus* IV: peculiari Diplomate dato, *Principem* dixit) *Sacri Romani Imperij Principes* appellantur; pergamus ad reliqua:

Præsules Pragenses in Matricula Imperij. *Gold. l. 3. l. cit.*

Caraff. comment. de Germania. *Jul. Bell. in Lauro Austriaca.*

Episcopos Pragenses (eorum enim debito honori præsens potissimùm tractatio consecratur) à multis sæculis *Sacri Romani Imperij Principum* titulo gavisos certius est, quàm ut à quoquam possit in dubium revocari: testatur hoc *Imperator Rudolphus* in literis An: 1603. datis (quas ad verbum exscriptas in fine tractationis adjiciam) cùm inter alia sic loquitur: *de plenaria Cæsaris Romani, atque Regis Bohemiæ, quâ præditi sumus potestate Sbigneum Bercam Archiepiscopum Sanctæ Metropolitanæ Pragensis Ecclesiæ quam Antecessores nostri summopere dilexerunt, & non tantùm proventibus necessarijs largiùs dotârunt, verùm etiam amplissimis honoribus ornârunt &c.* ad Ducum (Nota) *ac Principum ordinem, gradum, fastigium, & pileum evehimus, & Ducalis sive Principis, antiquo nomine, dignitate & titulo, quo (uti in vetustissimis Antecessorum nostrorum divæ memoriæ Imperatorum & Regum Bohemiæ datis diplomatis videre est) Prædecessores ejusdem Episcopos & Archiepiscopos Pragenses usos esse constat, & qui temporum solùm injuriâ in desvetudinem abierat, per præsentes Authoritate, ut suprà, Cæsareâ, utpote Romanorum Imperator, & Regiâ tanquam Rex Bohemiæ decoramus & insignimus, &c.* hæc Cæsar. vidésne hoc titulo *Principis* antiquitus usos esse *Episcopos Pragenses*, neque modo à Regibus sed etiam ab Imperatoribus, *Ducum & Principum* nomine honoratos? *Primus* ex Regibus nostris Anno 1302. *Wenceslaus*

Rudolphi II. Imp. testimonio Archiepiscopi Pragenses Duces & Principes Imperij nominantur.

Nota.

Collata & confirmata Principum dignitas Archiepiscopis Pragen:

Rex & Dux Cracoviæ, dato Diplomate, *Principalem Episcopis Pragensibus* confirmavit dignitatem; eandem confirmavit Anno 1315. *Joannes Rex Bohemiæ*; denique Cæsareâ authoritate *Carolus IV.* patriæ Pater An: 1350. tandem *Rudolphus Imperator pro se & Successoribus suis* ut loquitur, *Augustissimis Romanorum Imperatoribus* An: 1603. 15. Junij, neque verò existimare oportet à *Wenceslao* II. primùm *Principes* appellatos, sed cum esse ex *Regibus* antiquissimum, qui hunc honorem *Pragensibus Episcopis* dato Diplomate speciali confirmârit: nam ut taceam, *Episcopos Germaniæ* veteres, quicunque *Comitia Imperij* frequentant, *cum Principibus* sedisse, ac fortè etiam, *titulum Principum*, ut quidam adstruunt, gessisse, disertè affirmat *Goldastus*

Gold. l. cit.

Hermannum Episcopum Pragensem in Comitijs Ratisbonensibus jam Anno

Radevicus l. 4. C. 59.

1098. *tanquam Principem Imperij locum in Senatu Principum habuisse.* Fridericus I. Imperator cognomento *Ahenobarbus* in literis ad Cardinales apud

Daniel Pragensis Epis: Princeps Imperij.

Radevicum Frisingensem coævum scriptorem sic loquitur: *Charissimi Principes nostri & Ecclesiæ Catholicæ, Hermannus Werdensis, & Daniel Pragensis Patres & Episcopi Venerabiles, quos de Palatio nostro ad vos transmisimus, &c.* Przimislaus Ottogarus Anno 1263. 3. Id: Februarij, & 1272. 5. Calend. Martij, & filius ejus *Wenceslaus* (qui ut paulò antè dixi *Principatum Episcopis Pragensibus* confirmavit) Anno 1292. Calend: Januarij, & iterum

1263. Et Tobias, aliiq; oñes.

Idibus Augusti *Tobiam Pragensem Episcopum Principem; & fidelem dilectum* appellat. Idem agnovit *Henricus Carinthus* Bohemiæ Interrex, & *Joannes* Rex & *Carolus* ejus filius innumeris locis. Huc respexisse videtur longè antè *Fridericus* II. Imperator *Henrici* IV. Imperatoris filius editâ constitutione, An: 1212. 26. Septembris Basileæ, quâ prorsus eximijs Privilegijs *Bohemiæ*

Epitome l. 3. C. 13.

Regnum ornavit; referam pauca ex historica Epitome nostra transcripta: *Jus quoque* (verba sunt Friderici) *& authoritatem investiendi Episcopos Re-*

Archi. Carlstein: M. S. Privil: Reg: Boh: M. S.

gni sui integraliter sibi (id est Otttogaro Bohemiæ Regi) *& hæredibus suis concedimus, ita tamen quòd ipsi* (Episcopi videlicet Pragensis, Olomucensis) *eâ gaudeant libertate, & securitate quam à nostris Prædecessoribus habere consveverunt &c.* quæ nam illa *libertas*, rogo, quæ *securitas*? libertas, ut velut antè in Imperio censeantur, honores gerant, titulis Prioribus (*Sacri Ro-*

Qua ratione intelligẽdum Frider: II. Cæs. Privilegiũ Archiepiscopis Pragen: datum.

mani Imperij Principum) gaudeant, jus sessionis & sententiæ in Comitijs Imperij ferendæ obtineant, Comitia adire securè possint, *sinè omni Regum Bohemiæ contradictione*, quæ omnia pridem, atque etiam post hanc Constitutionem *tanquam Principes, & immediati status Imperij* omnibus sæculis habuerunt; ut demonstrat *Goldastus.* Ex hac caussa, Antistites quos modò nominaveram, *Regi Bohemiæ non præstant homagium, sed fidelitatem*, quod

Gold: l. c. l. 5. C. 3. & alibi passim.

est Innocentij III. Papæ Decretum, sanè velut de atroci crimine à Canonico quodam *Pragensi* ad Apostolicam sedem quondam delatus fuit *Episcopus Pragensis, quasi homagium Duci Bohemiæ præstitisset, sic Pragensem Ecclesiam* sub-

ſubijciens ſervituti ut Pontifex loquitur. Sed vide ipſum decretum Cap. *veniens* 15. *de Accuſation: lib 6.* nimirum ex pacto *Calixti Papæ & Henrici V.* Imperatoris; de quo *Juretus*, *Sirmondus noſter & Baronius* egerunt. Scio *inveſtituras Imperatorum* in Antiquitate Eccleſiaſtica vetitas fuiſſe, & nullo Jure â quibuſdam Cæſaribus uſurpatas (ut multis *Annalium* ſuorum locis oſtendit *Eminentiſſimus Cardinalis Baronius*) at ea res non agitur nunc; illud enim ſolùm dicimus, cum magna cautela & exceptione *Epiſcopos Bohemiæ & Moraviæ inveſtiendos* (illius ſæculi more) â Ducibus & *Regibus Bohemiæ* Cæſarem permiſiſſe, ſic videlicet, ut omnia jura, quæ ante habebant, cùm immediatè *Imperatoribus ſubijcerentur*, ſalva, illæſa & integra Epiſcopis remanerent. Solebant autem Reges *Bohemiæ Epiſcopo Pragenſi* dum conſecrarentur deferre *Sceptrum ſuum, & pomum aureum cum Cruce*, Regalia, *ſive Principatum*, ut loquitur Franciſcus Canonicus Pragenſis, *eisdem conferendo.* Id quàm glorioſè præſtiterit *Wenceslaus* II. *Joanni* quarto Epiſcopo Pragenſi, exhibendo eidem *Stratoris officium*, equitante Epiſcopo eiuſdem *Equum* deducendo in domum Epiſcopalem pridem narravi in *Epitome hiſtorica* quæ repetere ſupervacaneum eſt. Satíſne jam iſta, quod probandum erat, evincunt? Non parva adhuc ſuperſunt cauſſæ præſentis firmamenta: Nemo ignorare poteſt, quantâ & quàm ſcrupuloſâ diligentiâ, quàm accurato hominum, & titulorum ordine, vetera *Cæſarum & Regum Diplomata* ſubſcribi in Antiquitate mos fuerit, ut *Illuſtres Familiæ* hodiéque, vel hoc uno argumento procœdriam, ſeu præcedentiam ſuam probare ſolent, ſuóſque Majores aut Nobiliores, aut digniores fuiſſe id temporis demonſtrent. At verò plurima proferri poſſunt Diplomata, in quibus omnibus videre eſt *Archiepiſcopi Pragenſis* nomen perpetuò ante *Sacri Romani Imperij Principes* ſubſcriptum, quod nunquam vel *Arneſtus Princeps* humillimus, aut alij *Antiſtites Pragenſes* ſibi arrogaſſent, nec *Cæſares* juſtiſſimi, bonique Ordinis ſtudioſiſſimi, nec ipſi *Principes Imperij*, jure optimo, dignitatis ſuæ retinentiſſimi toleràſſent, niſi Archiepiſcopos & Antiſtites Pragenſes, aut ſuperiores, aut pares ſaltem, & Imperij Principes agnoviſſent. Poſſem referre exempla quàm plurima & antiquiſſima, mâlo tamen ijs exemplis uti quæ ſub *Carolo* IV. ſunt edita, tum quòd ordinatiſſimus eo imperante fuerit *Sacri Romani Imperij* ſtatus, tum quòd *Carolinis Diplomatis* abundem, tum quòd ea quæ adducturus ſum diplomata ex *Cancellaria Imperiali*, non ex *Bohemica* emanârint: Aureâ Bullâ Caroli Cæſaris nihil ſolennius, nihil publicum magis, nihil æquè authenticum habet Germania, propoſita primùm eſt hæc *Bulla* in *Comitijs Imperij Noribergenſibus* An. 1355. repetita in *Metenſibus* An. 1356. *Iterum Noribergæ* eodem Anno publicata. Subſcripti ex *Bohemia Principes* hoc ordine: *Arneſtus Archiepiſcopus Pragenſis*, *PretZlaus Wratiſlavienſis & Joannes Lithomyſlienſis Epiſcopi*; *Walramus* Dux

Juret. in obſervat. ad Ivonis Epiſt 60. & 190. Sirmond. in Notis ad Goffrid: l. 1. Epiſt. 7.

Baron: in Annal. Ecc ad An. 787. & 1077. 1190. 1111. 1122. 1169

Franc. p. 2. Chron. Pra: l. 1. C. 16.

Quis ritus olim Epiſcopis Pragenſibus Regalia conferẽdi.

Archiepiſcopi Prag. ante Principes Imp ſæculares ſubſcripti.

Bulla aurea Caroli IV. Tit. 7. & T. 25.

Dux Brabantiæ & Lucemburgiæ, Joannes Marchio Moraviæ Regis *Bohemiæ fratres; Nicolaus Münsterbergensis, Bulko Oppoliensis; Casimirus Tessinensis; Bulko Falckenbergensis; Conradus Olsnicensis; Joannes Osvviecziménsis, Duces; Joannes de Rosenberg, &c.*

Gold. in Beylagis Lati: Extat *Privilegium* quod idem *Carolus Imperator* Fratribus ex villa Stadicensi ad *Bilinam Ludolfo & Cunzoni* dedit, quod in hunc modum clauditur: *Signum Serenissimi Principis & DD. Caroli IV. Romanorum Imperatoris invictissimi & gloriosissimi* Bohemiæ Regis. *Testes hujus rei sunt: Venerabiles Arnestus Pragensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Joannes Lithomyßliensis Sacræ Imperialis Aulæ Cancellarius, Joannes Olomucensis, Episcopi* (Nota: præcedebat Lithomißlensis Episcopus Olomucensem ob munus Cancellarij, quod tum gerebat) *Illustris Rudolphus Saxoniæ Dux S. Imperij Archimarschallus, Joannes Marchio Moraviæ, Bulko Falckenbergensis & Przemisle Tessinensis Duces, spectabiles* Burckardus *Burggravius Magdeburgensis Imperialis Curiæ nostræ Magister, Joannes & Burchardus Fratres de Recz Comites, Zdenko de Sternberg, &c.*

Objectio de statu Ecclesiastico solvitur. Quod si quis sciolus, & in Diplomatis Imperatorum parum, aut nihil versatus objiciat: istud *Ordini Ecclesiastico* datum, ut primi ante *sæculares Principes Ecclesiastici* subscriberent, is profectò plurimis *Cæsarum Decretis* ferietur, & oculis suis tandem credere vel invitus cogetur; unum vel alterum adferamus exemplum: extat *Caroli IV. Constitutio* authentica, de *incorporatione Ducatuum Silesiæ, & Marchionatûs Lusatiæ*, quòd perpetuò & indivisibiliter R*egno* Bohemi*æ* uniantur. data Anno 1355. clausula hæc est: *signum Serenissimi Principis ac DD. Caroli IV. Rom: Imp: semper Augusti. Testes hujus: Venerabilis Arnestus* Pragensis *Archiepiscopus, Illustris Rudolfus senior Dux Saxoniæ sacri Imperij Archimarschallus Avunculus noster, ac Venerabilis PretZlaus Wratislaviensis Episcopus* Cancellarius *Aulæ nostræ, Joannes Olomucensis Episcopus, Illustris Rudolphus Saxoniæ & Joannes Oppaviæ Duces, spectabilis* Burchardus *Magister Curiæ nostræ Burggravius Magdeburgensis, & Albertus de Anhalt &c. Joannes de Rosenberg, Joannes de Sternberg &c.*

Arch. Caro: Joan. ab Eysen in Deduction. Boh: in Beylagis.

Gold. in Beylagis Germanicis. Idem observatur in *Confirmatione Cæsarea* Bullæ Clementinæ *de Jure Archiepiscopi Pragensis* in Consecratione Regis Bohemiæ data Pragæ An: 1347. 1 Septembris, in qua post *Archiepiscopum Pragensem, Episcopos Olomucensem, VVratislaviensem & Litomyßlensem*, subscripti leguntur *Joannes Dux Carinthiæ & Comes Tyrolis Frater Cæsaris Caroli*, postea *Silesiæ Duces* septem numero, tum *Proceres* Bohemi *ac Moravi*, ac tandem postremò Prælati Ecclesiæ Pragensis.

Arnesti Pra: Archiep: in Imperio dignitas. Ex his videas *Pragensem Archi-Episcopum* ante *reliquos Principes* subscribere solitum, ejusque dignitatem etiam *inter Imperij Principes* eminuisse; his adjice quæ in vita Arnesti protulimus, eo maximè capite cui titulus est: Ar-

rneſtus Princeps, & ſummus apud Cæſarem Carolum Miniſter, plurimíſque ſtimonijs intelligere licebit; *Archiepiſcopum Pragenſem Principibus Impe-*j connumeratum, & parem ei honorem ab *Imperatore & Principibus* habi-im eſſe. Hunc *Arneſtum Carolus* ad *Imperij Comitia* legatum mittebat, unc in arduis *Imperij Romani negotijs dilectum* Principem (verba ſunt Caro-) *Romam & in Galliam & in Germaniam* ſæpius ablegarat, atque ipſe *Pon-fex Romanus Clemens* cùm plurimæ Imperij Civitates ob *Ludovicum Bava-im*, cui adhæſerant, excommunicatæ ab anathemate abſolvendæ eſſent, elut *Imperij Principem* mittebat, plenámque & *in ſolidum*, ut habent Anna-s Eccleſiaſtici, *Domino Arneſto facultatem abſolvendi dabat*, qui per Impe-j Urbes proficiſcens publicè in foris, & plateis Urbium flectentes abſolve-at; huic *Arneſto Archiepiſcopo Carolus Imperator* tentabat Imperiales quoſ-am Epiſcopatus, ut *Ratisbonenſem, Bambergenſem, Miſnenſem, &c.* ſubji-ere, hujus vexillum gentilitium *Equi dimidij Romæ* inter Imperij Principum exilla in *Coronatione Caroli*, cum alijs *Procerum Bohemiæ* vexillis ferebatur. lura ejuſmodi documenta in *Erneſti Principis vita* paſſim invenies.

Odori: Raynald. in Annal. Eccleſ. Tomo XV.

Exiſtimo ſatis plauſibilem hanc veritatem, & documenta, quæ modò ttulimus, non aſpernabilia prudentibus, & qui in tranſverſum affectibus on agantur, viſum iri, jam aliam ad idem probandum inibo viam longè à riore diverſam, quæ licet non ſuccederet, nihil tamen prioribus derogaret: t in Scholis fieri ſolet, cùm argumenta pro concluſione coacervantur; *nam uæ ſingula vim non haberent, numero ipſo & copiâ feriunt*, ſternúntque ho-tem ac vincunt. Altiùs aliquanto rem exordiar in gratiam *Bohemicæ, Mo-avicæ, & Sileſiticæ Nobilitatis. Carolus* IV. *Imperator invictiſſimus, & loriofiſſimus Bohemiæ Rex*, cùm ſtatuiſſet omnem quam poſſet, gloriam pa-erno & materno ſuo *Regno* in quo natus erat, circumponere, & *Bohemiam* mni genere bonorum intus impleviſſet, animadvertit ſagaciter, ut ea bona erpetua æternáque foret, ei Gloriæ, iíſque bonis, exteriùs quoque præſidia ſſe quærenda; ea verò præſidia potiſſimùm ex *Imperij Romani* intima cum *Regno Bohemiæ* conjunctione conſecuturum ſe ſperavit; itaque licet pridem *Bohemia Imperio Romano* obnoxia & inſerta foret, tamen tam arctè denuo odum hunc adſtrinxit, ut vix ab *Imperio Bohemia*, imò ægrè etiam *Imperi-im & Corona Imperij à Bohemiæ Regibus* ſeparari hactenus potuerit. Legat *Auream Bullam* qui id ſibi probari cupit; hâc enim non modò pacis & ſecu-itatis publicæ æterna jecit fundamenta *Carolus*, verùm etiam *Bohemiæ* ſuæ, & *Regum Bohemorum* juribus, libertati, Privilegijs & gloriæ in omne tempus proſpexit: nimirum poſteritatem ſuam regiam, quam in *Bohemia* ſemper regnaturam ſperabat, commendare *Imperio*, & ad *Coronam Imperialem* ca-peſſendam quàm maximè inſtruere cupiebat. Non eſt hic locus *Caroli Cæ-ſaris* artes, conſilia ſuſcepta, admotas machinas, quibus quod optârat, per-

Oſtenditur Bohemicâ Nobilitatẽ in Imperij Nobilitatẽ cenſeri.

Caroli IV. Conſilia quò ſpectarint in conjungenda Imperio Bohemiâ.

Buxdorff. Arumæus &c. diſſert. in Auream Bullam.

ficere voluit, commemorare: id ſatis ſit dicere: divinâ providentiâ ſvaviter diſponente, eam omnem fælicitatem, *Lucemburgicâ Caroli Cæſaris* ſtirpe extinctâ, ad *Sereniſſimam Domum Auſtriacam* (quam nobis ſervet DEUS!) eſſe denique devolutam. Sed ad Conſilium *Caroli*, quod diximus, revertamur: hinc igitur illa profecta ſunt, cum omnibus propè *Europæ Principibus ac Regibus* fœdera ad potentiam poſteris ſuis, *Bohemiæ Regibus*, parandam conſtituta, tot vicinæ & remotæ ditiones *Regno* adjectæ, tot emta *Feuda*, quibus *Principes* extra Bohemiam ſiti, & Regibus noſtris obnoxij fiebant ut eorum *Feudorum* ſoli *Tituli*, juſtum volumen (cujus exemplar apud me eſt authoritate Comitiorum ſæculo priore conſcriptum) conficiant neque ullus ferè eſſet *Imperij Electorum*, *Principum*, *& Comitum*, quia liquo *feudo Regi Bohemiæ* non obligaretur. Enumerat plurima ejuſmodi *Feuda Joannes Baptiſta Eyſen*, *Beſoldus*, *& Marquardus Freherus*, qui poſtremus ſubtiliter addit: *his omnibus feudis*, *Bohemiæ cum Imperio conjunctionem eſſe quæſitam;* ob eam ipſam cauſſam omnium mercium maritimarum & terreſtrium *Emporium Carolus Pragæ* conſtituit, ut in ea Urbe primitus omnia deponerentur; hîc ſibi *Imperialem ſedem* fixit invitatis eodem *Electoribus*, quorum aliqui *Domos* etiam *Pragæ* regium in modum conſtruxerant. Ita enim *Sapientiſſimus Imperator* exiſtimabat (contrà quàm *Machiavelli Schola* ſentit, quæ damnis & paupertate Populi, ſecuritatem Principis contineri putat; quam ſtultam opinionem omnes egregij Politici refellunt cùm objectum principale bonæ Gubernationis & ſuprema lex, ſit ſalus Populi, ſecuritas, honor, divitiæ, ac cætera ſubditorum bona) ſic, inquam, exiſtimabat *Imperator*: quò plus *Regno Bohemiæ* opum, virium, & gloriæ addidiſſet, eò certiùs ſtirpem ſuam non modò in *Bohemia ob populi amorem*, ſed etiam ob *potentiam*, in Imperio regnaturam, & ſi vires *Regno Bohemiæ* detraherentur, ridiculum ſe hoſtibus & vicinis Regnis, ac Provincijs futurum, & electionem ſtirpis ſuæ ad Imperium, incertiorem, & difficiliorem fore, ac fortè etiam aliquando de omnibus Regnis periclitari ſtirpem ſuam poſſe. Sed nihil cupidiùs quæſiviſſe videtur *Carolus* (ut aliquando in viam redeam) quàm *Bohemiam ſuam*, non linguâ quidem, ſed juribus, inſtitutis ac commercijs cum *Germania* commiſcere, & in unum quodammodo confundere; quod ex *Aurea Bulla* ſuprà citata, ſatis apparet; conſtat antequàm *Huſſitica labes Bohemiam* infeciſſet, tantam *Bohemæ & Germanæ Nobilitatis* conjunctionem extitiſſe, ut *Bohemi* pro Domeſticis, non pro extraneis, in *Imperio* haberentur, nullóque diſcrimine *ad ditiones in Imperio* emendas, ad *ſeſſionem* Comitiorum Imperialium, ad *Imperij Præfecturas* ac cæteras dignitates admitterentur. In ſumma: quicunque in *Bohemia Prælati*, *Equites*, *Barones*, *Comites*, *ac Principes* forent eandem in Imperio dignitatem obtinuiſ-
ſe;

Feuda Regni Bohem: plurima.

Index Archivi Carlſteinenſis Codex M.S. An. 1500.

Joan: Bap: Eyſen in Deduct. Bohē. Beſold. in Diſcurſ. Politic. C. 7. Freher. in Notis ad Petr. de Andlau. l. 2. de Rom. Imp. C. 2.

Mercium depoſitio Prag.

Virtutis politicæ objectum.

Lipſius in Politicis. Gaſpar ab Ens in Theſauro polit. Caro. Scrib. S. I. in Chriſtianopolit. Adam. Contzen S. I. in politicis. Scipio Ammirat. in Tacitum. Annibal Scot. in Tacit. Ariſto: in politicis. Goldaſt. id *probat omnibus libris de Bohemia maximè L. 3.*

ic; Inter alia plurima, quæ *sex* libris *Goldastus* prosequitur: *Hinc* inquit, *st, quòd Episcopi, Duces, Abbates, Prælati, Comites, Barones, Equites, Ci-* *vitates Bohemiæ in Decretis, Rescriptis, & alijs Diplomatibus Imperatorum* *& Regum Romanorum, non modò Sacri Romani Imperij Principes Nobiles & fideles appellentur, verùm etiam cum Germanis indifferenter, servatâ tamen dignitatis prærogativâ, collocentur, & connumerentur.* At quis major *Princeps in Regno Bohemiæ*, quàm *Archiepiscopus Pragensis*, dictus *primus Princeps*, ut postea dicemus?

Gold. l.3. c. 1. n. 13.

Nota.

Ab universalibus ad minùs universalia ordine scientiæ, optimus est descensus; est igitur in particulari adstruendum: *Nobilitatem Bohemiæ in Imperij Nobilitatem adlectam esse*, ac proinde *Principes in* Regno *Bohemiæ ab Imperatoribus creatos sacri* Romani *Imperij Principibus accenseri*; istud verò præcipuè ex Cæsarum dignitates illas conferentium *voluntate* & ex Imperialium Principum *acceptatione & sensu* cognoscitur; ordiamur ab ultimo; deinde ex Antiquitate adductis testimonijs in illud primum suaviter delabemur: Quis in *Germanicis Historijs* tam hospes est, ut nesciat *Ludos Trojanos* (seu *Torneamenta* veteri voce) ab *Henrico Aucupe Germaniæ* Rege, *Magistro Philippo* authore institutos, soli tantùm *Germaniæ Nobilitati* patuisse, quæ postea in *Circulos* divisa, frequentissima comparebat in armis, & galeis gentilitia Familiarum signa gerentibus (unde etiamnum *Nobilium Familiarum Insignibus* ut in *Torneamentis* usitatum erat, galeæ imponuntur) quanto ibi & quàm rigido examine, *Germaniæ* genuina & gnisia Nobilitas ab illegitima secernebatur? nihilominus ad eos ludos, & hastarum frangendarum serium ludum *Bohema Nobilitas* suo ordine (*Equites* inter Imperij Equites, *Barones* inter Barones, *Comites* inter Comites, *Principes ac Duces* inter suos æquales) nullâ quæstione motâ admittebantur, tanto aliquando Bohemorum numero, ut sexaginta quinque, eóque amplius Galeas (ita *Familias* illustres appellabant) ex *una* Bohemia ad Torneamenta Imperij R*otenburgum*, aliásque Imperij Urbes accessisse, & generosè unà cum Imperialibus Familijs decurrisse legamus; vide librum ante 150. jam annos editum de *Torneamentis Sacri* Romani *Imperij* authore *Rüxnero*, qui liber, etsi quibusdam non placeat, suspectúsque sit, plures tamen iíque doctiores (ut *Krantzius*, *Cuspinianus*, *Chytræus*, *Dresserus*, *Bucholtzerus*, *Henninges*, *Reusnerus*, *Cochlæus*, *Stuckius, Fabricius, ac Wolfius*, quanti & quàm diligentes historici!) defendunt.

Arist.

Nobilitas Bohemica in Imperio nunquam habita est pro peregrina.

Ludos Trojanos Bohemi cum Germanis celebrabant.

Neminem moveat superiùs allata *Comitum Bohemiæ* mentio: nam etsi ante trecentos proximos, aut quadringentos annos in Bohemia vix alios *Comites* præter *Guttensteinos* habuerimus (qui in *Matricula Imperij in circulo Franconico*, ubi ditiones quasdam habebant, censebantur) certissimum tamen est, primis illis, & antiquissimis Bohemiæ temporibus sub Ducibus nostris, quàm plurimos in Bohemia Comites numeratos. An *Slavvnik* ex sorore *Henrici Aucupis* Germaniæ Regis, amitâ *Ottonis Magni* Imperatoris natus, *S. Adal-*

Comites Bohemi.

Origines Cōmitum de Guttenstein C. 2.

Dubrav.l. 2. hist. Boh. Epit. histor. L. 3. C. 5. Cos. in hist. Boh: l. 1.2.3. Theobal. in Geneal. & Chronolog. Ducũ Boh. ex Pulk: & Chro. Bolef:
Comitũ nomen ultro Bohemiæ Nobilitas abjecit.
In hist. Rosensi M. S.
In Stemato graphia.

berti pater, *Libicensis Comes* non fuit? an non *Slavibor S. Ludmillæ* pater *Mielnicensis Comes* ex eadem familia *Guttensteiniana*? an non fuêre *Comites Wrssovecij* ex ipsa virili *CZehi* Familia descendentes, *Mutinæ*, *Kochani*, *Borutæ*? an non *Kaunicij*, *Stoßij* in Diplomatibus Principum *Comites* subscripti? an non *Benedæ Comites*? pluresq; alij, quos in Chronico nostro minore, seu in *Historia Boleslaviensi* adduximus, & *Cosmas* antiquissimus post *Christiannum* Bohemiæ *Scriptor*, passim recenset. At postea sub *Regibus* (ut conjicio) *ultimis Wenceslais*, aut antè sub *Ottogaro* Nobilitati infestissimo, unà omnes propè *Bohemi Comites* uno consilio, *titulos Comitum* abjecêre, atque alij ad *Equites*, alij ad *Barones* (quanquam hoc nomen veteribus *Bohemis* ignotum erat) aggregârunt sese; quorum illi quia militiam colebant **Rytirj** id est *Milites* vel Equites, isti quia officia Regni pacata gerebant, & Rempublicam ferè togati administrabant, simpliciter **Páni**, id est, *Domini*, nuncupabantur (qua de re sunt Litteræ quædam *Regis Wladislai*) sed *Dominorum* rursus duplex erat ordo; nam primæ dignitatis Proceres **Korauhewnj Páni** (Germanis **Panner-Herrn**) **wiſſy**, id est *majores*, alteri inferioris notæ, **Korauhewnj Páni menſſy** dicebantur, sed de his suo loco.

Nobilitas Bohema cõsedit in Imperio.

Const. Imp: T. III. §. 2. A. 988. Bulla Aur: Tit. 10.
Familiæ Imperiales per connubia Bohemicis familijs implexæ.
In Stemma.

Jam verò licet *exteris* ac peregrinis interdictum sit *Possessiones in Imperio* comparare, *Bohemis* tamen, velut Imperij Civibus, ab omni memoria licuit in Imperio honoratas possessiones, *Principatus*, *Comitatus*, *Baronatus*, *Dominia*, *Castra &c.* jure emptionis, *Feudi*, alijsque titulis acquisitas habere. Ita *Aurea Caroli IV. Bulla*, quæ est *Pragmatica Imperij Sanctio*, & in Confirmatione Elect. Imperij §. 3. quæ habetur *Constitutionum Imperialium* Tomo I. *Exemplis* hanc rem plurimis in *Miscellaneis* hisce l. 3. C. 1. curiosus & eruditus lector inveniet confirmatam. Ob hasce *Bohemicæ Nobilitatis* insignes prærogativas, & intimam cum Imperio honorum, titulorum & Jurium societatem factum existimo, ut non modò *Silesiæ*, atque *Imperij Principes*, sed etiam *Electorales Familiæ* Nurus suas *Bohemiæ Proceribus* ad nuptias darent, aut vicissim ex Bohemia Conjuges sibi suísque acciperent: plurimas ejusmodi apud nos *Familias* illustres *Electoribus & Principibus Imperij* per conjugia implexas in *Originibus Guttensteinianis* numeravi, & plures alias adferre possem, quæ cum *Imperij Comitibus & Proceribus* generosissimum sangvinem miscuerunt; sed alius apud me his commemorandis, locus, si vitam concesserint superi, servatur.

Magistrat⁹ & officia Imperij Bohemi Nobiles sæpe gessêre.

Gold. locis suprà cita:

Venio nunc ad *Imperij Magistratus*, & profanas & Ecclesiasticas dignitates, quæ cùm non nisi *Patrijs*, *Germanísque* hominibus conferri soleant, sæpissime tamen *Bohemiæ Nobilitati in Imperio* sunt delatæ: *Magdeburgenses Archiepiscopi Germaniæ Primates* ex Bohemis aliquot fuêre; *Salisburgenses* aliquot, *Herbipolenses*, *Merseburgenses*, *Monasterienses*, *Passavienses*, *Brixinenses*, *Tridentini* aliquot; *Eistadienses*, *Misnenses & Caminenses* Episcopos ex *Bohemicis* Familijs alibi enumeravi; *Archicamerarios Cæsareæ Majest-*

statis, Magiſtros Curiæ Imperialis, Mareſcallos Imperiales, *Camerarios Im-periales, Pincernas Imperiales* ſub Carolo IV. *Bohemos* legimus ſubſcriptos di-plomatis. *Protonotarios, Secretarios, Vicecamerarios Imperiales ex Bohemis* non paucos.

Hæc quæ modò attulimus, quaſi extra chorum, & procul ab inſtitutæ diſſertationis filo aberrare aliqui forſitan exiſtimabunt, ſed qui plus ingenij, & judicij luce valent, facilè quò res iſta pertineat, intelligent, & concludent (quòd meliores jurisconſulti ac Politici ſentiunt) *Nobilitatem Bohemicam ad Nobilitatem Imperij* pertinere, ijsdémque in Imperio gaudere titulis, ac tan-tùm in Comitibus ac *Principibus* noſtris creandis *Cæſaream intervenire pote-ſtatem*: ſic *Sileſiæ Principes*, qui ſe ultro *Regno* Bohemiæ certis rationibus ſub-jecerunt, in Imperio quoque *Principum titulum* eodem jure obtinent, ut de-monſtrat *Schickfuſius*; ſic filij *Georgij* Bohemiæ *Regis â Friderico* III. *Cæſare Münſterbergenſes* Principes creati, *Imperij Principes* evaſerunt; ſunt tamen omnes hi *Principes Lygij*, & *Regno ac Regibus* Bohemiæ, ut ex Archivo Carl-ſteinenſi diſcimus, obligati; quanto magis *interni* & domeſtici *Bohemiæ Principes*, ut *Epiſcopi Olomucenſes*, &c. ac præcipuè *Archiepiſcopi Pragen-ſes* Regni univerſi *Primates*, & *primi Principes*, *S. Romani Imperij Principes*, haberi debebunt? ſubſcribit noſtræ ſententiæ cum plurimis alijs Imperialis Juris conſultus *Melchior Goldaſtus*, toties citatus â nobis, cujus in libro 2. ca-put 1. propè totum in pari argumento conſumitur; & alibi: *Coſmas* inquit, *Epiſcopus Pragenſis in Bohemia & Princeps.* Atque ut ſciri poſſet, quales *Principes in Bohemia* eſſent, clariùs l. 3. c. 1. num: 12. *Præpoſitus* ait *Wiſſehra-denſis, olim Sacri Romani Imperij* Princeps; rurſus l. 3. cap. 4. *Joannes Du-bravius Sacri Romani Imperij Princeps*, & *Epiſcopus Olomucenſis*, & l. 4. cap. 4. *Dubravius Reverendiſſimus & Illuſtriſſimus Sacri Romani* Imperij & *Regni Bohemiæ* Princeps. Idem ac longè etiam potiori jure de *Archiepiſco-pis Pragenſibus* eſt ſentiendum, quos *dilectos ſuos Principes* pluribus literis *Ca-rolus Cæſar* appellavit, ut in *Erneſti l.* vita oſtendimus; Errat igitur inſigni-ter *Nicolaus Henelius*, cæterà vir accuratus & diligens, qui, quoties in *Caro-li Diplomatis Principum Bohemiæ* fit mentio, *Sileſiæ Principes* intelligi opor-tere exiſtimavit, hoc argumento: *quòd Bohemia eo tempore Principes non ha-beret*; ſed *Henelium* plurimæ ipſius *Caroli*, quas egomet vidi litteræ refel-lunt, in quibus *Pragenſis Archiepiſcopus*, *Epiſcopi Olomucenſes*, *Wratislavi-enſes*, & *Litomyſſlenſes*, tum *Ingenuæ* ſeu *exemptæ Eccleſiæ Wiſſebradenſis Præpoſiti*, *Principum* Titulis inſigniuntur, ut taceam *Regum Bohemiæ filios*, & *Moraviæ Marchiones ac Principes*, quales eâ ætate fuerunt *Procopius*, *Joan-nes*, *Jodocus* &c. Sed nos ab *Imperio in Bohemiam* avertit *Henelius*, rede-amus unde ſumus digreſſi: omnia ſuperiora quæ de *Nobilitate Regni Bohe-miæ ex Goldaſto*, aliſque Scriptoribus paulò antè referebam, irrefragabili quodammodo & invictâ authoritate Cæſareâ confirmat *Aurea Caroli IV. Bulla*,

Apud Gold: l. 3. C. 1. Arum. & Buxdorff. in auream Bullam. Beindorff. diſſert. de Jure publ: Rom: Ger. Imp. Schiffordeg. Diſp forenſ. l. 3. tr. 39. Q. 3. Schick. in Annal. Sileſ. l. 2. Ælurius in Genealog. Münſterb. Schick. l. c.

l. 1. C. 11. n. 13. & alij ab eo citati.

Hen. Sileſiogr:

Quid nomine Principũ Bohemiæ in Caroli IV. Bullis intelligere oporteat.

Mens Caroli IV. in Aurea Bulla.

Bulla, in qua *Carolus Regnum Bohemiæ nobilius Imperij Germanici membrum & partem Imperium constituentem* appellat; quid, oro, aliud *Regni* nomine accipiemus, quàm *Regni incolas, Nobiles, Barones, Comites, Principes* qui sunt *Imperij nobilia membra, Imperiúmque parti aliter constituant?* ac proinde *Imperij sint Nobiles, Imperij Comites ac Principes?* non enim Platonicam aliquam Ideam in mente existimo *Imperatorem* habuisse, cùm *Regnum Bohemiæ* nominavit, sed ipsos, qui *Regnum* constituunt, intellexisse; At verò *Bohemicam Nobilitatem* ab Imperio, & Imperium à nobis primùm *lingvæ discordia, Nationum studia, Reges nostri* ac præcipuè *Wenceslaus* degener filius Caroli, mox consecuta *hæresis*, & exorta cruentissima *bella* abalienarunt; ajo tamen, si quis aliquando plenus ex omnibus *Imperij* statibus & ordinibus, omnium *Comitum*, omnium *Episcoporum ac Principum*, qui ad Imperium quoquomodo referuntur, *Consessus* ab *Imperatore* indiceretur, in quo omnes Imperij partes & membra, periculo, v. g. Imperij imminente, convenire ad sententiam, & opem ferendam debeant, ajo, inquam, ab ejusmodi *consensu Archiepiscopos Pragenses* arceri non posse, cùm ijdem adhuc in *Episcopali* dignitate constituti ad *Imperij Comitia* vocari sint soliti, ut antè vidimus; imò ejus sum sententiæ (salvo aliorum judicio) eorum maximè ad quos hujus rei definitio pertinet, *Imperatores Romanos* quoties libuerit, *Archiepiscopos Pragenses*, ad *Imperij Comitia* ablegare, & mittere posse, velut à *Carolo* IV. nominatim, *per expeditionem Imperialem Principes* creatos; quod fieri non liceret, neque factum olim fuisset, si extranei ab Imperio & hospites habiti fuissent; idem, ut jam antè monui, sensit *Goldastus*. Quantum Possessiones & ditiones in *Imperio* attinet, etsi id vulgus ad *Sessionem in Comitijs Imperialibus* requirat, evanescit istud, si probamus *Bohemiam Imperij esse membrum*, ídque *nobilius*, vel si id dicamus, ad *sessionem* requiri, non tamen ad *Titulum*; maximè cùm *Comites & Principes Imperij* fuisse sciamus, & esse, qui in Imperio, nè vestigium quidem terrarum possederint, possideántque; deinde *Archiepiscopi nostri*, neque tum, cùm *Episcopi* essent, possidebant aliquas Imperij terras, & tamen ad Comitia vocabantur; denique ut jam dixi, *Regnum Bohemiæ* universum *per Auream Caroli Bullam*, aliáque Imperatorum Diplomata, quæ alibi referentur) Imperij partem declaratum esse, & Germanico Imperio contineri. Atque ex his validum sanè *pro Archiepiscopis nostris* sumitur argumentum, quo evinci possit *Sacri Romani Imperij Duces eos ac Principes esse*, atque ut *Cæsar Rudolfus* (tum in *Diplomate* quo *Stanislao Pavvlovvsky Episcopo Olomucensi* dignitatem & titulum Principalem ab aliquo tempore intermissum restituit & confirmat, tum in illo, quod *Sbignæo Archiepiscopo* dedit) loquitur, *aliorum Principum numero & consortio aggregandos, quemadmodum Nos ipsi* (inquit) *eos cum Successoribus nostris omni tempore dicturi, nominaturi, & recognituri sumus.* Pro Coronide hujus Tractationis ipsum *Cæsaris Rudolfi* II. Diploma adjiciemus.

locis cit.

Ru-

Rudolphus Secundus Divinâ favente clementiâ electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ ac superioris & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ & Teckæ, Princeps Sveviæ, Comes Habspurgi, Tirolis, Ferretis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperij, Burgoviæ ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum, &c.

Ad perpetuam rei memoriam.

PRæpotens DEUS, & summæ fons sapientiæ, qui cùm universa à se condita, tum porrò maximè homines, quos reliquis à se creatis præfecisset, pulcherrimo quodam discrimine variόque graduum & conditionum ordine distinctos esse voluit: hoc inter alia Imperatoribus ac Regibus, penes quos summa rerum est, proprij muneris loco assignavit, ut dum nationum & subditorum sibi divinitùs concreditorum commodo debitâ ratione, omníque cura invigilant; eorum etiam qui cæteris claritate generis præstant, quíque de Ecclesia & Republica præclariùs merentur, dignitatem magis magísque augeant & præ alijs illustrent. Nihil enim sive ad Subditorum animos inflammandos commodiùs, sive ad *Regnorum & Imperiorum* amplitudinem conservandam & longè latéque propagandam utiliùs unquam reperiri potuit, quàm si Virtuti præmium, & egregiè factis debitus honor decernatur. Quod quidem ut à *Majoribus nostris Divis Romanorum Imperatoribus & Serenissimis* Bohemiæ *Regibus* rectissimè observatum; ita nobis curæ & animo semper fuit, eos qui singulari studio arduum virtutis iter ingressi, memorabile aliquod specimen edidissent, ad eminentioris fastigij culmen evehere, sublimioribúsq; honorum titulis condecorare. Nam quantò largiùs Majestatis nostræ gratia & munificentia in tales apparuerit; tantò nominis nostri splendor latiùs diffundetur: & ea remunerandi ratio, non tantùm decus *Cæsarum* Regiúmque celebre reddet apud exteros, verùm etiam domi subditos ad præclara facinora obeunda, benéque merendum, veluti quibusdam aculeis vehementiùs impellet & excitabit. Quocirca *Reverendiss. in Christo* Patris Sbignei Bercæ *Archiepiscopi* Pragensis, *Consiliarij nostri* fidelis nobis syncere dilecti, indefessis nobis & inclytæ Domui Austriacæ nostræ præstitis obsequijs permoti, & antiquissimæ Bercarum familiæ splendorem, quæ nobis & prædecessoribus nostris fidelis semper extitit, & quod etiamnum, ex eâdem nonnulli in hoc nostro Regno, & additis eidem provincijs, non postremas functiones, prorsus impigrè obeunt & magna cum laude administrant, considerantes; idem verò *Archiepiscopus* pro sua in DEUM pieta-

pietate, & insigni Catholicæ Religionis zelo, non solùm Ecclesiasticam disciplinam restaurare, verùm etiam eos, qui in Ecclesia suæ Archidiœceseos irrepserunt errores extirpare, eos tollere, & pristinum fidei nitorem reducere, tanquam vigilans Pastor & Antistes sedulò adnitatur: ac denique sibi à Majestate nostra quasvis injunctas legationes promptè nec minus dextrè semper obierit. Judicamus nostri prorsus esse officij, ut dictum *Sbignæum Bercam* clementiùs amplectamur, & in his, quæ vel ad ipsum splendidiorem reddendum, vel ad vivaciorem nominis illius apud posteros memoriam retinendam facere spectaréque videantur, nullo prorsus modo, commodo honorísque ejus desimus. Re itaque cum Illustribus Spectabilibus & Magnificis, Inclyti Regni nostri Bohemiæ Officialibus, cæterísque Consiliarijs nostris, communicatâ; & nostro hoc consilio, non solùm omnium ipsorum suffragijs comprobato, verùm etiam diligentiore apud Majestatem nostram hoc nomine ab omnibus accedente intercessione: Quod felix faustum & fortunatum sit, in nomine DEI omnipotentis, à quo tanquam perenni fonte, omnis Principatus, honos & potestas promanat: animo deliberato, & non improvido, de nostra certa scientia & de plenaria Cæsaris Romani, atque Regis Bohemiæ, quâ præditi sumus potestate; præfatum *Sbigneum* Bercam *Archiepiscopum Sanctæ Metropolitanæ* Pragensis *Ecclesiæ* quam Antecessores nostri Serenissimi Reges Bohemiæ summoperè dilexerunt, & non tantùm proventibus necessarijs largiùs dotarunt, verùm etiam honoribus amplissimis ornarunt; Juribus, privilegijs & singularibus immunitatibus, alijs omnibus antetulerunt, ad *Ducum ac Principum* Ordinem gradum, fastigium, & pileum evehimus, & *Ducalis* sive *Principis* antiquo nomine, dignitate, & titulo, quo (uti in Archivis, ejusdem Sanctæ Metropolitanæ & vetustissimis Antecessorum nostrorum Divæ memoriæ *Romanorum Imp: & Regum* Bohemiæ, maximè verò *Wenceslai* Regis & Ducis Cracoviæ, Anno Millesimo Ducentesimo Secundo; *Joannis* Regis Bohemiæ Millesimo Trecentesimo decimo quinto & *Caroli Quarti* Patris Patriæ Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo anno, datis Diplomatis videre est) Prædecessores ejusdem *Episcopos, & Archiepiscopos Pragenses*, usos esse constat, & qui temporum solùm injuriâ in desvetudinem abierat, per præsentes Autoritate, ut suprà Cæsareâ utpote Rom. Imp. & Regiâ tanquam Rex Bohemiæ decoramus & insignimus, nec non aliorum Principum nostrorum numero & consortio benigniter aggregamus. Decernentes præsenti hoc nostro Cæsareo & Regio edicto firmissimo & irrevocabili, non modò ipsum *Sbignæum* modernum nunc, sed futuros etiam *Archiepiscopos* Pragenses *Successores* ejus, qui ritè & legitimè à nobis, & Successoribus nostris Regibus Bohemiæ nominati à Sancta Sede Apostolica Romana confirmabuntur, perpetuò duraturis in futurum temporibus (quatenus æternum hoc nostræ erga eun-

eundem *Sbigneum* voluntatis apud posteros extet testimonium) ab omnibus & singulis cujuscunque conditionis, præeminentiæ, statûs, gradûs, & dignitatis, etiam Regalis aut Ducalis existant hominibus, pro veris *Illustribus Principibus* haberi, teneri, dici, & honorari debere, quemadmodum *Nos* ipsi *Principes* nostros declaramus, dicimus, appellamus, nominamus & recognoscimus; eósque cum Successoribus nostris, omni tempore dicturi, appellaturi, nominaturi, & recognituri sumus. Volentes & statuentes eâdem Autoritate nostrâ & potestate præfatâ, ut modernus & futuri, crebrò nominatæ Ecclesiæ *Archiepiscopi* omnibus & singulis Privilegijs, Indultis, Immunitatibus, libertatibus, Juribus, consvetudinibus, honoribus, dignitatibus, præeminentijs, fastigijs, prærogativis, auctuarijs, exemptionibus, gratijs & favoribus, quibus cæteri nostri Principes tam Ecclesiastici, quàm seculares in omnibus Regnis, Provincijs ac ditionibus nostris, atque in Imperio Romano constituti, de Jure vel consvetudine gaudent & fruuntur, uti, frui, gaudere & potiri valeant & debeant, utantur, fruantur, gaudeant & potiantur, dum̃odo nobis & Successoribus nostris Serenissimis Regibus Bohemiæ in posterum quoque debitam observantiam præstiterint. Non obstantibus quorumcunque consvetudinibus & ordinationibus, statutis, Privilegijs præsentibus & futuris, quæ quoquomodo contra hujusmodi declarationem nostram facere possent, quibus per præsentes expresè derogamus, & derogatum esse pro Nobis & Successoribus nostris Augustissimis Romanorum Imperatoribus & Serenissimis Regibus Bohemiæ volumus. Nulli ergo omninò hominum cujuscunque fuerit gradus, Ordinis & status, liceat hanc nostræ creationis, erectionis, renunciationis, restitutionis, concessionis Decreti, voluntatis & gratiæ paginam, ausu temerario infringere, aut ei in toto sive in aliqua ejus parte contravenire. Si quis verò id attentare præsumpserit, Nostram, hæredum & Successorum nostrorum Imperatorum Romanorum & Regum Bohemiæ noverit se iram & indignationem incursurum. In quorum fidem & testimonium hasce literas fieri, ac Sigilli nostri Cæsarei appensione muniri jussimus. Datis è Regali nostra Praga XV. die Mensis Junij, Anno supra Millesimum sexcentesimo tertio, Regnorum nostrorum Romani XXVIII. Hungarici XXXI. & Bohemici itidem XXVIII.

Rudolphus.

L. S.

Sdenko Adº Poppl de Lobkovicz
S. R. Bohemiæ Cancellarius.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ
Majestatis proprium.

Henricus de Pisnicz Vice-Cancellarius.
Joann: Menzelius.

§. II.

Primates Regni Bohemiæ.

Excusatio prolixitatis in priore Titulo explicando.

NImium prolixè fortassis in demonstrando & asserendo Antistitibus nostris *Sacri Romani Imperij Principatu*, & in connectenda, & uni-enda Imperio Romano *Bohemica Nobilitate* versatus fuisse, & satagisse videor; operæ pretium id esse duxi, ut ijs qui fundamenta, & firmamenta hujus caussæ ignorarunt hactenus, fiat satis. Sunt enim hodiéque nonnulli, qui omnia quæ ipsi nesciunt (ut scire videantur) in dubium revocant, & carpunt; quibus bellè Aristoteleum illud convenit: *errant*, inquit, *qui pauca respicientes, multa concludunt.* cùm enim prudentis hominis sit, etiam postquam multa respexeris, in tanta rerum & negotiorum varietate, multitudine, obscuritate, pauca concludere, *isti boni*, vel hodiernam ætatem respicientes, vel historiam saltuatim percurrentes *de Juribus* disceptant, nullo ad publicas Regnorum *literas*, nullo ad Regum ac Cæsarum *Rescripta*, nullo ad sanctiora *Archiva* respectu. His igitur in primo Titulo refutatis, & sibi, si ita illis placet, relictis, progrediamur ad cæteros: *Primatum Regni Titulum* Antistites nostros à plurium sæculorum intercapedine gessisse notius est, quàm ut argumentis sit opus; potiùs quid ea sibi dignitas, velit, intuendum est.

Quanta olim apud Reges Ecclesiastici Ordinis æstimatio, & cur.

Omnes boni, & fortunati in Christiana Republica Reges ac Principes singularem semper ad *Ecclesiam & Viros Ecclesiasticos* amorem & venerationem habuêre & prætulêre. non patitur brevis hæc tractatio, ut accumulentur exempla: omnes à *Magno Carolo* (nam apud hunc omnia propè Aulæ officia & munia *sustinebant Sacrorum Antistites*) Imperatores, præsertim *Caroli* IV. & V. omnes *Ludovici, Ottones, Friderici, Henrici* aliíque bello & pace inclyti Principes, multum in maximis Imperiorum curis Ecclesiasticorum hominum operâ utebantur, & quamdiu sacrorum hominum consilia secuti sunt, fortunatissimos ferè semper consiliorum suorum exitus habuêre. Recitabo hoc loco plagulam quandam ex Scripto pridem confecto excerptam: *Observant meliores, & sagaciores* Politici, *Ecclesiasticos Viros, cæteris paribus, Consilijs excellere plerumque, eorúmque Ministeria plus quàm cæterorum* Regibus ac Regnis *profuisse: inprimis diligentiores sunt, & à pueritia legendi ac scribendi laboribus assveti, ideóque curas* Regnorum *(quæ magnâ parte in opificio, ut sic loquar, legendi & scribendi versantur) fortiùs portant; carent multis affectibus, qui in transversum agere homines solent, tum curis & cogitationibus, quibus non parum sæpe alij implicantur, ut de uxoribus, de filijs & filiabus elocandis, ditandis, provehendis soliciti; at Ecclesiastici præter unum, alterumvè Nepotem, quos tantopere ditare velint, non habent; adde* quod

Ecclesiastici Viri aptissimi Aularũ Consilijs habentur.

Errores Politici tit. 4. Minister. Card. Mazzarini. ab Ens in Thes. Polit. Annibal Scotus in Tacitum. Scipio Ammiratus in Tacit. &c.

quòd plerumque docti & Eruditi sint, Jura Ecclesiastica, exempla, historias, & in ijs mores gentium, & leges callent, Authoritatem in Aula ab ipso statu facilè acquirant, & conservent, unde etiam Authoritas in ipsa consilia & negotia derivetur necesse est; liberiores sunt, & non serviles in Consilijs, scapham esse scapham, & Simiam esse Simiam audent dicere, & rei veritatem proferre, cùm sint plerumque vi status sui, non ex toto Principi subjecti, unde minùs timent, minúsque etiam blandiuntur adulatione &c. Deinde prosunt Ecclesiastici Consiliarij ad conscientiam Principis sublevandam & exonerandam, tum etiam ad authoritatem, & Justitiam armorum; ad gratiam Pontificum *summorum, ad auxilium* Ordinum *Ecclesiasticorum, quos ob potentiam & gratiam in Provincijs (præsertim in Germania) habere faventes, magnum est Principibus lucrum &c. &c.* plurima alia in hanc sententiam in eadem Dissertatione adferuntur, quæ hîc omitto. His ita constitutis, & longâ sæculorum experientiâ & exemplis Imperiorum & Regnorum firmatis, adducti *Reges Bohemiæ vetusti* Pragensibus Præsulibus *Primatum Regni* contulêre: ut scilicet in omni Principum, Regníque Ordinum (quod Regnum non modò *Bohemiam*, sed quod omnes agnoscunt, *Moraviam*, *Silesiam*, *olim etiam Lusatiam*, ut literis publicis demonstrabimus, comprehendit) in omni, inquam, Principum, Ordinúmque Panegyri, & Conventu Proœdria, & primus locus *Pragensi Archiepiscopo* ante omnes Principes servetur. itaque *Primas Regni*, idem est ac *primus in Regno Princeps*, qualem *Carolus* IV. Imperator appellat & declarat *Pragensem Archiepiscopum* in eo Diplomate, quo *Regiæ Capellæ Comites & Principes* Episcopos Olomucenses creavit. Eam ob caussam (ut in superiore *Titulo Principum* probatum est) in omnibus, quæcunque numero innumero in Archivo Regio leguntur, publicis literis, ante omnes *Bohemiæ*, *Moraviæ ac Silesiæ Duces* (etiam ante Regum liberos, ante *Moraviæ Marchiones* (licet regij sangvinis essent Principes) post Regum nomina, post *coronatos vertices*, ut loqui Aula solet (in literis ad Regnum Bohemiæ spectantibus) semper *Archiepiscopi Pragensis* primum nomen subscriptum invenies. Jam verò *Primatus Regni* multiplex munus est, & prioribus sæculis non solùm *Pacis*, sed etiam *Belli* tempore agnitum, & probatum, quod nunc adstruemus exemplis. *Primus*, quod sciam, ex Antistitibus nostris Rempublicam Bohemiæ attigit, suásque partes esse putavit, Patriam consilijs, opibus, ac si opus foret, etiam manu adjuvare *S. Severus Pragensis Episcopus* sextus numero; ante eum, qui *Ecclesiæ Pragensi* præfuêre, publica (utpote ex Cœnobijs extracti) Principibus & Proceribus curanda reliquêre. *Severus Berzkovsky* ex illustri Bohemiæ Equitum prosapia primus jam ab An. C. 1030. Juventutem Principis *Brzetislai* authoritate & consilijs rexit, omnibúsque insuper ejus bellis (quæ gessit Princeps plurima *Bohemiæ Achilles* à Silvio appellatus) ingenti animo semper interfuit. Idem

In fundamen: Regni.

Primas Regni idem quod prim. Princeps.

Diploma Caroli IV. in Archivo Olom: N. 8.

Archiv. Carlstein.

Munus Primatum Regni.

S. Severus primus inter Bohem: Proceres.

De Severo Episc: *Æneas Sil. in hist. Boh.*

Epit.l.3.C.5 Præful Anno 1042. ad *Henrici* III. Imperatoris Caſtra in comitatu duorum Procerum ex ſtemmate *Berkiano* profectus, Cæſarem ad pacis conditiones flexit, intérque Imperatorem & Ducem intimam amicitiam conciliavit. S. *Severo* An. 1067. defuncto *Jaromirus* Epiſcopus *Wratislai* primi Regis fra- ter, nimium etiam *principem* ſe oſtendit, cujus cum fratre graves diſſenſiones in hiſtorijs noſtris leguntur. *Coſmas* Jaromiri ſucceſſor ad *Henricum* IV. Cæſarem profectus ab eodem inſignia *Privilegia Eccleſiæ Pragenſi* procura- vit, quæ fideliter in Literis publicis ad An. 1088. ſunt exſcripta. *Herman- nus Epiſcopus Pragenſis* non tantùm pro *Bohemiæ Primate* ſed magis pro *In- terrege Bohemiæ* ſe geſſit; nam cùm inter ſe multi ex *Przemysli* ſangvine Du- ces pro Principatu digladiarentur, *Hermannus* Principali animo, quoties res poſceret, modò Patriam defendens, modò exerrantes ambitione Principes caſtigans *Clavum Bohemiæ* habebat in manu. *Meinhardus Epiſcopus* ean- dem viam inierat, niſi proditionis falſò accuſatus & penè everſus, odio rerum ab Aulæ negotijs animum ſegregaſſet; *Meinhardi* exemplo territi *Joannes* I. & *Otto* vixerunt. *Daniel Epiſcopus* ex ſtirpe *Procerum de Lippa* Vir mili- taris, probè quid ſui muneris eſſet intelligens inter Proceres togâ & ſago ſem- per eminuit, eum *Principem ſuum* ipſemet *Fridericus* I. *bellicoſiſſimus Cæſar* appellat, quem multis Legationibus adhibuit. Idem *Wladislao Bohemiæ Regi* An. 1159. in bello Mediolanenſi aſſiduus Comes, ductavit partem Bo- hemici Exercitûs, & *Militiam* (ut Jaroslaus coævus loquitur) *impigrè & ſtre- nuè exercuit*, hoc tum Abbatibus, atque etiam Epiſcopis uſitatum fuiſſe ſæpè deplorat *Baronius*. *Fridericus & Valentinus* Epiſcopus, ille morbis, hic ſenectute fractus uterque quierunt. Succeſſit An. 1182. *Henricus BrZetis- laus*, quem *Conradus* Bohemiæ Princeps in terram Sanctam peregrinus Anno 1191. pro ſe Bohemiæ præfecerat; huic cùm Competitores & rivales pluri- mi Regij ſanguinis Patriam dilacerarent bello, *Henricus* V. Imperator, ut narrat *Jaroslaus* in M. S. datis vexillis Bohemiam regendam commiſit; opti- mè à Regij ſangvinis Principe & Epiſcopo Rempublicam adminiſtratam Scriptores omnes conſentiunt. Quinto demum gubernationis Anno Princeps numeris omnibus virtutum abſolutiſſimus, qui Bohemiam ſæpius adverſus hoſtes armatus defendit, qui Moraviam cum exercitu ingreſſus Ca- ſtris omnibus hoſtium vi aut deditione expugnatis Bohemiæ conjunxit, qui famem graviſſimam in Bohemia regnantem, ſingulari prudentiâ & liberali- tate depulit &c. An. 1196. obiit, verus Patriæ Pater & Princeps. Aliquot ſequuntur Antiſtites Pragenſes (*Daniel II. Andreas, Peregrinus*) qui non vitio ſuo, ſed *Regum*, tantùm abeſt, ut velut *Primates Regni* colerentur, ut pro- pè etiam gradum amiſerint, *Andreas* etiam in exilium actus eſt, & in exilio vitam finivit. Dominandi enim immodico ſtudio, *Ottogari Reges* om- nem majorem Nobilitatem Regni opprimendam, aut ſaltem atterendam ſi- bi

Hagek poſt An. 1067. Epit.l.3.C.8

Hermannus Epiſc. velut Regni Pri- mas tracta- vit rem pu- blicam.

Danielis E- piſcopi au- thoritas.

Baron. in Ann. Eccl.

Henricus E piſc. Pragē. Interrex.

Vide Epito. noſt. l.3.C.12

Jarosl: ha- bet Annum 1198. quod verius puto

bi sumserant: ita *Czerninij* Camerarij Reginarum, patriâ pulsi, & ditionibus exuti *de Chudenicz* appellari postea voluerunt; *Waldsteinij Chudobæ* seu paupertatis nomen assumsêre; *Comites de Ossek pauperes & pedites* dici maluerunt; *Hasemburgici Proceres Mendici & Ziebraci*, alij alijs nominibus oppressos se esse significabant, nimirum in hoc suam securitatem sitam esse, ibi tres isti *Ottogari Reges* persvaserant, si Nobilitatem extenuarent; sed graviter errasse illos, maximè *Ottogarum* ultimum eventus ostendit, quem desertum à Nobilitate perijsse annotant diligentiores historici, & cæteris apertiùs *Historia Rosensis*, quæ est apud me, in qua multæ graves injuriæ Regis in Nobilitatem, raptæque ditiones recensentur. *Ottogaro Rege* misere in acie cæso *Joannes Episcopus* senio jam antè fractus, cùm *Regni Bohemiæ* ruinam præ oculis haberet, contabuit, & eodem anno, quo perierat *Ottogarus*, extinctus est; sed ecce tibi divina Providentia & Clementia, quæ *deducit ad inferos & reducit*, ut est in sacris literis, desperatis & deploratis rebus omnibus, ejusmodi *Antistitem Regno* imposuit, ut huic uni, quod adhuc stet *Bohemia* debeamus. *Tobias* hic est in nobilissima Bechiniorum Procerum, qui *sagittam in clypeo gerebant* familia, electus An. 1278. in calamitosissimo Bohemiæ statu. *Tobias* ubi primùm sese & Electionem suam confirmasset, nihil antiquius habuit, quàm Patriæ labenti, aut jam lapsæ succurrere, quâ posset ope. Describit hasce *Tobiæ* curas coævus Scriptor *Franciscus Pragensis Canonicus*, quas hostes Patriæ, cùm exercitum haberent in manu, sæpius eluserunt; dum denique Anno 1281. medium se bello (quod inter *Ottonem Brandeburgicum Regis parvuli Wenceslai Tutorem* avarissimum, & inter *Bohemiæ Proceres* gerebatur) offerens *Tobias*, gratis utrique parti conditionibus, optatam *Bohemiæ Pacem*, & serenitatem restitueret, poterátque Romanum illud usurpare: *Cedant Arma Togæ, concedat Laurea lingvæ!* partâ apud utrosque authoritate & gratiâ tum primùm *Tobias* omnes vires suas in Patriæ salutem convertit. *Otto Marchio* (verba sunt Francisci) *Tobiam Episcopum de consensu omnium toti Terræ Principalem* (Nota) *ad quem recursum haberent omnes oppressi, & quibuscunque injurijs prægravati, præfecit.* Quæ sequuntur in *Francisci* sacri & diligentis Viri Annalibus, utcunque vera sint, non audeo hac ætate describere, satis constat prudentissima & sagacissima in futurum *Tobiæ* consilia (cui velut *Primati Regni puer Wenceslaus Ottogari filius* educandus consensu Procerum est traditus) *Bohemiam* non modò respirasse, sed etiam periculo exemtam veterem gloriam, securitatem, & potentiam, & lingvam postliminio recepisse. *Primus* hic ex *Antistitibus Pragensibus* (ut idem Franciscus animadvertit) pro *Regis & Regni* incolumitate & securitate Exercitum Militarem scripsit, & continenter suis sumtibus aluit in omnes usus & *Regales expeditiones Militiam armatorum trahens, quod priùs per Antecessores suos, ait Franciscus, fieri non consveverat*, sed neq; alijs licebat;

Quidã Reges Boh: Nobilitatẽ majorem oppressam voluerunt.

1. Reg. 2.

Tobiæ Pragensis Epis: Primatis Regni studia & consilia in summo Regni discrimine.

Franc. in Chron. M.S

Exercitus & copiæ militares Episcoporum Pragensium.

Franc. P. 2. Chron. Tra: 2. C. 16.

cebat; consulatur *Epitome* nostra historica rerum Bohemicarum, quam pridem vulgavimus. Obiit præclarus Antistes expletis omnibus officij sui, quod Patriæ debebat, partibus An. 1296. *Gregorius* qui *Tobiæ* successit senio effætus paucis annis sedit. At *Joannes IV. Pragensis Episcopus* ex primaria *Procerum de Drazicz* familia ortus, cùm ejus Episcopatus in ea tempora incidisset, quibus extinctâ penitùs Regiâ stirpe Przemyslæa *Bohemiæ Regnum* in acie novaculæ, ut dici solet, staret, eam Patriæ fidem præstitit, ut hujus unius Viri ope & consilijs potissimùm ab ultimo exitio sit revocata. Non vacat hoc loco omnia hujus Antistitis laudatissimi, *Principis & Primatis Regni* saluberrima consilia percensere; punctatim, ut sic dicam, conficiam rem, unde tamen *Primatis Regni & primi Principis in Interregno officium* utcunque possit cognosci.

JoannesEp. Pragen: Primatē se Regni ostēdit.

Joannes IV. obtinuit Ecclesiæ Pragensi *Principatum* intabulari.

Codex Eccl. Pragen. B. XVI.

Joannes obtinuit confirmationem antiquissimi Juris, ut liceret *Pragensibus Episcopis* in regalibus silvis venari.

Franc. P. 1. Chron. C. 16.

Rex Wenceslaus Joanni Episcopo velut *Primati, & primo Principi Regni sui, detulit gratiosè Sceptrum suum & Pomum cum Cruce eidem conferendo Regalia seu Principatum.*

Franc: ibid:

Rex Wenceslaus eidem *Joanni Episcopo Principi* suo post consecrationem, Pontificalibus induto & Infulâ coronato ad Curiam Episcopalem (sitam in parva parte Pragensi ad pontem è regione Domûs Saxonicæ) Equitanti *Stratoris* præstat officium, *& accipiens Equum dicti Episcopi per frænum introduxit eum in portam Domûs comitante pedibus maximâ Procerum multitudine.*

Rex Ioannis Episc: Equū ducit.

Franc: ibid.

An. 1311. rediens *Joannes* ex Concilio Viennensi in Gallia, Synodum Nationalem celebravit; *Regem quoque ac cunctos Magnates, & Regni Nobiles monitis salutaribus instruxit.*

Franc: ibid:

Confosso per fraudem cujusdam Thuringi ultimo *Rege Wenceslao*, & brevì post etiam *Rudolfo Austriaco Alberti Romanorum Regis filio* extincto, vacante Regno *Venerabilis Joannes Episcopus utpote Primas Regni* Anno 1307. Proceres Bohemiæ ad Domum suam in Minore Praga ad Colloquium convocat; cruento exitu fædata fuêre illa Comitia, ut *Hagek* narrat, & per seditionem quorundam Procerum *Henricus Dux Carinthiæ* in Bohemiam est vocatus; sed cùm is *non Regis, sed Mercatoris, ac simul Tyranni* vitam ageret, & ferri ampliùs non posset, *Joannes Episcopus* Patriæ cadentis misertus scripto confestim suis sumptibus Exercitu Patriæ defensionem suscepit, & toto *Ordine Ecclesiastico* sibi adjuncto, cum non nullis Proceribus, ad *Henricum Cæsarem Legationem* præmisit, postea ipsam *Regiam Virginem Elisabetham, Spiram* ablegavit, cui *Joannes* ad iter necessaria, & quædam *parapherna*, tum *Equum gradatorium* candidissimum, & Reginâ dignum, alij alia

Franc. ib: Tra: 2. C. 20

Hagek in Ann. Boh.

JoannesEp: Prag. indicit in Interregno Comitia.

ulia ac præcipuè *Ordo Ecclesiasticus* donavit; ibidem *Virgo Joanni Lucemburgico* Cæsaris Henrici filio est desponsa, interea domi *Joannes Episcopus*, nè quid *Henricus Carinthiæ Dux* movere posset, cum suo Exercitu (cui *Henricum Lippæum Ducem* imposuerat) stetit, & venienti *Joanni Lucemburgico*, Regi futuro, suas copias conjungens, ope *Lanionum Pragensium* securibus portâ Urbis excisâ, *Regem Joannem Pragam* induxit, ut disertè tradunt Scriptores: *Joannis Episcopi Exercitum in Urbem primum intrasse, & pacem inclamasse.* Cum eodem Episcopali Exercitu *Rex Joannes Moravos* quosdã Proceres sibi adversantes A. 1312. compescuit.

Joannes Ep: ad Regnum Joannẽ Luxenburgicũ adjuvat.
Welesla. in Calend. histor. ad 7. Febr.
Pulk. in histor: Boh.
Lupac. ad 9. Febr.

An. 1313. *Joannes Rex Bohemiæ, quia Vicarius erat S. R. Imperij* Conitia cum omnibus Imperij Principibus *Norihergæ* celebravit. *Venerabilis quoque Pater* (ait Franciscus) *D. Joannes Pragensis Episcopus fuit specialiter ad hoc rogatus, & transivit cum magna & solenni Militia ingentique honore cum Rege, & ibidem Regi fecit magnum honorem, & Proceribus Bohemiæ magnam consolationem.*

Dubr. l. 19. hist. Boh.
Chron. Aulæ Regiæ.
Franc. l. cit: & tr. 2. C. 26
Joannes Ep: cum Exercitu Noribergam pergit.

Anno 1315. *Joannes Rex Exercitu Joannis Episcopi* adjuvante insignem in Ungaria reportat victoriam. In hoc prælio *Joannes Episcopus* à scientia militari mirificè laudatur à Scriptoribus; cùm scilicet Regio exercitu nutante, *suis*, quos hactenus quietos tenuerat, signo dato, prælium in se recepit, tantóque impetu in hostes invectus est, ut ducenti Ungari primo impetu strati sint, cæteri turbati fugam capesserent, uno tantùm Milite ex Præsulis exercitu desiderato.

Fran. l. cit: C. 34.
Franc. ib.
Joannis Episcopi Exercitus.

Anno 1317. Cùm *Regina Elisabeth* multa statui suo indigna ab *Henrico de Lippa* pateretur, ad sese in *Arcem Cubitensem*, *Joannem Episcopum* velut Regni Primatem cum cæteris Proceribus invitavit, & coram eis querelas suas deposuit. *Joannes Episcopus* promisso priùs auxilio, cùm *Pragam Elisabeth Reginam* adduxisset, Reginæ Adversarios sibi oppugnandos sumsit, & quamvis aspera hiems regnaret, eorum Munitiones fæliciter occupavit, & ipsosmet imperata facere coëgit.

Epito. hist: rer. Boh. l. 3. C. 17.
Fran. l. 2. P. 2. C. 1.

Anno 1322. *Joannes Rex* cum Ungaris & Austriacis prælium commissurus ante *Lavam ad Joannem Episcopum* scribit, ut quàm citissimè cum Exercitu suo, Regi ferat auxilium. Literas ipsas in *Actis publicis* recitavi inscriptas his verbis: *Joanni Episcopo Pragensi Principi nostro dilecto &c.*

Satis de *Joanne*, qui *Præsul* omni Scriptorum laude major An. 1343. ætate confectus, postquam *Ecclesiam Pragensem* annis 42. summâ cum gloria rexisset è vita discessit; cui *Arnestus de Pardubitz* successit. Hujus Episcopi, & paulò post *primi Archiepiscopi Pragensis* vitam ante annos 25. Typis edidimus; in qua Titulos ejus omnes, totúmque velut *Primatis Regni ministerium* apud *Carolum IV.* eo tempore regnantem, quantâ diligentiâ potuimus, adumbrare sumus conati, ut supervacaneum sit eadem, nullâ necessitate

Vita Ernest: I. Archiep: Prag:

tate cogente, tot locis iterare, præsertim cùm *Liber* in plurimorum manibus versetur. Hoc unicum adjicio, tam validum in animo *Caroli Arnestum* fuisse, ut ex illius sententia propemodum gereret omnia *Carolus*, ut in Bello, quod adversùs *Rosenses* gessit, apparuit, quod *Arnestus* authoritate suâ sopivit, utrâque parte Bellantium, illius arbitrio staturum se promittente, *gratum & ratum*, ut illi loquebantur, quidquid statuisset, habituros.

Arnest⁹ Archi: Pacem inter Regẽ & Proceres conciliat.

Post *Arnestum duo Joannes* eandem institêre viam: *Joanni Wlassimio* honores, quos *Arnesto* destinaverat Pontifex, obvenêre, ut in *Epitome* diximus. *Wolframus Archiepiscopus* (qui An. 1396. Archiepiscopi dignitatem, *Joanne de Genstein* ultro cedente, obtinuit) ignavissimæ Gubernationis *Wenceslai pigri Regis* pertæsus, castris ad *Pragam* positis (cùm esset à Regni Proceribus imploratus) *Wenceslaum* obsedit; cui *Rex* exui Regno metuens velut *primo Principi, & Regni Primati* cum tribus Proceribus, *ad unum annum* Regiam in *Bohemicis* rebus componendis, ordinandis, & dirigendis potestatem concessit. *Puchnik Wolframo* mortuo *electus*, confirmationem Romanam morte prævênit. *Sbinko Hasemburgius* difficillima habuit tempora in hæresis pertinacissimæ & pervicacissimæ initijs, & Rege ipso n[illegible] quid severiùs in *Hussum* statueret, prohibente, propemodum exarmatus est. *Albicus* Moravus, Simoniacus, ut multorum sensus fuit, Archiepiscopatûs venditor, suâ se avaritiâ privatus involvit. *Conradus Westphalus* Archiepiscopatûs emtor, omnibus Archiepiscopalibus ditionibus divenditis, & pecuniâ in *Westphaliam* ad suos missâ, postremò Hæreticis accessit. Observandum est: *Conradum*, etiam dum hæresin sectaretur, velut *Primatem Regni* ab ordinibus agnitum, atque in omnibus eorum temporum, Comitijs, colloquijs, Literis publicis *primum habuisse locum*, & primam in subscriptionibus Procerum etiam *ante Rosenbergicos*, dignitatem. Tum primùm *Conrado* hæreticorum castris accedente, tota Regni & Reipublicæ nostræ compago (subtractâ religionis columnâ Archiepiscopatu) ruit in cumulum, ereptæ Ecclesiasticis ditiones, opes, dignitates, primatus, suffragia, vox in Comitijs, in curijs, in Senaculis, ut neque, velut olim, Judicijs & consilijs præsiderent, sed vix inter altaria in Templis securi consisterent. Sub *Ferdinando I.* A. 1562. *Archiepiscopatus Pragensis* restitui cœpit, cúmque adhuc eo tempore Templa ab hæreticis inflammata fumarent, parum aliquid de dignitatibus, vix decimam Ditionum partem *Archiepiscopi Pragenses* recuperare potuerunt. Sed de his alio in loco. summam dictorum faciamus: Explicatum est, quid *Primatûs Regni nomen* significet, videlicet: primũ Regni Principem, cui ante omnes Procœdria, prima vox in ferendis sententijs, in Consilijs, in Judicijs, in Comitijs debeatur. Sunt apud me quædam Judiciorum excerpta, à *Regis Joannis temporibus* in vetere quadam Bibliotheca reperta, in quibus semper (quamdiu Archiepiscopatus extinctus ab hæreticis

Epit. histo: rer. Boh.

Archiepisc: Pragensis Gubernator Bohem:

Ruina Archiepiscopatûs Prag:

Restituitur Archiepiscopatus.

Officiũ Primatis Regni

cis non fuit) *Archiepiscopi*, imò & *Episcopi* sedere, ac *Iudicio præsidere* dicuntur: (quod postea in libro de *Iudicijs & Magistratibus Regni* apertiùs, annis & diebus nominatis probabitur) sed in *Interregnis* maximus *Primatum Regni* usus, & necessitas, & authoritas in *Vetere Bohemia* fuit: indicabant *Cognitiorum* tempus, & locum; *convocabant* Majorem, & Minorem Nobilitatem; *Comitia* moderabantur, regebant, concludebant, atque ut eadem *Comitia libera* essent (aliquando etiam instructo Exercitu, præsertim priùs quàm *Rex Regni* possessionem adiret) pervigilabant; in *discordijs Procerum* publicæ concordiæ sequestri, & Pararij habebantur; denique quadam proportione ea præstabant, quæ in *Regnis*, ut ita dicam, confinibus (cum quibus sæpe Reges communes habuimus) *à Primatibus Regnorum* illorum præstantur.

§. III.

Legati nati Dignitas.

L*Egati nati* Titulum *Archiepiscopos Pragenses* â sede Apostolica in perpetuum obtinuisse extra omnem controversiam est; id omnes nostri exteríque Scriptores, id omnes Pontificum, Cæsarum, Regum, atque ipsorum *Archiepiscoporum* ab annis ampliùs trecentis scriptæ litteræ loquuntur, id nominatissimi Canonici Juris interpretes attestantur, ut *Baldus*, *Cardinalis Tuschus*, *Paschalius*, aliíque. Quid verò oneris aut honoris Titulus hìc secum trahat, quantâ authoritate, & quantis & quàm illustribus prærogativis Archiepiscopi per hanc *legationem* fulgeant, quid Juris in subjectos sibi Antistites, titulo *perpetuæ Legationis* acquirant, non est Historici, sed Jurisconsulti definire; nominandi, & commemorandi magis quàm interpretandi relicta nobis facultas est. Primus hanc dignitatem ex Archiepiscopis nostris gessit *Carolo IV. Cæsare* impetrante *Joannes Wlassimæus*, ut in Epitome allatis coævorum Scriptorum testimonijs ad liquidum est probatum. Porrò paucissimos Antistites hâc dignitate *Legatorum natorum* summi Pontifices exornârunt, qui inter Evropæ maximos *Præsules* numerantur: *Strigoniensem Archiepiscopum* in Ungaria *Legati nati* Titulum habere constat inter omnes; eodem gaudet potens admodũ inter Germanos Præsules *Archiepiscopus Salisburgensis*, &c. adjicit ex vetere Jurisconsulto *Goldastus*, *Archiepiscopos Cantuariensem*, *Eboracensem*, *Remensem*, *& Pisanum*, de quibus consulantur Historiæ. Præcipua semper habita fuit *Legatorum natorum* dignitas, adeò ut olim hoc nomine & titulo unico, *Salisburgensis* prærogativam sibi deberi adversus *Magdeburgensem Archiepiscopum*, quanquam *Imperij Primatem* contenderit, quæ lis hodieque indecisa remansit. Jam ad eos qui *Jure Legationis Archiepiscopis Pragensibus* subditi sunt, veniamus:

Bald. conf. 337. tit. Pragensis Archiepisc: l. 4.
Card. Tusc. in practicis conc. V. Pragensis.
Raphaël Cyllen. lib. de legato Pont.
Carol. Paschalius in Legato.
Arisminus Tepatus in Comp. ver. sent. Juris.
Archiepisc. Prag. Legatus natus.
Quis primus ex Archiepiscopis Legati nati dignitatẽ gesserit
Goldast. l. 5. de Juribus Boh. C. 4.
Qui sint Legati nati.
Gold. ib.

qui ſubſint jure legationis Archiepiſcopo Pragenſi.

Magnam rem auſus eſt *Carolus* IV. Imperator, qui ut *Pragenſem Eccleſiam*, quam deamabat, honoribus quantum poſſet, augeret, omni ope conniſus eſt, non modò *Olomucenſem*, *Litomyſslenſem* (horum enim erat *Metropolita Pragenſis Archiepiſcopus*, illíque *Suffraganei*) ſed etiam aliquot primarios & *exemptos Epiſcopatus* (qui alioqui *ſoli Papæ in Eccleſiaſticis & ſoli Cæſari* in temporalibus ſubduntur, & *jura Metropolitanorum* in ſuis Diœceſibus exercent) hos inquam *Epiſcopatus Primarios* (*Ratisbonenſem*, *Bambergenſem*, & *Miſnenſem*) omni ope, inquam, conniſus eſt *Carolus Archiepiſcopo Pragenſi Jure Legationis* ſubjicere; ídque jam â Sede Apoſtolica impetrâſſe *Carolum* affirmat diligentiſſimus Scriptor *Fabricius*, ſed ea conſilia morte Cæſaris interverſa fuiſſe. Apertiùs rem totam deſcribit *Beneſſius*, *Caroli* IV. Hiſtoricus & Aulicus *Canonicus Pragenſis*, Vir Nobilitate, pietate, & doctrinâ illuſtris, cui fidem derogare non poſſumus, qui ab *Joanne I. Archiepiſcopo Pragenſi* velut â *Legato nato* eas Provincias viſitatas eſſe commemorat; dabo ipſa ejus verba: An. 1365. *Majo Menſe Carolus Imperator cum Nobilitate Bohema Avenionem perrexit: Legationem ibidem* (nota legationem, non Jura Metropolitani) *impetravit Archiepiſcopis Pragenſibus in Ratisbonenſi, Bambergenſi, & Miſnenſi Provincijs; Papa verò in hujus rei ſignum miſit Archiepiſcopo Joanni Crucem argenteam, & Pileum latum nigrum & Cappam de Panno Bruneto. Viſitavit* (Nota) *has Provincias Ioannes, & nemo fuit, cui hoc diſpliceret.* hæc Beneſſius Canonicus, qui hæc fieri ante ſe videbat. addit M.S. Codex Pragenſis Eccleſiæ: *Carolum Imperatorem Joanni Archiepiſcopo tanquam Legato nato donâſſe oppidum Huc in Bavaria Diœceſis Ratisbonenſis, & Eccléſiam in Bernovv cum Jure Patronatûs.* Adjeci conſultò verba illa: *legationem non Jura Metropolitani*; multum enim inter ſe differunt, alia enim jura *ſunt Legati nati, alia Metropolitani*; unde quamvis Antiſtites quidam Sedis Apoſtolicæ Privilegio, exemerint ſeſe, nè *Suffraganei Epiſcopi haberentur, legationis tamen jure etiamnum Pragenſi Archiepiſcopo ſubijciuntur*, ut de *Miſnenſi* Epiſcopo (dum â ſuo Paſtore ante hæreſim regeretur) claris & authenticis teſtimonijs poteſt oſtendi. Sunt in manibus litteræ Archiepiſcopales *Joannis* II. *Archiepiſcopi Pragenſis* erigentis & dotantis *Altare S. VVenceslai* in Eccleſia *Miſnenſi*, ubi inter alia ad *Nicolaum* Epiſcopum Miſnenſem hæc leguntur; *licet autem nos ratione Legationis, utpote Apoſtolicæ Sedis Vicarij, poſſemus in dicta Miſnenſi Eccleſia beneficia erigere, & creare, Nos tamen vobis deferre volentes in hac parte &c.* Pragæ Anno 1380. Inſuper annotat Scriptor coævus & antè laudatus *Beneſſius*, tum aliàs ſæpe, tum nominatim anno 1367. ab *Joanne I. Archiepiſcopo Pragenſi jure legationis Miſniam & Luſatiam* viſitatam fuiſſe; non obſtante quòd *Eccleſia Miſnenſis ingenua*, ſolíque Romano Pontifici ſubjecta,

Fabric. l. 2. Ann: Miſn.

Beneſſ. l. 4. Chron.

Joannes Archiep. Prag: viſitat Provincias ſibi jure Legationis ſubjectas.

Urbanus V.

Nota habitum Legatorū natorū Archiepiſcopi Pragē. quædam in Ratiſbonē: Diœceſi tāquam Legati nati poſſidebant.

Jus Metropolitani & jus Legati nati diverſū eſt.

Tomo II. Erect. I. 2.

Exemta aliàs Miſnenſis Eccleſia ſubjecta jure Legationis Archiepiſcopo Prag.

a, & obnoxia diceretur; nollem ullius Ecclesiæ Juribus præjudicare, sed l hæc scribenda manifesta veritas me compellit.

Caput II.

De quibusdam alijs Prærogativis Archiepiscoporum Pragensium, pérque eam occasionem aliquid de Investituris.

Expeditis, & summâ brevitate explicatis principalibus *Titulis Archiepiscopi Pragensis*, eâdem brevitate quasdam eorum *Prærogativas* adferemus. Inprimis cùm *Premyslaus Ottogarus Bohemiæ Rex* præpotns; *Privilegium à Friderico* II. Imperatore impetrasset, Episcopis suis (Pragnsi & Olomucensi) Regalia conferendi, atque eos (ut tum loquebantur) *ivestiendi*, disertè cautum fuit; *ut ipsi Episcopi* (Pragensis & Olomucensis) *egaudeant libertate, quam à Prædecessoribus Imperatoribus habere consvevisnt* (recitavi ipsas *Friderici* II. litteras. Anno 1212. datas) in fundamentis Regni Boh: L. 7. Miscell. *tum etiam ut Regi Bohemiæ non præstent homagium d fidelitatem*, quæ verba sunt itidem *Innocentij* III. Papæ apud *Goldastum* l5. C. 3. complures alios Authores citantem. Nolo hoc loco de Investitus Episcoporum à Cæsaribus per annulum, & baculum factis disputare, sætamen miratus sum, Virum in historia præstantē nuper adeò in opere quom abs se edito investituras ab Imperatoribus cū tacita approbatione commemorantem; quis enim, obsecro, in *historia Ecclesiastica* tam hospes, & peregrinus est, ut de *Henriciana hæresi* nihil uspiam legerit, nihil audierit? uoties & â Synodis, & â Sede Apostolica *Investituræ* illæ sunt damnatæ! deepit nimirum Virum bonum *Goldastus*, ex quo illa, potissimùm de *Ivone* qui in eum observationes suas edidit *Jureto*, descripsit, sed *Ivonis* etsanctissimi Viri hac in re errorem ostendit *Baronius* ad An. C. 1099. & ipse o postea agnovit. Vide eundem *Baronium* quàm plurimis *Annalium* losinvictâ Scriptorum authoritate *Investituras* illas *Cæsarum* damnantem. igeberti Authoritas utpote *Schismatici* nulla est, neque Abbatis *Urspergensis* onradi ut habes ad An. C. 1105. apud eundem *Baronium*; *Goldastum* in oc ipso argumento egregiè retudit, *Jacobus Gretserus* noster, quem *fortismum veritatis defensorem* appellat *Spondanus*.

Libertas Ecclesiæ Pragensis Præsulum.

Baron. in Anna. Ecc: ad A. 1111. Baron. ad A. 774. 787. 869. A. 1077. 1078. 1087. 1099. 1100. 1101. 1103. 1106 1107. 1111: 1112. 1114. 1116. 1119 Gretser. in Apolog. Baron. C. 1. & contra Replicatorem l. 2. C. 1. & 2. Gold. de jur: Boh l. 5. C. 3.

Progrediamur ad reliqua; Constat inter omnes *Bohemiam* olim *Præsuli Moguntino* velut *Metropolitano* subjectam fuisse, sic videlicet: ut omnes *Ecclesiasticæ caussæ* in Diœcesi Pragensi ad *Episcopum Pragensem in prima instantia, in secunda verò ad Præsulem Moguntinum*; at caussæ adversus *Episco-*

Caussæ omnes Ecclesiasticæ quomodo referantur ad Archiepisc. Pragensem ut Metropolitan.

copum Pragensem & motæ querelæ audiendæ & dijudicandæ in *prima instantia* ad eosdem *Moguntinos Præsules* indubiè pertinerent. Id omnium Ecclesiarum Praxis; id *Goldastus*, id exempla innumera luce meridianâ clariùs demonstrant; & habet *Baronius* ad An. 1073. N. 53. qui addit, *non fuisse vetitum ad sedem Apostolicam recurrere*; quod postremum tamen reprehendere visus est *Goldastus*, Romanæ Ecclesiæ juratissimus hostis. Quemadmodum igitur antè ad *Moguntinum*, ita nunc, postquam *Archiepiscopus Pragensis à Moguntini jurisdictione & Metropolitanus* constitutus est (quâ de re *Apostolicas literas* in hoc Libro VI. recitavimus) omnes caussæ subditorum Archi-Diœceseos ad Archi-Episcopum referendæ sunt, multò etiam magis, postquam *Legati nati dignitas* Archiepiscopis nostris in perpetuum accessit.

Regũ & Reginarum Bohem: Coronatio spectat ad Præsulem Pragensem.

Regum & Reginarum coronationes omni jure ad *Archiepiscopos Pragenses* hodie pertinere, & pridem in *Vita Arnesti* l. & nuper in *Epitome historica* rerum Bohemicarum demonstravi; ut satis videatur jus illud hoc loco nominasse, obtinuit illud *Carolus IV.* Imperator à *Moguntinis Præsulibus*, & ad *Archiepiscopos suos Pragenses* Apostolicâ Sede confirmante transtulit; ut citatis modò locis probavimus.

Privilegia Archiepiscoporum confirmata. Potestas in temporalibus. *Pontan. in Boh. Pial. 5. & 6.* Collectæ & omnia Tributa ijs donata. Confirmantur Privilegia hæc à Carolo.

Illud æquè certum est: *Privilegia omnia Pragensium Præsulum à Carolo IV.* deinde ejus filio *Sigismundo ex Imperialis potestatis plenitudine* Anno 1352. & Anno 1438. confirmata fuisse. Extat Authenticum *Caroli* IV. Diploma (quod nuper retulimus Anno 1352. datum *de immunitate & potestate Archiepiscopi Pragensis in temporalibus*) in eo recitat primùm & confirmat *Carolus Imperator Ottogari Regis* litteras, qui se *Jura Ecclesiæ Pragensis* læsisse ultro fatetur, & de vexato *Andrea Episcopo Pragensi* multùm dolere significat. Donat idem *Rex Ottogarus Pragensis Ecclesiæ Episcopis collectas generales omnes, & omnia genera Tributorum*; quocunque ea nomine indigitentur &c. &c. item omnes pœnas super homines Ecclesiæ; tum donationes factas, & possessiones *Episcopi* ratas habet, &c. An. C. 1221. 9. Julij. Testes ex utroque ordine sacro & profano subscripti quàm plurimi. Hasce igitur litteras refert, & quæ ijs continentur confirmat omnia, *Carolus intuitu Omnipotentis Dei, & in Beatorum Viti, Wenceslai, Adalberti, &c. gloriam & honorem, nec non ad præfati Archiepiscopi* (Arnesti) *devotam supplicationis instantiam, meritis ipsius, quibus pro Magnificatione dignitatis Regiæ & tranquillo Regnicolarum ac fidelium nostrorum statu, constanti solertiâ fidelissimè laboravit &c.* Subscripti rursus alij *Bohemiæ Barones* præter plurimos Principes. *Wenceslaus Caroli filius* hæc Privilegia omnia Ecclesiæ Pragensis confirmavit *Pragæ*, 1380. 8. Calendas Maij.

De Erectione Pragensis Episcopatus Joannis Papæ XIII. literas Apostolicas retulimus in literis publicis ad An. 991.

De

De Finibus Episcopatûs Pragensis dum *Olomucensis Episcopatus* eidem conjunctus esset, habes idem ad Annũ *1086. Przemyslai Ottogari II.* literas confirmantis *libertates Ecclesiæ Pragensis* invenies in litteris publicis ad Ann: 1253. Easdem locupletiores ad An. 1262. ibidem. *Joannis Regis literas* easdem *libertates* confirmantis ad An. 1325. ibidem. Ejusdem *Joannis Regis Epistolam* ad Joannem Episcopum Pragensem, ut sibi in auxilium veniat *cum Episcopali exercitu.* 1331. In lit. publicis *Clementis VI.* Papæ *Bullã quâ Ecclesiam Pragensem* erigit *in Metropolitanam, eximitque à subjectione* Ecclesiæ *Moguntinensis* Avinion. 2. Calen. Maij 1343. in lit: publ. Aliam *Bullam* ejusdem *Clementis*, recitatur ibidem ad A. 1344. ejusdem *Papæ aliam Bullam de coronatione & inauguratione Regum Bohemiæ per Archiepiscopos Pragenses faciendâ.* in lit. publicis, 1343. quam Cæsareis literis inseruit, & confirmavit *Carolus IV. Imperator Pragæ An. 1347. 1. Sept.* quæ literæ etiam à *Goldasto* recitantur. *Gold. in Beylagis.*

Bulla *Clementis Papæ VI.* quâ *Pragensem Universitatem statuit, & licentiam Gradus Scholasticos*, seu perpetuum Cancellariatum Archiepiscopis Pragensibus tribuit. An. 1347. in Lit: publ. Archiepisc: Prag: perpetuus Cancellarius Univ: Carolinæ.

Caroli IV. de inunctione & Coronatione Regum Bohemiæ per Archiepiscopum Pragensem, Bulla Aurea. 1347. Pragæ in literis publ. Coronatio Regũ Boh. Nota.

Literæ Caroli IV. 1354. Treviris mittentis partem *Baculi S. Petri Apostoli, in latitudine trium digitorum*, quam partem jubet inseri in baculum seu *Pedum Archiepiscopi Prag. quod novum erit* (verba sunt Caroli) *in prædicta Ecclesia Pragensi, nec alibi in toto orbe terrarum credimus huic posse simile reperiri.* Idem *Carolus duos quaternos ultimos Evangelij S. Marci donat Ecclesiæ Pragensi*, ex quo hodiéque cantatur Evangelium in die Paschæ & in festo Ascensionis Domini. Sed de Reliquijs alius erit scribendi locus. Gloriosum Pedũ, & Evangeliũ Archiepiscoporum Pragensium. *In lit. publ. ad A. 1354.*

Habent etiam omnes *Archiepiscopi Pragenses Privilegium authoritate Cæsareâ & Imperiali à Carolo IV. concessum creandi Notarios publicos per totum sacrum Imperium, in Regno Bohemiæ, & ubique locorum.* Eósque *receptos ad osculum cum penna & calamario de Notariatûs officio investiendi legitimè ut loquitur Carolus*, cujus litteras retulimus in lib. VI. Miscellaneorum ad An. 1358. Est ibidem ad An. *1359. Caroli IV. Constitutio pro juribus Ecclesiarum tuendis, adversus Laicorum potentiam.* Privilegiũ Notarios publicos creandi. Literæ publicæ. de Immunitate Ecclesiastica.

Aliud *Privilegium* habet Archiepiscopus antiquissimum *per omnes legationis suæ Provincias ante se Crucis vexillum jubere deferri* ab Urbano VI. An: *1366.* concessum; & ut *Archiepiscopo celebrante singuli Canonici Ecclesiæ Prag: mitris seu infulis albis* uti possint. Id Privilegium postea *Bonifacius* IX. extendit, ut non tantùm *Infulis albis*, sed etiam *gemmatis, & Phrygio opere textis Canonici* utantur, an: 1390. Crucis Vexillum ante se ferri jubent Archiepiscopi. Ministri eorum infulati.

Collaturas omnes Ecclesiasticas Urbium regiarum an: 1625. in Archiepi- Collaturæ Ecclesiasticæ olim resignatæ Archiepiscopis.

scopi Pragensis manus resignatas à *Ferdinando* II. Litteræ Caroli Lichtenfteinij Principis, Gubernatoris Bohemiæ demonstrant; sed istud tempori datum, & revocatum postea fuisse ex usu horum temporum patet.

Gold.l.5.C.4 Multa alia Privilegia *Pragensium Præsulum* addidit *Goldastus*, quæ aut affirmare, aut etiam negare in utramque partem periculosum videtur; optarem ea legi ab ijs, qui *de Juribus* eruditè disceptant. *Venandi jus in Regijs Silvis omnibus* habuisse *Episcopos & Archiepiscopos Pragenses* indubitatum est. Ejus rei exemplum in *Francisco Canonico Pragensi* habemus ad ann. Dom. *1301.* cujus sunt hæc verba: *Donavit Rex Domino Electo* (Joanni Episcopo Pragensi) *annulum aureum cum pretiosissimo lapide Smaragdo pro 900. Marcis æstimatum, cum quo fuit in Consecratione ab Ordinatore suo subarrhatus. Dominus quoque Ulricus Præpositus Pragensis ait ad Regem! quia Dominus Episcopus Pragensis potest licitè venari in silvis Regalibus, placeat Vestræ Magnificentiæ Regiæ, ut ego ad Solennitatem Domino Electo de ferinis provideam, cui Rex respondit: propriâ in persona volumus ei venari, quod effectui mancipavit: nam ante diem Consecrationis tres currus varijs ferinis refertos Domino Electo transmisit, & alia plura providendo, quæ erant necessaria futuræ Solennitati, &c.*

Ius venandi in Regijs silvis.

Nota.

Caput III.

De Ditionibus, Potentia & Opibus Archiepiscopatûs Pragensis brevissima animaduersio, tum aliquid de Clientibus, & Armigeris Ecclesiæ Pragensis.

Octoginta Millia sexagenarum Bohemicarum (quarum una duas Misnenses Sexagenas, Florenos verò Rhenanos duos, ac 20. Cruciferos facit) percepisse quotannis Archiepiscopum Pragensem affirmat (cujus hæc verba sunt) *Pessina.* octoginta aureorum millia habet *Paulus Zidek* (qui scripsit *An. 1471.*) Vir maximæ authoritatis, designatus *Litomißlensis Episcopus, & Canonicus Pragensis, Præpositus ad omnes Sanctos;* cujus Encomium in Viris doctis jam pridem concinnavi. Hujus potentiæ, & opum *Archiepiscopatûs Pragensis* manifestum præbet indicium *Taxa* antiquissima *Annatarum*, quas pendi Romanæ Ecclesiæ mos erat: in qua legimus *Pragensem Archiepiscopum* 2800. florenos dependere solitum, cùm *Episcopus Olomucensis* trecentos tantummodo Florenos numeraret, & penderet.

Ita Pessina in Phosphoro radio II. M.S. Pauli Zidek.

Gold.l.5.de Jurib.Boh. C.3.

Dominia Archiepiscopi latissima & opulentissima fuêre: *RzecZicz rubrum, Richnovia nova, RoZmital, Tyna ad Wltavam* (hæc sola *Archiepisco-*

pù

pis sunt restituta) *Przibramum Civitas cum 45. pagis*, *Tina Episcopalis Civitas*, *Raudnicium Civitas*, totáque ea ditio, *PeldrZimovium Civitas*, *Bohemo-Broda Civitas*, *Rokyczana Civitas*, *Hosska*, *Helffenburgense*, *Hersteinense*, *Sstiepanoviense*, *Krzivvsaudoviense*, *Cheinoviense*, *Heralecense*, *Supihorense*, *Wiskitnense*, *Zierecense*, *Kyge*, Dominia amplissima sunt aversa, aliísque aut vendita aut donata. *Cogetinum* in *Moravia* cum multis ad eam ditionem pretiosis servitutibus emansit. Alia commemorare, nè odium incur-ram, non possum. Nihil igitur cuiquam mirum esse debet, (quod antè exemplis probavimus) *Episcopos & Archiepiscopos* Pragenses ad Regum & Regni tutelam *Exercitum militarem* conscribere, & armis Rempublicam tu-ari solitos, eúmque *Episcopalem vel Archiepiscopalem Exercitum*, ut antiqui Scriptores appellant, quoties opus foret, alere potuisse. Constabat hic *Ex-ercitus* non modò lectis in ditione Archiepiscopali militibus, sed ex omnibus *Cœnobiorum*, *& Abbatum*, *Prælatorum*, *& Collegiatarum Ecclesiarum* bonis, ut patet in bello adversus *Bavariæ Ducem* an: 1383. gesto, cùm enim *Bavari Bohemiam* ingressi, rapinis & incendijs *Tustensem tractum* vastarent, *Venceslaus Cæsar Ecclesiasticis* solis negotium dedit hostes *Bohemiâ* ejiciendi, *Sulko* Præpositus ex stirpe Illustrissima *Ssvvihoviorum* ortus, intra 18. non ampliùs dies, septem millia lectissimorum peditum & aliquot curruum millia, vicinorum *Prælatorum* auxilijs conscripsit; cui mox toti Exercitui præfuturus sese addidit cum tribus Equitum instructissimorum millibus non *Sbinko Hasemburgius*, ut *Hagek* posuit, sed *Joannes de Genstein* (qui tum *Pragensem Ecclesiam Archiepiscopus* regebat, ut in *Epitome* probatum est) hi *Bavariam* longè latéque populati, hostibus nusquam comparere ausis, in *Bohemiam* pleni gloriâ & spolijs onusti redierunt: animadvertendum est hoc loco, antiquitatis *Bohemicæ* curiosis dignissimum arcanum: Ecclesiam *Pragensem* & Archiepiscopos nostros in ditionibus suis habuisse quàm plurimos *Equites* certarum villarum & pagorum Dominos, qui se appellabant *Armigeros Ecclesiæ Pragensis*, quod innumeris locis ex *Libris Erectionum*, & ex *Paprocij Stemmatographia* demonstrari potest: horum Armigerorum munus erat, in omni celebri Conventu, in itineribus Archiepiscoporum ad Reges & Principes, ad *Comitia Regni*, & ad bella proficiscentes Archiepiscopos cùm res posceret, comitari, & tum velut *Aulici Archiepiscoporum* & domestici, aut potiùs *Clientes* ab Archiepiscopo alebantur, non secùs atque in *Poloniæ Regno* hodiéque fieri dicitur, ad omne genus militaris obsequij parati; qui etiam ab Archiepiscopo in caussis suis defendebantur, & eum respiciebant, ab eóque pendebant, velut *Ecclesiæ Milites*, & in statu Ecclesiastico (ut ità barbarè loquar, *possessionati*. Ex hac Nobilitate Equestri *Duces sui Exercitus Archiepiscopi* eligebant, erátque hoc Seminarium bellicæ Juventutis. At post hæc tempora succesśere quidam *Archiepiscopi*, quos nomina-

Episcopi Pragenses Exercitum alebant.

Armigeri Pragensis Diœceseos qui nam fuerint.

Epito. l. 4. C. 1.

Eorum officium.

re

re nihil attinet, qui cùm nummos potiùs quàm potentiam, & magnificentiam, & Aulæ splendorem amarent, & majorem pecuniæ, quàm gloriæ rationem haberent, imminuere in ditionibus suis *Nobilium* numerum illaudabili, nè quid magìs dicam, consilio cœperunt, eâque ratione dignitatem suam quodammodo exarmarunt. Illustrabitur hæc res adductis pauculis lineolis ex vita Arnesti Archiepiscopi pridem à nobis vulgata. *Erat hæc tum in Bohemia consvetudo, ut Regni Proceres ac Dynastæ in argumentum potentiæ, eos omnes Nobiles (quos Clientes vocabant) in Aulam suam cum vellent, vocatos, in liberis servitijs haberent, quicunque villas aut pagos in eorum ditione tenebant. Itaque (ut ex M. S. Codice historiæ Rosensis, qui apud me est, patet) Rosenbergici Proceres sæpe centum, aut etiam pluribus Nobilibus Equitibus comitati ad comitia Regni ventitabant, magnóque eorum numero cincti procedebant in publicum. Id Archiepiscopis Pragensibus præcipuè usitatum, adeoque jam invaluerat mos Nobilium Archiepiscopos sequendi, ut ob hanc caussam potissimum Albicus, Archiepiscopus ex Medico factus, nè tot Nobiles, ut ait* Pontanus, *in Aula sua pasceret, cum Conrado Westfalo Decano Wissehradensi Archiepiscopatum commutârit, cùm diceret: nihil sibi in vita molestiùs esse audire, quàm dentes & maxillas Nobilium, cùm cibos commolunt, vel frangunt.* O dignam avaro homine sententiam! de hujus Albici sordibus vide *Dubravium, Silvium,* Pontanum; *Hagek* eandem causam relicti Archiepiscopatûs attulit ad an: 1411. Existimo si hæreseos & *Ziscæ* tempora in fortem aliquem & militarem *Archiepiscopum* incidissent, nondum abalienatâ & dimissâ ab *Archiepiscopis* Nobilitate, hæreticorum conatus omnes subnervari, & Religionem Catholicam armis potuisse defendi.

Vita Arne: l. 2. C. 7. in Notis.

Nobiles in ditionibus Procerum Clientes.

Pontanus in Albico.

Sordida Albici vita.

Dubr. l. 23. hist.
Silv. hist. Boh. C. 25.
Pont. l. cit.
Hagek in Annal. Boh

Caput IV.

Quidam Archiepiscopi Pragenses Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales.

ENumeravimus in *Epitome nostra* quindenos circiter *ex Regno Bohemiæ purpuratos S. Romanæ Ecclesiæ Patres*, nam raró ea dignitas Septentrionales Ecclesias respexit; ex Archiepiscopis Pragensibus aliquot *Cardinales* nominantur: *Arnestus* I. *Archiepiscopus Pragensis* designatus jam erat *Cardinalis*, ut in ejus vita probavi, & testantur veteres Memoriæ; at mors hunc Purpuræ honorem invidit, intercepítque anno 1364. ult. Junij. *Urbanus* VI. *Pontifex Joannem Ocellum Archiepiscopum, Cardinalem Basilicæ SS.* XII. *Apostolorum* creavit, quod & in sepulchro ejus marmoreo hodiéque legimus, & *pileus Cardinalitius* ibidem in Saxo expressus ostendit.

Epit. histo: rer. Boh. l. 4. C. 1.

Arnestus I. Archiep.

Lupac. in Calend. ult. Junij.

M. S. Brev: nov.

Joañes Vlasimius.

Gvalter. in Cardinal.

Joannem à Genstein tertium Archiepiscopum Pragensem *Cardinalem* appel-

ppellat *Raynaldus* in Annalibus suis Ecclesiasticis, Scriptor alioquin perac- Joannes à
uratus & diligens; at ego timeo, nè *Raynaldus* duos *Joannes* Archiepisco- Genstein
pos (quod à multis Scriptoribus factum video) in unum confuderit. Arch. Prag.

Anno C. 1426. 23. Junij *Joannes de Praga* Episcopus Olomucensis at *Gvalt: ibid:*
Pragensis Ecclesiæ Administrator Cardinalis titulo S. Cyriaci in Thermis cre- Joannes de
tur; quod in dubium revocari non potest. Praga Administrator Eccl. Prag.

Hujus sæculi initio *Rudolpho* II. apud nos regnante post celebratam Nationalem Synodum, & Concilium Tridentinum acceptatum, aliáque præclara pro Ecclesia gesta *Sbignæo Berkæ Archiepiscopo Pragensi* destinatione Sbignæus
ummi Pontificis Romani Purpuræ sacræ deferebatur honor; sed vita prius Berka.
quàm Purpuram indueret, laudatissimum Præsulem deseruit & qui terrenâ aruit, cælestem purpuram, ut speramus, obtinuit.

Nostrâ ætate An. 1626. XI. Januarij ab Urbano VIII. Pontifice Cardi- Ernestus ab
nali pileo & *Presbyteri Cardinalis* appellatione ornatus est *Ernestus ab Har-* Harrach.
rach Archiepiscopus Pragensis, primúsq; illi titulus S. Mariæ in Thermis fuit.

Caput V.

Successio Episcoporum Sanctæ Pragensis Ecclesiæ, primùm Cathedralis, deinde Metropolitanæ, non tam historicè, quàm Chronologicè deducta.

Cùm nuper adeò Eruditis quibusdam Viris studiorum meorum amantibus (cum quibus communicare pridem consilia mea sum solitus) indicassem: habere me in animo *Seriem Antistitum* nostrorum accuratè, diligentérque contexere, illi statim non in diversas modò, sed in contrarias prorsus abiêre sententias: *alteri* magnopere dehortari nè facerem: *quid tibi*, ajebant, *in mentem venit actum agere? habemus Vitas Præsulum nostrorum à Pontano in Bohemia Pia, habemus à Pessina in Phosphoro, habemus in* Consilium
Pulveribus sacris à Crugerio; Tu potiùs illa tibi sume, quæ parum in vulgus, meum in
ætatique nostræ nota sunt, quæ à te vides expectari, & tute vel in Miscellaneo- hoc capite.
rum tuorum titulo Bohemiæ promisisti. ergo illa quæ tractata jam sunt, omitte, alia quæ ex tanta Codicum MM. SS. copia, & in tot annorum decades perpetuatâ lectione, non multi tecum sciunt, exprome! At alteri consilium hoc meum mirum in modum probare, dignam esse rem, in qua elaborem, dicere, idque ut primo quoque tempore aggredi velim suadere: *Crugerium* id sibi propositum non habuisse, ut omnes adferret, aliquorum duntaxat laudationes, eásque nullo ordine temporum, prout scilicet in diem áliquem obitus eorum inciderat, attulisse; *Pessinam* Chronologiam totam Antistitum neg-

lexisse, & indiculum quendam tantummodo confecisse, & pleraque memoratu dignissima omisisse; *Pontanum* verò nihil perfectum, & studio elaboratum dedisse, adeò etiam plusculos Antistites transiliisse. Quid facerem? aut quid potissimùm sequerer pugnantibus inter se Amicorum sententijs? utrosq; comperiebam vera dicere: nam & *Vitas* omnes nostrorum amplissimè & diffusè scribendas assumere, ætati ingravescenti meæ nimis onerosum, & ex parte rebus jam tractatis inutile foret; at vicissim totos Præsules omittere, aut in tam præclaro argumento Lectores ex *Miscellaneis* meis ad alios remittere, ignaviæ proximum videbatur; mediâ igitur viâ ingredi constitui. *Ordinem* Antistitum chronologicè contexam, gesta ipsorum præcipua historico elogio brevissimè complectar, cætera omittam; ita fiet, ut isti quam optant Chronologiam habeant, illi verò me actum non egisse, neque abusum tempore in tanta brevitate, quam sequemur, intelligant.

Ordo Antistitum subjiciendus.

I. Episcopus Ditmarus ex Ordine S. Benedicti.

ECclesia Pragensis primitus *Ratisbonensi Episcopo* subjecta suum sibi habere cœpit Antistitem anno Christi 971. quo *Joannes* XIII. Papa *Boleslao Pio S. Wenceslai Nepoti*, agente Romæ Ducis Sorore *Miladâ*, seu *Mariâ*, & Legatis Bohemiæ Romam missis obsecrantibus, Episcopum, quem universa Bohemia respiceret, eligi, & consecrari permisit; literas Apostolicas in literis publicis recitavi. *Ditmarus Magdeburgi in Slavorum Metropoli* (ut eam *magnus Otto* Imperator appellat) & in *Cœnobio Magdeburgensi* (de quo in Epitome) in *S. Benedicti* disciplina educatus, cùm ad *S. Wenceslai Martyris* sepulchrum advenisset peregrinus, captus viri colloquijs, magísque vitæ sanctimoniâ *Boleslaus Bohemiæ Princeps* (præsertim quòd linguam Slavicam in *Saxonia* id temporis usitatissimam perfectè calleret) eâ gratiâ, *Ditmarum ad Ottonem* I. Bohemis jam amicissimum Principem, ablegavit; à quo *Regalia*, ut vocabant, accepit, & ab *Archiepiscopo* Moguntino (alij *Hattonem*, alij *Robertum* nominant) consecratus est. Vir Apostolorum vitæ æmulus *Ditmarus* (quem & in Arnesti I. vita defendimus, & in Epitome adversus Miechovium) non anno tantùm, sed octo & amplius, totam circumcursans *Bohemiam*, multa millia ab idolorum cultu adduxit ad Christum; *Aurora virtutum, Lucifer Sacerdotum* (ait vetus Scriptor) An: C. 979. aut 980. 2. Januarij. non an: 969. cùm *S. Adalbertum* ex vetustissimis Scriptoribus 3. Nonas Junij An. 980. *Veronæ in Italia ab Ottone* I. Imperatore confirmatum acceptis regalibus, & ab Arch: Moguntino consecratum esse constet, ut in *Epitome nostra ex Baronio* probavimus; neque annis decem Episcopalem cathedram vacasse ullus veterum Scriptorum tradiderit.

Adamus l. 2. Chron. Slavor. à C. 7. ad 12. Epito. rer. hist. l. 1. C. 9.

Ditmari Monachi Pragam adventus.

Apostolici ejus labores

Epit. l. cit. & l. 2. C. 9. in Notis.

II.

II. S. Adalbertus Epiſcopus Martyr.

WOgtiech Comes, dum oleo Sacramenti Confirmationis ab Adalberto Magdeburgenſi Præſule ungeretur, Adalbertus appellatus, Ottonis II. conſanguineus (nam Pater ejus Slavvnik Comes de Gente Roarum, Matrem habuit Sororem Henrici Aucupis, qui Ottonis II. avus fuit) piſcopus omnium votis electus totum ſe ad animarum lucra convertit. id ùm in Bohemia non ſuccederet ad votum (nam Boleslaus Princeps in confiio illo Religionis & in tanta Ethnicorum multitudine, placidè & pedetenim agendum eſſe ſvadebat, Adalbertus Epiſcopus contrà, ad animarum ſautē omnia tentanda, & extremos, vel ſi mori oporteret, adhibendos conatus ucebat) offenſus SS. Præſul ter omnino Bohemiam reliquit, Romámq; conceſſit, ibique S. Benedicti inſtitutum profiteri cœpit; & cum primùm in Unaria S. Stephano infante ſacris Chriſtianorum aquis abluto (cui poſtea S. Henricus Imp. ſororem ſuam dedit in conjugem) Chriſti fidem fæliciter præicaſſet, ac poſtmodum etiam fraternam Polonorum gentem adiiſſet, & onfirmaſſet in fide, multóſque Chriſto adjunxiſſet, relicto Gneſnæ Gaudenio fratre ipſe ad Pruthenos Gentiles converſus in prædicatione Evangelij à arbara illa gente ſeptem lanceis transfixus occubuit, ipſo die Paraſceves 23. prilis An. C 997. ut pridem in Epitome probatum eſt. de cæteris ejus geis egimus ibidem & L. 4. Miſcellaneorum p. 1. deque Sancti corporis tranſtione Pragam ab Achille Bohemiæ Brzetislao.

S. Adalberti & Boleslai Ducis contrariæ ſententiæ.

S. Præſulis Martyrium

II. Theadagus Epiſcopus Pragenſis ex Ordine S. Benedicti.

OCciſo in Pruſſia S. Adalbertō, & domi Comitijs de novo ſufficiendo Epiſcopo habitis, cùm multi Pokorzinum Decanum Pragenſem, quem SS. Martyr pro ſe in Bohemia reliquerat, deſignarent, vicit apud aritum Ducem Boleslaum, & apud Proceres ſui ſexûs gratia Hemma ex Saonibus orta, ut Theadagus (Theodatum, Deodatum, & Bohdalum veteres ocabant) Novæ Corbeiæ quondam Monachus Ord: S. Benedicti, tum verò ttonis III. Cancellarius poſtularetur. Erat hic Vir artium & ſcientiarum mnium: Theologus eximius, Medicinæ faciendæ peritiſſimus idem, & uod maximè in initijs Chriſtianæ Religionis neceſſarium erat, Slavicam ngvam, utpote Saxoslavus, perfectè callens. Placuit Imperatori ex Aula a Præſules peti, miſſúſque ad Willegiſum Moguntinum an. 998. Nonis unij Moguntiæ conſecratus 7. Julij Pragam appulit, ſummâ Ducis, tum Cleri c populi triumphantis lætitiâ. Sed brevì propè interverſus eſt honor: cùm nim Præſul divino ſpiritu inſtinctus in Duces Boleslaū III. deinde in Udal-

Theadagi Epiſcopalis fortitudo.

ricum & licentiorem Procerum vitam pro poteſtate inveheretur acriùs, ſemel atque iterum, ſolum vertere coactus eſt, excepit exulem *Eckardus* II. Miſniæ Marchio, & Ducibus conciliatum, poſtquam deferbuiſſet ira, in Bohemiam remiſit magno novorum Chriſtianorum emolumento. Exegit in Epiſcopali munere *Theadagus* annos XIX. X. Junij an: 1017. ſanctiſſimis exemplis vitam abſolvit, memorabili Teſtamento facultatibus ſuis omnibus in duas partes diviſis, quarum alteram *Baſilicæ S. Viti*, alteram Chriſtianis pauperibus legavit.

Ejꝰ teſtamẽtum memorabile.

IV. Helicardus Pragenſis Epiſcopus ex Ordine S. Benedicti.

Helicardi vita ſanctiſſima.

HUnc quædam MM. SS. vetera Eckardum, & Okardum appellant; Olomucij apud Moravos ortum *Trithemius & Fabricius* ſignificant: ex S. Benedicti diſciplina cùm prodierit, probabile eſt, vel ex Brzevnovienſi, vel ex Inſulano Cœnobio extractum ad Infulas (quod etiam de Hizzone, & Severo datur intelligi) ab *Henrico* II. Paderbornæ regalia, conſecrationem eb *Erchenvvaldo* Moguntino Helicardus accepit. Ejus encomium à *Coſma* Decano, in IV. Miſcellaneorum attulimus, nihil abſolutius ad laudem dici potuit. De *Fumalibus* ab eo inſtitutis, déque Decimis conſulatur *Hagecius*. Obiit Sanctiſſimus Antiſtes an. 1023. (alijs 1024.) 8. Auguſti, ſeptimo ineunte Sedis anno.

L. 4. Miſc. P. 1. tit. 4.

V. Hizzo Epiſcopus Pragenſis ex Ord: S. Bened:

HIzzo vel Izo ex ſtirpe Comitum Stroſſiorum, ſeu de Waldek (qui poſtea ab arce Haſenburg, à Bohemis *Hazmburgici* ſunt dicti) *Weprzik* cognomine, ab *Aribone Moguntino* Metropolitano an: 1024. 8. Februarij conſecratus, quòd lingvæ blæſæ, & impeditæ deerat, id manu profuſiſsimâ in pauperes compenſavit. Obiit *blandus & albus Epiſcopus* (ut eum appellabant omnes) in ſumma ſenecta; anno 1050. 30. Januarij, quem ſuper Tumulum jacentes egeni aliquot dies complorârunt. Vide L. 4. Miſcellaneorum p. 1. tit.

Hizzo Pater pauperũ

VI. S. Severus Pragenſis Epiſcopus ex Ordine S. Benedicti.

SEverus, ſeu *Sevirz* (unde natum nomen *Ssebirz* gentile *Berzkovvskiorum Equitum*) Præſul ſanctiſsimus, ac heroicæ cujuſdam & bellicæ ſanctitatis. Nihil habebat in rebus humanis repoſitum ſpei: eodem vul-

tu

u cruentissima prælia, eodem victorias, eodem clades, & carcerum squalo-es, in quos innocens conjectus est aliquando, spectavit. Huic sese aspecta-bilem *S. Adalbertus Gnesnæ* in Polonia obtulit, & suis Bohemis transferen-dum Corpus permittere se dixit: quod *Severus Pragam* attulit in triumpho. Sacrarium *S. Wenceslai Pragense* primus ædificationibus ampliavit & auxit. Cætera *S. Severi* gesta, & consilia ad salutem Patriæ in ejus Vita descripsi. se-it annis octo & triginta, an. 1067. 12. Decemb: 9. Decemb: ponit *Pessina*.

Visio ejus.

Sacellum S: Wenceslai primus amplificat.

Epit. l. 3. C. 8.

VII. Jaromirus Wratislai Regis Frater Episcop: ex Præposito Prag: Ecclesiæ.

J*Aromirus Brzetislai Ducis* postremus filius, sago quàm togæ, ut se dabant initia idoneus, Patris morientis designatione, licet Frater obsisteret, à Cle-ro & Proceribus Regij sangvinis Episcopatum obtinuit; missus ad *Hen-ricum IV. Imp*: ejus consensu (ut tum fiebat) ab *Gebhardo Moguntino* dum Moguntiæ consecratur, *Gebhardus* est dictus, levitatis juvenilis, & postea non ferendæ in Præsule petulantiæ quædam exempla ridiculè commemorat *Cosmas*, & ex illo *Hagecius*; at postea mores correxit in melius tanto virtu-tum splendore, ut error ille prioris ætatis ad id tantummodo valuisse videre-tur, ut vita posterior magis placeret, velut tempestates præviæ serenitatem commendant. vide quæ lib. IV. scripsimus. Decessit *S. Antistes*, & quæ perpetua bonorum Antistitum est nota, *maximus Pauperum amator* A. 1090. 26. Junij veneno porrecto Strigonij apud Ungaros, cùm annis XXIII. sedisset.

Jaromiri vitæ in meliùs emendatio.

l. 4. Miscel. p. 2.

Epit. l. 3. C 8.

VIII. Cosmas Prag: Ecclesiæ Decanus & Episco-pus Pragensis.

C*Osmam* deinde Antistitem accepit Bohemia: Annulum & Pedum *Henricus Imp*. dedit, *Ruthardus Moguntinus* (in Generali Synodo Episcoporum Germaniæ addunt aliqui, sed istud cum Chronologia pugnat) 4. Martij, An. 1091. consecravit. *Primum* officij sui munus obi-it in consecratione *Altaris S. Viti* eodem An. 27. Septembris, cùm sancta il-la Ecclesia nuper An. 1090. conflagrasset funditus. Sub *Cosma* facillimo & benignissimo Præsule proprium Antistitem Olomucensem habere cœpit *Moravia*, idem *Coledam* (rem in Bohemia notissimam, cùm *Sacerdotes Pa-rochianos* suæ curæ commissos cum sacris cantibus domi invisunt, & Cruci affixi Domini signum osculandum singulis porrigunt) *Cosmas* primus in mores induxit. Decessit senio gravis an. 1098. X. Decembris.

Cosmas restituit Moraviæ Episcopatum.

IX. Hermannus ex Præposito Boleslaviensi Episcopus Pragensis.

HErmannus concordibus Interregis *Bretislai*, tum Cleri ac Populi vocibus ac votis superatus, Infulam Episcopalem admisit. An. 1099. ultimâ Februarij Ratisbonæ ab *Henrico IV. Cæs.* accepit *Regalia* à *Seraphino Strigoniensi Archiepiscopo* 3. Id. Junij Sacerdotio initiatus (cùm antè Diaconus tantummodo fuisset) à *Ruperto Cardinali Papæ Clementis* (Gviberti Antipapæ) Legato an. 1100. 6. Id. Aprilis *Moguntiæ* Cæsare præsente consecratur. Ut exterus homo (quippe *Trajectensis ex Belgio*) præplaceret, & præponeretur domesticis, vitæ probitas, justitiæ & recti amor, in egenos perpetua munificentia, doctrinæ sublimitas, animus opum contemtor, aliæque Præsulum virtutes effecêre, quas æquabili semper vitæ tenore ad senium usque perduxit. Rexit Ecclesiam suam sanctissimè integris annis viginti & duobus; aliquantulo etiam tempore *Bohemiam* universam in Interregno *gubernavit*. Obijt plenus gloriæ senex an. 1122. 24. Martij, 17. Sept. habet *Pessina*; at non minùs anxius, & formidine plenus) qui timor etiam sanctos Viros aliquando corripit) an omnes sui muneris partes, dum Aulæ serviret, ut oportuerat, explevisset?

Hermanni virtutes Pôtificales & Regiæ.

X. Meinhardus itidem ex Præposito Boleslaviensi Episcopus.

MEinhardo *Bambergæ* in Franconia nato Episcopalis est oblata dignitas; svavi & jucundo (*versatili* habet *Stransky*) ingenio, mittendísque & reddendis ridiculis *Wladislao I. Interregi* conciliatum Scriptores vetusti tradiderunt. Sed nihil *Meinhardum* collecta apud *Wladislaum* gratia adjuvit: accusatione compositâ à Conjuratis, quasi *Sobieslaum Interregem* occidendum svasisset, eo atrocissimo crimine tantùm non conflagraverat, nisi re ad forum Ecclesiæ delatâ, & caussâ sine affectibus meliùs cognitâ, Episcopi duo (*Bambergensis & Olomucensis*) Abbates Bohemi septem (*BrZevvnoviensis*, *SaZaviensis*, *Insulanus*, *Skalensis*, *Cladrubiensis*, *Wilimoviensis & Opatovicensis*; *Postoloprtensis* seu Apostolorum portæ nondum erat) *per depositionem stolarum* suarum (quo ritu olim Antistites absolvebantur) innocentem *Meinhardum* pronunciassent anno 1131. ipso *Sobieslao* audiente. Ecce autem unâ lite compositâ, quidam ex *Canonicis Pragensibus* consurgunt, novâque lite instructâ ad caussam Romæ dicendam cogunt nescio cujus criminis insimulatum; ibi quoque vicit *Meinhardus*, & cùm id ei per *Pontificis* sententiam liceret, non injecit vincula calumniatoribus, sed Pragam reversus brachijs amantissimè & familiarissimè complexus

Meinhardi persecutiones.

7. Cal. Octo.

(ô

(ô virtutem cœlo dignam!) omnium capita & vultus ipſos exoſculatus injurias omnes oblivione ſempiternâ delevit. Pòſt ad S. Adalberti tumulum exornandum convertit animum, eique ornando 3070. ſexagenas Bohemicas expendit, *quæ ſumma*, ait Crugerius, *plura quam 10. millia hodie conficeret, ſcribuntur hæc*, pergit *Crugerius*, *peritis temporum illorum, quibus res erant ob copiam pretij rarioris, adeóque planè vulgaris, pecunia verò longè exaggeratioris, quia rarior, ſincerior, & integrior habebatur.* hæc ille. ornaſſe porrò auro, argento, & cryſtallo *S. Adalberti* tumulum Coſmæ continuator commemorat. Sed Meinhardus à S. Adalberti ſepulchro ad Chriſti Domini Deique noſtri ſepulchrum Hieroſolymis (quò Peregrinus abiit) exornandum adjecit animum, totúmque in primis auro divite materiâ inſtravit, tum auro obryzo, & pretioſiſsimis ex Oriente unionibus & gemmis diſtinxit. iterúmque in Eccleſiam ſuam Pragenſem reſpiciens *ſex opulentas* (ut vocant) *Præbendas* ampliſsimè fundavit. Sexennio ante obitum, nè accuſatoribus ſuis in Bohemia oculi dolerent, in Moravia in ditiuncula Epiſcoporum Pragenſium (*Sekyrkoſtel* dicta) morabatur; hîc eum poſt vitam ſanctè exactam Mors ſancta conſumſit; 2. Julij an. 1134. mortem ejus multis lacrymis deplorat, qui *Coſmæ hiſtoriam* continuavit Scriptor egregius. Corpus Meinhardi *Henricus Zdik* Epiſcopus Olomucenſis Vir ſanctus ipſemet Pragam advexit, & in Eccleſia S. Viti tumulavit.

Vindicta Chriſtiana.

S. Adalberti tumulus pretioſè exornatus.

In Pul. ſacris ad 3. Julij.

Fundatiões Meinhardi & in ſacris liberalitas.

XI. Joannes I. ex Præpoſito Wiſſehradenſi Epiſcopus Pragenſis, olim Præmonſtratenſis.

MOrs Meinhardi multorum ambitioſorum ſtudia accendit, ut etiam indignis modis ac vijs ad Inſulas Pragenſes molirentur aſcenſum, ſuboluit ea res *Sobieslao* juſtiſsimo *Principi*, & ambitioſis procul rejectis in conſilio *Cleri & Procerum* 3. cal. Octobr. an. 1134. tam potenter, & tam disertè pro *Joanne Præpoſito* Wiſſehradenſi (erat is ex Cœnobio Strahovienſi ad eam dignitatem aſſumtus) peroravit, ut obſiſti non poſſet. electus eſt *Henrico de Waldek* Decano ad S. Vitum annitente & promulgante. Anno ſequenti *Heidelbergam* ad *Lotharium II. Imp.* profectus, baculum & annulum, ut mos erat, accepit, & ab *Adelberto Archiepiſcopo ex Lotharingiæ Ducibus*, Moguntiæ 13. Calend. Martij conſecratus eſt. Vitam omnibus ſanctimoniæ numeris abſolutam egiſſe, quæ in ejus Elogio l. 4. diximus, oſtendunt. Quarto ſuæ ſedis anno ſenio & morbo quinquemeſtri excruciatus Joannes Anno 1139. 8. Auguſti vitâ exceſſit, nonaginta annos natus, in ſacrario *S. Gothardi*, quod ipſe conſtruxerat, humatus. Nemo uſquè ad nos, ex Præſulibus Pragenſibus *Joannem* vitæ longitudine ſuperavit: *De-*

Coſmæ Cõtinuator.

Ambitionẽ Eccleſiaſticorũ Sobieslaus coërcet.

Joannes vivendo oẽs cæteros Præſules ſuperavit.

canus

canus & Præpoſitus Wiſſehradi fuit annis XXXX. Sacerdotij verò annos LV. explevit.

XII. Otto ex Præpoſito Pragenſi Epiſcopus.

Silveſter recuſat Epiſcopatum.

ANno 1139. 8. Octobris coacto concilio *Sobieslaus Interrex Prælati & Proceres* magno conſenſu *Silveſtrum Sazavenſem Abbatem Ord. S. Benedicti Epiſcopum* dixerunt. non potuit quidquid agerent, Viri ſancti, & ſuâ ſe virtute involventis modeſtia expugnari, extractúmque ad *Wladislaum Sobieslai Succeſſorem* certamen eſt; quo novam Electionem celebrante an: 1140. 30. Aprilis *Otto* Pragenſis Eccleſiæ Præpoſitus olim ex Strahovienſi Cœnobio (quod ijs temporibus novum non erat) aſſumtus eligitur. Vir fuit *Otto* nobiliſſimæ in Bohemia *Stirpis Suvabenskiorum* (quæ in Moraviam poſtea translata in Patre noſtro *Friderico Ssvabensky S. J.* inſigni ad Pragenſes Concionatore eſt extincta) eadémque opibus præpollens; *Otto à Conrado Cæſare* Electionem regalibus datis probante, multis muneribus honeſtatus *Adalberto II.* Moguntino diligenter commendatus, & conſecratus eſt 25. Junij. 1140. Nihil opportunius hujus ditiſſimi Præſulis Electione divina Providentia diſpoſuit: nam cùm *Conradus* Moraviæ Marchio regnandi cupiditate incenſus A. 1142. Pragam necquicquã obſidere cœpiſſet, ſagittas ignitas plurimas in Urbem ejaculans *S. Viti Cathedralem Eccleſiam*, aliáſque in Arce Pragenſi ſitas incendit; arſêre cum ligno conſtarent, & uſque ad ſolum conſumtæ ſunt. Longum foret, quæ alibi ſcripſimus, repetere. Servata magno miraculo *SS. Patronorum ſacra Corpora*, & licet auro, argentóque rivis fluente commixta nullum accepêre damnum. Huic igitur calamitati ditiorum Canonicorum, ſed ante omnes Epiſcopi *Ottonis* liberalitas ſuccurrit: aggreſſus è veſtigio ſolum perpurgare, fundamentis prælocatis, novam Eccleſiam longè pulchriorem, de ſuo potiſſimùm, tantâ in eo opere uſus celeritate conſtruxit, ut an: 1143. tota ſtaret, eodémque anno ritu ſolemni conſecrari potuerit. *ZderaZenſe* deinde *S. Sepulchri Crucigerorum* Cœnobium ac Templum *SS. Apoſtolorum Petri & Pauli* ante mœnia Pragæ Veteris ſitum (*Sepulturam Ssvvabenskiorum*) ingenti magnificentiâ exornavit, in quo etiam ſibi ſepulchrum delegit multis millibus, ut erat ſplendidiſſimus Præſul, quod poſtea Huſſitarum rabies comminuit. Obijt laudatiſſimus, liberaliſſimus, & pius Antiſtes, quem immortalem tota Bohemia eſſe cupiebat an: 1148. 10. Julij (9. alijs) octo tantum annis, & aliquot diebus in Epiſcopatu ſuo exactis.

Otto eligitur.

S. Viti Eccleſia incenſa.

Epit. rer. Boh. l. 3. C. 10

Reſtituitur ab Ottone.

XIII. Daniel Epiſcopus ex Canonico ejuſdem Eccleſiæ Pragenſis.

Ele-

Electio Danielis multum controversa fuit, *Theobaldo* Prorege *Borsso-nem* Ossecanæ stirpis Comitem obtrudente; aliquot horis in Ecclesia *S.Viti* magnis clamoribus certatum; vicêre Canonici & Prælati ele-cto *Daniele* orto ex illustrissima *stirpe Lippæorum*, quem *Miroslaus* Decanus altâ voce proclamavit. Itum deinde ad *Cæs. Conradum* III. deinde ad *Hen-ricum* Antistitem Moguntinum; ab illo regalia, ab hoc sacram Unctionem electus accepit. Cùm *Daniel* consilio maximus esset, & fæliciter omnia, quæ invenisset, aut svasisset, procederent; eâ re satis compertâ à *Wladislao* Bohemiæ Duce *Friderico Ahenobarbo* Cæsari, qui *Conrado* successerat, com-mendatus, in intimam Friderici familiaritatem admissus est, tantúmque apud illum magni animi & consilij Principem authoritate, & gratiâ valuit, ut eo internuncio ad viros Europæ maximos, ad Cardinales, Reges ac Pontifices libenter uteretur. Militiam quoque gloriosè non minùs *Daniel* tractavit (quod eo tempore inter Episcopales virtutes numerari solitum sæpe deplorat *Baronius*) Mediolanensi bello *partem Bohemici Exercitûs ductavit Daniel A. 1159.* neque parum ad *Leonem*, quem Cæsar ob bellicam virtutem Bohemiæ clypeo *Aquilæ loco* inseruit, visus est contulisse. cùm per intervalla Bohemi-am reviseret *Zelivense Cœnobium Præmonstratensium* Ordini (cujus erat stu-diosissimus, & sunt, qui eidem Ordini ante Canonicatum in Cœnobio Stra-hoviensi adscriptum affirment) fundavit. *Sedlecense* Cisterciensium tantis beneficijs prosecutus est, ut à multis, antiquis ac recentibus Scriptoribus pro fundatore sit habitus, & haberetur etiamnum nisi *Eustachius* in historia Cœ-nobij illius hoc nostro sæculo alios Fundatores nominasset, atque ipsas Fun-dationis literas protulisset. Posthæc denuo in belli campum evocatus est *Daniel*, & ad An. 1167. inter arma vixit; alij eum in castris Cæsareis in *Lom-bardia*, alij ante Romam, alij Romæ (cùm pacem inter Pontificem ac Cæ-sarem procuraret) peste extinctum scripserunt. de anno æquè controverti-tur: *Crugerius* An. 1167. posuit ex *Pessina*; Manuscripti Codices *S. Viti Ec-clesiæ* annum sequentem & 9. Augusti diem. Ossa gloriosissimi Præsulis post sexennium in *Bohemiam ad Ecclesiam S. Viti* Pragam ex Italia devecta sunt, cùm *Daniel* aspectabilis â *Godscalco* Abbate Siloënsi transferri petijsset, caussatus neminem in *Italia* esse, qui pro se oraret; multis deinde pro animæ ejus æternâ quiete sacrificijs DEO oblatis, iterum Godscalco suo apparens, post actas gratias dixit: *se pœnis in quibus hæsisset hactenus liberatum, & in Dei conspectum admissum esse.*

Danielis electio.

Daniel Friderico Ahenobarbo in consultè adhæret.

Danielis in sacris liberalitas.

Apparet mortuus Godscalco. *Pontan. in Daniele.*

Notula: *Scripseram aliquot in locis* Illustrissimam Familiam de Lip-pa, *omnino perijsse, quod ita accipi velim: perijsse lineam Lippæorum, qui su-premi* Regni Bohemiæ Marescalli hæreditarij *fuerunt, in ultimo ejus stirpis Domino* Czenkone de Lippa *Patrono dum viveret studiorum meorum, Viro humanissimo, & suis Illustrissimis natalibus dignissimo; at non continuò omnis*

 Ho-

Hovorarum Familia extincta est: superest enim hodiéque Illustrissimus & Excellentiss: Comes Franciscus Antonius Berka *S. C. Majestatis Camerarius &c. Vir honoratissimus, Legationibus ad varios Europæ Principes & Reges obitis notissimus, ejusdem cum Lippæanis Originis; superest Illustrissimus heros Joannes Albertus S. R. Imp: Comes de Ronowva & Biberstein, Serenissimi Electoris Brandeburgici intimus Consiliarius, supremus Marschallus, & Provinciæ Capitaneus cum duobus filijs (qui in nupero bello TurcicoSac: Cæs. Majestati servitium suum pugnantes approbarunt, & egregiam sub signis Cæsareis operam præstiterunt) qui etsi ab eadem Origine & à* Lippæis *descendant, Lippæorum tamen nomine hactenus non censebantur; utrique licet eodem sanguine creti diversas à sæculis Appellationes stirpis suæ habuerunt.* Vivant, floreant, annent, perennent, & omni bonorum genere, felicitate, & gloriâ circumfluant, Majorúmque suorum virtutes in natis natorum, & qui nascentur ab illis, in longissimum tempus, Patriæ repræsentent!

XIV. Fridericus Saxo Gitkæ Reginæ Bohemiæ cognatus, Expolto, & alijs dejectis, Episcopus Pragensis constituitur.

De Expolto

NUncio de morte Danielis accepto *Juditha*, vel *Gitka Wladislai Regis Conjux* ingenio muliebri (quæ se rebus non suis, sed sacris maximè libenter immiscent) *Expoltum Abbatem Sedlecensis Cænobij* obtrudebat eligentibus; alij eum rejectum à Canonicis, alij artificiosâ morâ injectâ delusum tradunt. Infælix *Expoltus*, cùm Infulam foris quærit, suam domi (novo Abbate electo) amisit, nec à Fratribus suis *Sedlecij* receptus; unde mœrore contabescens (quidam Scriptores venenum viro propinatum esse suspicantur; sed venenum omnibus alijs venenis nocentius est animi mœstitudo) an: 1169. vivere desiit. devectus ad Tumulum Sedlecensem magnâ funeris pompâ, cùm & *Regina velut Episcopum* funerari jussisset, & qui Episcopum illum esse noluerant, defuncto nullum ampliùs honorem inviderent. Novam electionem rursus turbavit discordia, *Mulier & Regina* prorsus evertit: Ecclesiastici unâ omnes sententiâ *Petrum Rohovicium*, Proceres *Joannem Radivam* votis omnibus deposcebant; utrique candidato Natales illustres, vitæ probitas, Eruditio, Eloquentia, comitas & affabilitas utrique paria erant, eapropter rem totam sorti committere partes statuerunt; cùm ecce Judith Regina Marito Rege in partes suas attracto, commendatione à *Friderico Cæsare*, & Moguntino Præsule impetratâ, omnibus gratiosè appellatis & fæmineis precibus, quibus obsisti non posset, interpositis effecit, ut *agnati* sui *Saxonis*, & *Capellani Friderici*, olim in juventute in *Cænobio*

Certamina pro Episcopatu.

Fridericus Sacellanus Reginæ fit Episcopus.

Stra-

Strahoviensi educati ratio haberetur. In quibusdam antiquâ manu scriptis codicibus legi: *Juditham*, ut Bohemis placeret, qui precibus suis Electionem hanc tribuissent, *Pontem* egregium *Pragæ* ex saxo super flumen *Muldavam* (quem *Caroli* IV. tempore exundatio fluminis evertit) construxisse. Sed *Fridericus Episcopus* illud quod sapientissimus scriptor *Caussinus* scripsit, statim in sese expressit (*exterorum Charitas aduncas habet manus*) & aduncitatem illam, & in animo pecuniæ servitutem primis annis ostendit: Templorum Donaria pauperibus meliùs, quàm Altaribus donari prætexens, detrahebat; severè in Sacerdotes animadvertebat, ut multatitiâ pecuniâ ditaretur; aulâ penè omni dimisâ parcè ac duriter vivebat; cùm interim aurum & argentum inexplebili cupiditate corraderet, & ad amicos in Saxoniam mitteret, ut denique Ecclesiastici, aliíque Proceres Anno 1171. abrogari avarissimo, & nullius exempli Episcopo dignitatem petere accusando statuerint, nisi eos summorum Principum reverentia, qui hominem commendârant, retinuisset. Unum *Friderici* operum laude dignissimum in Annalibus legimus: nam cùm *Sobieslaus* Bohemiæ Interrex septimus *Conradum Arcis Przimdæ* Præfectum innocentem manu suâ obtruncâsset, tamdiu Ducem arcuit sacris, dum cognatis faceret satis, & de facinore admisso pœnas publicas subiret; hoc libertatis Ecclesiasticæ edito exemplo multum *Fridericus* de prioris vitæ sordibus eluisse videtur. Obijt Anno 1180. ut habet *Pulkava*, *Jaroslaus* ponit annum 1178. *Pessina* 1179. 6. Februarij, ego *Pulkavam* sequor, & diem 31. Januarij, quam Chronologiam in Epitome defendi. Ad S. Vitum humatus est.

Causs. in Aula S.

Fridericus in Saxoniā pecuniam mittit.

Ejus fortitudo animi.

Epit. rerū Boh. l. 3. C. 12

XV. Valentinus Saxo Reginæ à Sacris.

NEque post *Friderici* mortem à muliebri impotentia expedire sese in electionibus Præsulum, Canonici Pragenses potuerunt. *Elisabeth* enim *Friderici Ducis Conjux* ad se spectare putavit, ut aliquem commendaret, imò imponeret; sed mitiùs egit, & penè precariò, quo faciliùs impetravit. Statuêre nihilominus lege latâ Canonici, nè in posterum *Exterorum cuiquam* Episcopalis dignitas, cùm domestici idonei adessent, offerretur. *Valentinus* itaque Reginæ à sacris olim *Strahoviensis Cœnobij* Alumnus, electus est, cujus eximia pietas, & comitas, sed maximè senectus aditum ei ad Episcopatum aperuit, eædémque virtutes, ut subjectis placeret, effecerant. Agere pauca, vita brevis permisit; eò plura perpessus est, quippe toto Episcopatûs tempore molestissimâ febre quartanâ laboravit. Decessit An: 1182. 4. vel 6. Februarij.

Valentini electio.

Febre vexatur toto Episcopatûs tēpore.

XVI. Brzetislaus Henricus Regij sangvinis Princeps, & Interrex Bohemiæ, ex Præposito Wissehradensi, & Canonico Pragensi, Episcopus.

BRzetislaus seu *Henricus* Henrici I. fratris *Wladislai* Regis filius, Episcopalis Infulæ honores nullo non suffragante delatos accepit ipso S. Felicitatis die. Virtutibus, literis, armis, ac regnandi dotibus ad miraculum *Henricus* excelluit. Virtutes illi Præmonstratensis ordo, cujus in Cœnobio Strahoviensi alumnus erat, inseruit; literis Philosophicis & Theologicis eundem excoluit *Universitas Parisina*, in qua etiam *Magisterij Lauream* est adeptus, *Nobilitas*, & regius sanguis, armis & Regnis idoneum fecit; *Præpositi VVissehradensis dignitas* proximum ad Episcopatum, gradum substravit. Regalia à *Friderico I.* unctionem sacram à *VVernero* Moguntino Antistite habuit. An. 1187. cum Abbatibus, & præcipuis è Clero Bohemiæ ad Curiam Cæsaris vocatus interfuit Synodo. In sangvineis discordijs Ducum *Bohemiæ*, cùm Comitia indixisset, ipsemet à Proceribus *Bohemiæ Dux* acclamatus est; eámque Provinciam ad mortem usque obtinuit. Dynastas Bohemiæ ad patriæ perniciem diffidentes armis compescuit, collapsam Cleri disciplinam cum Legato Pontificis *Petro de Via* restituit; jus *Episcopos Olomucenses* præsentandi, quod *Marchiones Moraviæ* nullo jure usurpabant, Episcopo Pragensi recuperavit; Domum Episcopalem, & Palatium, à porta pontis Pragensis ad S. Thomæ Ecclesiam usquè porrectum construxit, & in ea *Sacellum* elegantißimum DEI Matris honori condidit; *Choralistas*, ut vocant, & in Cathedrali, & in Wissehradensi Ecclesia fundavit. denique relictis innumeris sanctimoniæ exemplis, cùm ob invaletudinem ad Aquas acidulas sese contulisset, Egræ consumtus est An: 1169. 14. Junij, ad Tumulum ut optârat, *Doxanum* devectus prope Matrem suam *Agnetem & Gertrudem* ejus sororem (nam *Wladislaus* Rex Bohemiæ, & *Henricus* Dux ejus frater Henricianæ, seu *Czerninianæ* Gentis origo, hujus *Henrici Episcopi Pater*, duas *Sancti Leopoldi Marchionis* Austriæ filias in conjugio habuerant) prope illas, inquam, *Doxanæ* tumulatus est, cum maximo Procerum, sed majore Bohemici Populi luctu, quem in summa fame Anno integro non secus ac liberos suos advectis undique cibarijs sustentârat de suo.

Brzetislai Henrici pietas & doctrina.

Dux Bohemiæ acclamatur.

Ejus in sacris magnificentia.

Mors.

Notandum: *De* Wladislai *Regis, & Henrici ejus fratris conjugibus grave esse inter Scriptores certamen: quod ego superiùs de duabus sororibus scripseram, tuetur* Crugerius. Weleslavinus *duas* Wladislao *Regi uxores attribuit: primam* Gertrudem *sororem* Conradi III. *Imperatoris, &* Leopoldi *Marchionis Austriæ (ex* Agnete *filia* Henrici IV. *Cæsaris) filiam. ex qua genuit* Fridericum, Svvatoplucum II. & Albertum. *quæ obijt An. 1151.* Doxanæ (*quod*

In Gen. Ducũ ac Regũ Boh.

De Conjugibus Regis Wladislai.

quod Cœnobium fundaverit) humata. Alteram verò Conjugem ei fuisse Juditham (*alijs* Cæciliam) Ludovici III. *Landgravij Thuringiæ & Hassiæ filiam; cujus erat mater* Hedvvigis *filia* Lotharij *Imperatoris*; *eámque A. 1171.* Pontem *lapideum* Pragæ *super Muldavam construxisse. hæc* Weleslavinus. *At* Pessina *Matrem* Henrici *Episcopi asserit fuisse* Agnetem *filiam* Marquardi *Carinthiæ Ducis, Styriæq; Comitis, natam ex* Bertha *filiam* Henrici IV. *Imperatoris. Nos hoc loco nihil definire volumus, tractaturi controversiam hanc in Genealogijs Principum, Regúmq; nostrorum.* *In Phos. Radio V.*

XVII. Daniel ejus nominis II. Episcopus Pragensis.

Henrici obitu Sede vacante *Daniel Milik* vel de *Milicżin Wladislai* Bohemiæ Interregis, cui erat à sacris, conatu, à Collegio Canonicorum electus est, *Philippo* Cæsare, & *Conrado* Archiepiscopo Moguntino electionem ejus Regalibus, & consecratione rite firmantibus. Ex sanguine *Talmbergicorum*, qui tum de *Milicżina* dicebantur, ortum esse, eundémque, jam numero septimum, qui ex *Strahoviensi* Cœnobio ad Episcopatum ascenderit, quidam Scriptores existimant. Virtutibus tanto munere dignis, & prudentiâ singulari eminuisse *Danielem* res gestæ demonstrant, ac præcipuè quòd tot pro Bohemiæ imperio decertantes Principes Regij sanguinis (ut in Epitome diximus) in gyrum rationis & juris deduxerit; quæ curæ omnem ejus vitam in Episcopali munere occuparunt. Decessit bonus Præsul An. *1214. 15.* Martij in *Welebradensi* nobili apud Moravos Cœnobio, cujus fundationes nuper inchoaverat, tumulatus. Daniel Principes Bohemiæ discordes componit.

Animadversio.

Notare hoc loco Lectores meos pervelim (quod ante me neminem observasse puto) Codicem M. S. vetustissimum coævi Scriptoris, accuratissimæ diligentiæ & fidei, quem in manibus habeo, & qui me nunquam fefellit, in historico indice rerum Bohemicarum, sine ullo Scripturæ vitio, aut malæ mentis, aut confusionis suspicione affirmare: cùm Brzetislaus Henricus *Episcopus & Interrex Bohemiæ ab hoc sæculo migrasset (ponit autem Annum mortis, non Annum 1196. sed an: 1198.)* Fridericum *electum fuisse, sed brevissimè. Anno sequenti 1199. mortuum, & tum primùm Danieli II. locum dedisse. Hujus* Friderici *neque* Pontanus, *neque* Pesſina, *neque ullus Scriptorum nostrorum, quod sciam, commeminit, ídque eâ caussâ factum arbitror, quòd ab Imperatore accipere regalia, & ab Antistite Moguntino rite consecrari nequiverit, aut quia ob vitæ brevitatem nullam Episcopalis muneris partem attigerit, quanquam hoc postremum (si modo constaret nobis consecratum fuisse) nihil impediret, quominus in* De Friderico electo Pragensi.

hunc Indicem referri posset, cùm etiam aliquot dierum Pontifices & Imperatores dignitatis suæ nomine in Scriptorum Indicibus adducantur.

XVIII. Andreas ex Præposito Pragensi Episcopus.

Beatus Andreas ex Stēmate Comitum de Guttenstein.

ANdreas ex Præposito Pragensi, cùm Canonicorum libertati nullus Principum, aut Reginarum, ut antè factum scripseram, gravis esset, unanimi consensu omnium *Episcopus* nominatur, Romæ An. 1215. die *S. Cæciliæ* in Concilio Oecumenico Lateranensi consecratus. Regnabat tū *Przemislaus* Ottogarus, qui uni omnia licere, hoc demum *Regem & Regium* esse existimans gravissimis tributis opprimebat subditos, Ecclesiasticum verò liberum Ordinem non his modò, sed etiam servitutibus gravabat, ut valla Arcium exstruerent, Civitates munirent, aggeres educerent, aliáque mercenariorum opera desertis Ecclesijs præstarent, jubebat. *Andreas Episcopus* omnia hæc Im̄unitati Ecclesiasticæ adversantia indignè ferens, sæpiùs admonitum *Regem*, & monita irridentem, unà cum toto *Procerum Consilio*, qui (ut fieri solet) Regi adulabantur sententijs, à com̄unione fidelium removit, an: 1216. ipsíque Regno sacris publicis faciendis interdixit, ac simul *Romam* abijt. Videbatur anno sequenti resipiscere Rex, & aliquod jam inter sacra & profana discrimen agnoscere; itaque *Sigefridus* Moguntinus Metropolites interdictum sustulit, & *Andreas Româ*, quò exulatum abierat ad Ecclesiā suam revertit. hoc tempore *Fratrum germanorum S. Adalberti* Corpora (*Bohuslai* & cæterorum quatuor) *Libicio* ad *Ecclesiam S. Georgij* velut *SS. Martyrum*, cum totius Cleri ac Populi Pragensis supplicatione in *Arcem* intulit, & bonâ Pontificis gratiâ (qui tum erat Sanctos declarandi ritus) in medium Templi Altare imposuit. Sed ecce rursus ad ingenium *Rex* revertitur, & Ecclesiæ sacros Ministros divexat; nova statim fulmina contorsit *Andreas*, & *Interdicto Bohemiam* an: 1219. percellit, *Romámque* se recipit. Gemuit sub hoc Interdicto Bohemia ad an: 1221. quo *Gregorius Cardinalis* Legatus à Sede Apostolicâ missus, *Bohemiam & Regem* omnia emendare promittentem (excepto quod *Andream Episcopum* præsentem ferre non posset) pœnis omnibus absolvit. Exegit igitur *Andreas Romæ in exilio* iterum annos facilè quinos ad annum usque 1224. quo sanctissimè 30. Julij vitâ excessit; vectus inde, ùt optârat, ad Ecclesiam Cœnobij *Welehradensis* in Moravia, quod plurimis beneficijs vivens fuerat prosecutus. *Caput* Sancti Præsulis Canonici Pragenses jure suo postularunt, & in *Sacrario gemmeo S. VVenceslai Pragæ* publicæ venerationi proposuerunt; ad quod *Caroli* IV. temporibus, quædam miracula patrata narrantur. *Przemislaus Rex* aliquot abhinc annis pœnitens factorum, Literis publicis dolere se ob vexatum *Episcopum* significavit,

Andreas Regē excom̄unicat.

Corpora S. Adalberti Uterinorū FF. Pragam adfert.

Secundò Regem excommunicat.

Caput ejus publicè in altari exponitur.

cavit, & *Privilegia Ecclesiæ* Pragensis innovavit, & confirmavit; eas literas suis inseruit Carolus IV. Patriæ Pater.

XIX. Peregrinus ex Præposito Mielnicensi Pragensis Episcopus.

PRzemyslaus tertius Bohemiæ Rex Andreæ morte auditâ *Peregrinum Melnicensem Præpositum* Prælatis Ecclesiæ Pragensis multùm invitis Episcopum nominavit, Virum cæterà doctum & probum, sed oppidò excordem & meticulosum, quem sibi obnoxium fore sperabat, impetravítque ei regalia à *Friderico II.* Cæsare, & consecrationem à *Sigefrido Moguntino.* neque sua Regem spes fefellit: cœperat jam Peregrinus regiæ cupiditati succumbere, & bona Ecclesiæ alienare; admonitus in tempore *Honorius III. Romam Peregrinum* evocat, deinde molli ejus, & imbelli animo cognito, ut quod erat ipse facturus, sine infamia fieret, *Peregrino* persvasit, ut dignitati renunciaret, renunciavit; id factum anno 1226. insignia tamen honoris retineret, & retinuit. Vidi nuper in Cœnobij Cladrubiensis *Archivo* literas, quibus *Bernardus* (seu Burchardus) *Pragensis Episcopus*, & D. *Peregrinus Episcopus* inter alios Optimates subscribunt an. 1237. unde neque in privata vita titulum *Episcopi* neglexisse, & diu vixisse *Peregrinum* intelligimus. Consenuit inter Prædicatores in *Cœnobio S. Clementis* ad pontem; quod tum alijs operibus magnificis, tum eleganti *S. Bartholomæi Sacrario*, quod condidit, auróque & argento mirè exornavit, fundato etiam in eo Sacello opulento Sacerdotio, quod soli ex genere illustri obtinerent; ibidem postea ante aram *D. Bartholomæi* sepultus est *Peregrinus.*

Peregrinus cedit Episcopatu.

Fundat Sacellũ S. Bartholomæi, ac in eo cõditur.

XX. Budislaus, vel Budivogius ex Canonico Pragensis Episcopus.

PEregrino & suâ, & aliorum voluntate amoto, *Budislao* antiquissimæ stirpis *Ssvvabenskiorum* jam seni, quem scilicet fortem, & ex propinquâ morte, nihil Regis & Procerum violenta consilia formidaturum sperabant, Infulæ offeruntur. *in titulum sepulchri*, ut *Seneca* loquitur, ea dignitas fuit; eodem Anno 1227. trimestris Episcopus Senio fatiscens cecidit in Sepulchrum 9. Julij.

Budislai brevis Episcopatus.

XXI. Joannes II. ex Scholastico Metropolitanæ Ecclesiæ Episcopus Pragensis.

Jo-

Joañes præclarus Antistes.

Epit. rer. Boh. l.3. C.13 l.4. Miscel: Tit.

JOannes ejus nominis II. anni 1227. fine electus est, quantumcunque præ nimia abjectione sui, & contemtu, manibus pedibúsque, ut dicere solemus obniteretur. Rex *Przemyslaus Ottogarus* novo Episcopo *regalia* contulit. Jam enim anno 1212. *Fridericus II. Imp. Jus investiendi* (si quod habuit) *Olomucensem & Pragensem* Episcopos, in Reges Bohemiæ transtulerat, ut in *Epitome* diximus; *Sigefridus* Moguntinus consecravit. De Joannis sanctimonia & prudentia, quantúmque eo adhortante in virtutum studio Bohemia profecerit, dixi in ejus vita. Obijt præclarus Antistes an. 1236. 16. (alijs 25.) Augusti.

Animadversio.

Episcopi rejecti.

Quidam Joannem Episcopum Pragensem vicesimum tertium ponunt non ferendo errore: nimirum Expoldum *Sedlecensem, &* Silvestrum *Sazavensem Abbates numerant; ex quibus tamen neuter ad Consecrationem pervenit, ac uterque non tam electus, quàm intrusus fuit. At mecum omnes Scriptores faciunt, & nominatim coævus* Jaroslaus *his ipsis verbis:* Joannes Episcopus Pragensis vicesimus primus moritur an. 1236.

XXII. Burchardus vel Bernardus ex Scholastico Episcopus.

ejus vita & mors laudabilis.

BUrchardus ex illustri *KaplirZiorum* stirpe, ut affirmat *Paprocius*, ex Scholastico Pragensis Ecclesiæ (quod munus annis octo gesserat) Episcopalem cathedram inscendit. *Moguntiæ* consecratio peracta à *Sigeberto* III. Moguntino Anno 1236. X. Septembris, Burchardum magna editurum Prudentiæ, ac virtutum cæterarum, quibus à puero assyeverat, exempla, vita deseruit anno tertio, Domini 1239. 22. Sept.

XXIII. Nicolaus vel Henricus ex Canonico Pragensis Episcopus.

Virtutes Nicolai.

NIcolaum deinde Episcopum natalibus illustrissimis (de *Stirpe Rosarum*) accepit Bohemia, *Romæ* à Moguntino Præsule anno sequenti 1240. consecratum. Vir fuit animi excelsi, justitiæ severus vindex, in omni vita magnificus, & splendidus; quantum prudentiâ Proceres post se cæteros relinqueret, in bello *Przemyslai* adversus patrem Wenceslaum Regem, ipse inter eos medius demonstravit, se posse scenæ servire. *Raynaldus* in Annalibus Ecclesiasticis tradit eum à Rege *Wenceslao* in Carceres fuisse conjectum, sed heroicâ prorsus & Episcopali libertate è vestigio Regem Diris devovisse; qua de re apud Scriptores nostros, etiam illius ævi, nihil invenio. *Crugerius* author est ingentem pecuniam effudisse

Nico-

Nicolaum in *VVenceslao* Rege legitimo adversus filium defendendo; deinde 300. argenti marcas *Polonis* in auxilium adversus *Tartaros* misisse, cui summæ 700. marcas addiderit *Clerus Bohemiæ*. Nec defuit Ecclesiæ suæ bonus Antistes, in qua An. 1246. operis elegantissimi *Cathedram* aliáque opera miræ venustatis, & pretij fecit exstrui. moriens 17. Januarij anno 1258. *Anniversarium* pro se in Ecclesia Pragensi liberalissimè fundavit. Cur in hunc *Nicolaum Franciscus Canonicus* Scriptor illustris toties in historia sua invehatur, & cur ei sit, ut clarè patet, iniquior (cùm alij omnes laudatissimum Præsulem appellent) nullâ suspicione assequi possum.

Subsidia mittit Polonis adversus Tartaros. Exornat Ecclesiam Pragensem.

XXIV. Joannes ejus nominis III. ex Scholastico Pragensis Episcopus.

JOannes in Familia *Procerum de DraziċZ* natus, eodem anno eligitur, & IV. Idus Maij, qui dies erat Pentecostes, consecratur. fuit unus ex Gloriosissimis, & laudatissimis, quos Bohemia habuit, Præsulibus, ejusque vitam sanctissimam, & admirabilem in Ecclesiam suam amorem lib. IV. *Miscellaneorum* percensui. Sedit annis XX. interfuit *Synodo* quam *Guido* Cardinalis Apostolicæ Sedis Legatus an. 1267. celebravit *Viennæ*. item cum Canonicis aliquot Pragensibus *Concilio Oecumenico Lugdunensi sub Gregorio X.* An. 1274. ad extremum, cùm Ottogaro Rege in acie cadente, Regnum quoque in cumulum cadere videret, mœrore animi consumtus est anno 1278. XI. Octobris.

Laudatissimus Præsul Joannes.

H. Stero in Annalibus.

XXV. Tobias ex Præposito Ecclesiæ Metropolitanæ Pragensis Episcopus.

TObias *Bechinius*, Bechinæ Civitatis Dominus ex *Procerum Bohemorum* familia, qui *Sagittam* gerebant in Clypeo, quæ pridem in *Bavorijs*, meâ ætate in *Mraczkijs* est extincta, renitens & obnixus, suffragijs, clamoribus, & precibus omnium victus, Episcopale onus admisit, consecratus *Brunæ* an: 1279. à *Brunone Olomucensi Episcopo*, cui eam Provinciam, ac vices pro se Moguntinus Præsul *Wernerus* commiserat. Hic est ille *Tobias*, (ut in Epitome scripsi) hic est! qui ruentem *Patriam* unus servavit, *Ottoni* Brandeburgico, qui *Bohemam Gentem* prorsus abolere statuerat, consilijs acribus & semper præsentibus ausus obsistere; hic *Regem suum* Bohemis, Regi suo Regnum, Regno securitatem & pacem unus restituit, & *linguam Bohemicam* (quæ olim SS. Patronorum dicebatur) exterarum gentium in Bohemiam affluxu penè abolitam in Templa, Curias, & Tribunalia postliminio reduxit, atque id lenissimis & pacatis consilijs, deinde etiam aliquo

Cujusnam familiæ Tobias.

Epit. rer. Boh. l. 3. C. 13 in Notis.

Tobias servator Patriæ

terrore admoto perfecit. referam ad posterorum memoriam, quæ ex veteribus *MM. SS.* observasse me multum gaudeo. Ante omnia, ut *Tutela Wenceslai* Regij pueri ab *Ottone Brandeburgi* Marchione (prætextu quòd Marchio Cæsaris Aulã sequeretur, & domo abesset sæpissimè) ad se transferretur procuravit dexterrimè, partâ per hanc tutelam non modicâ authoritate, *Proceribus & Nobilitati*, quos adhuc Patriæ amantes esse sciebat, ad *Comitia* vocatis, singulorum inter eos dissidia fæliciter composuit, tum omnes Patriæ, *Regi parvo* & sibi adjunxit sic, ut *Populi salus suprema lex* omnibus esset; tandem ut avarissimi *Principis Ottonis* animum raperet, emendum illum sibi esse censuit, & aliquot aureorum millia toto Regno, & ab amicis Proceribus, & de patrimonio suo collecta Marchioni dedit in manum cum pactione, ut Episcopus Brandeburgensis protinus *Bohemiâ* decederet (is enim Domini sui similis pro potestate regebat) & vetus Reipublicæ, Regnique gubernatio sibi, ac Proceribus cum minorenni Principe redderetur. Cùm id quoque præstitisset fæliciter pro Regis & Regni custodia conscripsit Exercitum, quo omnes, qui novas res moliri poterant, qui in turbido libenter piscantur, in officio continuit. *Tobiæ* in Ecclesiam Pragensem merita, & in ea ornanda splendidissimam liberalitatem describit *vetus author* ad an: 1282. foris quoque in *Episcopalibus bonis* complures *Ecclesias* magnificè à solo excitavit, aut divitijs sacris egregiè instruxit, ut in *Epitome* diximus. Excessit è vita *Antistes optimus*, cujus memoria magnis in Ecclesiam, in Patriam ac Regem meritis æternùm illustrabitur, an. *1296. 14.* Februarij (alij *19.* ponunt) Indiculus vetustissimus Episcoporum sub *Arnesto* I. conscriptus *Tobiam* Kalendis Martij extinctum scribit.

Quibus cõsilijs sit usus in Patria servanda.

l.3. C.16.

Tobiæ memoria in benedictione.

XXVI. Gregorius ex Decano Pragensis Ecclesiæ Episcopus.

In hist. mõ: S. Auctor. 1.c.6.§.6.

TObiâ in Ecclesia *S. Viti* ante altare *S. Procopij* tumulato, succeſsit *Gregorius* Pragensis Ecclesiæ Decanus Vir genere nobiliſsimus ex familia *Hasenburgicorum.* Obtrudebat fratrem suum Rex *VVenceslaus Joannem nothum*, ex *Cunegunde Regina à Zavissio Rosensi* susceptum, jam *Præpositum VVissehradensem, & Crucigerorum Rhodiorum ad Pontem Pragensem Magistrum;* at Canonici, & pueritiam *Joannis*, & impedimentum in sacris Ecclesiæ Canonibus obtendentes, *Gregorium* quem dixi, jam senio fatiscentem elegerunt; nè tamen nihil omnino amantiſsimo Ecclesiæ suæ *Regi* conceſsisse viderentur, consurrectione factâ promisêre omnes mortuo *Gregorio*, quem sexagenarium brevì moriturum credebant, sine ulla alia electione successurum; interea *Rex* ætatis, & natalium veniam fratri suo à *S. Pontifice* impetraret; at *Gregorio*, ut est in parœmia *Aquilæ senectus fuit:* sexen-

ennio Episcopale munus gessit, cùm *Joannes* triennio ante *Gregorium* vitâ fit solutus. Porrò *Gregorium* An. 1296. 12. Junij *Theodoricus Olomucensis Gerardo* Antistite Moguntino eam ipsi Provinciam delegante *Brunæ* consecravit. Unum præter alias virtutes in Gregorio plurimùm commendant Scriptores, quòd dicendi ad populum munus id ætatis senex ultro susceperit, ac sexennio toto Evangelium *ante Altare* considens more *SS. Antistitum* vetustorum prædicârit. Antiquissimum earum Concionum exemplar à me *Reverendiss. D. Thomæ Pessina* Decano Ecclesiæ Pragensis pridem concessum ab ejus morte amissum ex oculis, vehementer, ac sæpius doleo. Obijt *Gregorius* anno 1301. 13. Septembris (aliquibus 6. Septembris) in Ecclesia sua Pragensi humatus.

Gregorius Antistes ad Populum perorabat. *Francis. in M.S.* Exemplar ejus Concionum.

XXVII. Joannes ejus nominis IV. ex Canonico Ecclesiæ Metropolitanæ Pragensis Episcopus.

JOannes ex clarissima optimatûm Bohemiæ stirpe Gregorij de *Drazicz* filius, *Joannis* Episcopi ejus nominis III. cognatus, rite electus, Dominicâ II. Adventûs à *Gerardo* Moguntino Præsule, qui per id tempus Pragam ad Regem advenerat, in Cathedrali sua Sede consecratus est. Renovavit eo die *Wenceslaus* Bohemiæ Rex vetus Romanorum Imperatorum exemplum, & postquam Sceptrum, Pomúmque regium in signum Principatus obtulisset, equitanti, & in Domum Episcopalem ingredienti Joanni, equo desiliens frænum equi tenuit, & *Stratoris*, ut vocant, præstitit *officium*, ut in *Epitome* latè narratum à nobis est. Periculosa posthæc Bohemiæ tempora illuxerunt: cùm *Wenceslao* Rege VI. mortuo, & *Wenceslao* ejus filio *Olomucij* occiso, de novo Rege creando togati & sagati Proceres disceptarent. *Joannes Tobiæ* Episcopi Patriæ conservandæ & tuendæ inivit rationem, & velut *Regni Primas* indictis Comitijs, & cùm verba ad res gerendas non sufficerent scripto confestim exercitu, & Clientibus suis tradito *Joanni Lucemburgico Henrici* VII. Cæsaris filio *Regiam Nurum* despondit, & in Regnum induxit; quæ omnia partim in ejus vita, partim in explicatione titulorum *Archiepiscopi Pragensis* cōmemorata sunt. *Ædificationes* hujus Præsulis maximas in *Epitome* recensui; quibus omnes ante se Pragenses Præsules superavit. Tantum nihilominus Principem, quæ nulli parcit, admordit, & morsum gravem infixit *Calumnia*: accusatus *Romæ*, accusante Henrico *Schömberg* Præposito Litomericensi, natione *Thuringo* (eodémque spurio) annis undecim in *Aula Avenionensi* ante Pontificem stetit, compertâ post tot annos innocentiâ legitimè absolutus. Legi in vetere Codice M.S. *Henricum Lippæum* summum Reginæ *Elisabethæ Joannis Regis Conjugis* adversari-

Baron. in Anna: Ecc. Rex Wenceslaus Episcopo Joanni Stratoris præstat officium. *Epi. l.3. C.16*

Joannes Regia familia pereunte, periclitantē Patriam armis tuetur. *l.4. Misc. tit. Primas Regni.* *Epi. l.3. c.18*

 um

um, cùm videret Reginam *Joannis* Epiſcopi conſilijs plurimum uti cæpiſſe, ut *Joannem à Regina* ſepararet, cauſſam neſcio quam confinxiſſe, eíque Henricum illum Litomericenſem Præpoſitum accuſatorem nequiter appoſuiſſe, ut Præſul optimus procul Regno velut in exilio morari cogeretur. O nequiſsimas artes *Aularum*, quas etiam ij, qui in alijs damnant, ipſi dum poſſunt, ſequuntur! utinam alijs etiam ſæculis inuſitatæ fuiſſent, & eſſent! Sed *Joannes* Præſul optimus vitâ ex legibus virtutum actâ, magnificus, glorioſus, bellicoſus & in bello fælicisſimus Princeps, amatus æquè à Regno, & Regibus, annis 42. in Epiſcopali dignitate exactis morti an: *1343. 4.* Januarij ſuccubuit; dignus profectò æternitate! aut quòd optatiſsimum foret, ut ejus virtutes in alijs æternùm viverent! ſcribunt in *cupreſſina arca Venetijs* allata corpus ejus impoſitum marmoreo tumulo ſuperjecto, cui ſupernè *ſtatuam* ſummæ artis ex orichalco, effigie & magnitudine viventi reſpondentem Amici collocârint. omnia hæc incendium Arcis Pragenſis anno *1541.* conſumſit, & ipſos lapides ac metalla incineravit, & ſepelivit.

Structa in Joannem atrox calumnia.

Idem habet Dubrav. lib. 20. hiſt. Boh.

alijs 3. Januarij.

Mors & Tumulus.

Caput VI.

Archiepiſcopi Pragenſes.

Conſultatio Authoris.

HUcuſque ſcribendo perveneram, jámque etiam in Hiſtorijs noſtris Archiepiſcoporum Pragenſium vitas inſpicere, & quæ memoratu digna forent, excerpere, communicato cum Amicis conſilio, cæperam, cum unus aliquis ex ijs: quid ita in hoc argumento, in quo eſſem præventus laborare vellem, interrogat? quæro viciſſim: à quo præventus? reſpondet: eſſe ſibi in ſcrinio Achiepiſcoporum Pragenſium ſeriem à bonæ memoriæ *R. P. Georgio Crugerio* diligenter, accuratéque confectam, quæ lucem (quod ſciamus) nondum aſpexerit; proinde laborem compendiſacerem, méque alijs rebus quæ ſupereſſent vulgandis, ſervarem. Aſſenſus ſum perlibenter, eóque citiùs, quòd viri eruditi, & dum vita manebat, peramici memoriam renovare cuperem, ſed neque plagium (à quo turpi crimine naturâ ipſâ procul abſum) in laboribus alienis, meis faciendis, placebat. Quid enim fœdius eſſe poteſt, proh pudor! Ergo Crugerium de Archiepiſcopis hoc loco deſcribam, nè verbo (ut ex ſtylo patebit) mutato. Sed in fine ſingulorum Præſulum, ſi quid erit dignius, claritatis gratiâ ſuperaddam!

Series Archiepiſcoporum Pragenſium deſcribente Georgio Crugerio Soc. Jesu Sacerdote.

Cruger. S. I.

E Rectus eſt Pragenſis Archiepiſcopatus Anno D. 1343. & firmatus à Clemente VI. Romano Pontifice in gratiam petentium id generis raritatem

Joannis Bohemiæ Regis, & Caroli ejusdem filij Moraviæ Marchionis. Primus eâ dignitate sublimatus est Ernestus de Pardubicz Joannis Drazicij *Successor, & Pragensium XXVIII. Episcopus, cui pallium Româ allatum est. Vixit in eo ad 31. Junij, An. D. 1364. gesta gloriosiora ejusdem palmares Bohemiæ Historici* Hagecius & Dubravius *sparsim in suis chronicis annotaverunt; summatim, & in compendio superiore memoriâ* Georgius Bartholdus Pontanus Metropolitanæ Præpositus, *hujus ipsius, & cæterorum Successorum Vitas ad Carolum Lambergium evulgavit. Novissimè R. P. Bohuslaus Balbinus Ernesti vitam novâ Methodo, stylo venustiore, juris fecit publici, magnâ ingenij sui commendatione. Celebriora sunt quorum pars, vel caussa fuit, Universitas Pragensis à Carolo IV. fundata; cujus Cancellarius primus audijt; Libri Erectionum sub eodem cœperunt, An. 1358. eo sanè fine, ut Ecclesiarum in Archidiœcesi numerus, & dotationes scirentur; Synodum Nationalem, quam sæculis aliquot Moguntini Præsules neglexerunt primus denuo celebravit; primus Reges Bohemiæ Carolum & Wenceslaum novo exemplo coronavit cooperantibus ad augustandam magis panegyrim duobus Joannibus, altero Olomucensi, Litomisslensi altero Episcopis. In coronandis Reginis præter hos duos adscitæ sunt etiam sociæ, S. Georgij Princeps Abbatissa certò, Pustomiriensis in Moravia juxta quosdam etiam probabiliter, reliqua valde laudabilia vide in eadem Ernesti vita, quæ passim teritur; Galerum Cardinalitium, si ei DEUS vitam ultra tres Menses indulsisset, gestasset; eâ sanctimoniâ desiit vivere, cui Titulus Sanctissimi competere unà cum dignitate crederetur.* hæc Crugerius.

I. Archiepiscopus Arnestus.

Præjudiciũ Viro amicitia fecit.

Arnesti I. gloria.

Notæ nostræ.

Ernestus. Arnesti Equitis filius ex stirpe nobilissima Equitum, qui dimidium *Equum* gestabant in Clypeo, qui se tamen (ut tum mos erat Nobilium) coloribus Equorum divisêre; quales sunt, aut fuerunt: *Rozwadowsky, Malovetij, Kraselovij &c.*

Libri erectionum: Apparet *Crugerium Erectionum Libros* non vidisse: non enim in ijs numerus *Ecclesiarum*, neque earum dotationes leguntur, sed tantùm Altarium fundationes in certis *Ecclesijs*, quas libro V. Miscellaneorum attulimus.

Libri Erectionum.

Synodum nationalem. Extant passim in Bibliothecis statuta hujus Synodi, in quæ Successores Archiepiscopi dum consecrarentur, jurabant; edidit illam *Sbygnæus Berka Archiepiscopus* sæculi hujus initio.

Synodus.

Coronavit. *Carolum IV.* an: 1347. 2. Sept. *Wenceslaum* an: 1363. 15. Junij, translatâ à Moguntinis Præsulibus ad Pragenses *Archiepiscopos* coronatione. Solebant verò Reges Bohemiæ coronati Moguntino CCC. Marcas argenti numerare.

S. Georgij Abbatissa. hæc Reginas Bohemiæ, ut sic loquar, concoronat ipsamet

Abbatissa S. Georgij coronat Reginam Boh.

lamet parvâ quadam coronâ principali ornata, ut dicam in Cœnobijs. uti etiam de *Pustomiriensi* Cœnobio cujus Archivi summa inter manus meas est.

Fundationes Ernesti.

Valde laudabilia. *Rozmitalensem ditionem* plurésque alias Archiepiscopali Mensæ comparavit; fundavit Cœnobia Canonicorum Regularium *S. Augustini* quatuor: *Jaromirij*, *Rokyczanæ* (utrobique Cœnobio Parochiam conjunxit) in *Saczka* (unde Collegiatam Ecclesiam Pragam ad *S. Apolinarem Carolus IV. Imp:* transtulit) & omnium ditissimum *Glacense* cum Basilica venustissima Annunciationis Dei Matris in Arcis Monte; in qua tamen sepeliri noluit, cùm diceret, eam in Equorum stabulum aliquando vertendam, quod postea contigit. Fundavit item *Nosocomia* Bohemo-Brodæ, Przibrami, Libani &c. arces condidit; Urbes Episcopales mœnibus cinxit; Decanum Collegiatæ Ecclesiæ Litomericij fundavit &c. Obiit *Budissinæ* in Lusatia, *Glacium* devectus; maximum illud est, quod nulli adhuc Nostrorum Antistitum quod sciamus, obtigit; quòd mortuo *Innocentio VI.* ab aliquot Cardinalibus pro Summo Pontificatu nominatus fuerit, ut vetera Manuscripta testantur.

Postulatio ad summű Pontificatű

II. Archiepiscopus Joannes Ocellus.

Crugerius.

Secundus Archiepiscoporum fuit Joannes Wlassimæi Stemmatis Baro; ante hanc dignitatem, ad Omnes Sanctos in Castro Pragensi quondam Primus Præpositus, *recenter verò Olomucensis Episcopus. Hunc ad preces Caroli IV. Regis & Cæsaris Urbanus VI. An. 1365. Legatum Natum Sedis Apostolicæ cum Successoribus suis creavit. Uti sub Antecessore D. Viti corpus Pragam allatum fuerat, ita sub hoc lipsana S. Sigismundi Burgundiæ Regis solenniter advecta sunt. Ad cæterorum innumerorum propè Reliquias, quotannis exponi solitas die Veneris proximo post octavam Paschæ, Peregrinorum centum interdum millia frequentarunt. Hujus laudatissimum opus fuit Hospitale in Hradczano evectum, in quod mutili, & quacunque ex caussa impotes Sacerdotes reciperentur. Eo Archiepiscopo translata sunt in novam Basilicam corpora Pragensium Archiepiscoporum, uti & Ducum & Regum quorundam Bohemiæ. S. Wenceslai Tumulus in Basilico Sacello magnifico opere mirè adornatus fuit clypeis argenteis inauratis à coævis Baronibus. Mortuus est An: 1379. cum hac præeminentia, quòd Urbanus VI. Rom. Pontifex biennio ante mortem hunc Purpurâ Romanâ induerit,* ac Cardinalem *creaverit.*

Jo annis II. honores.

Ejus fundationes.

Notæ nostræ.

Cujus familiæ fuerit Ioan: Ocell:

Joannes Wlasim. *Pessina* in Phosphoro, putat hunc *Joannem* de Wlasim ex familia Dominorum de *Genstein* prodiisse, eò quòd multis in locis appellet *Paulum de Genstein* Cameræ Regiæ *Notarium Fratrem suum charissimum*, adeóque affirmat *Pessina*, eandem fuisse familiam Procerum de

Wlas-

Wlassim, & de *Genstein*. Ego in Libris *Erectionum* nodum hunc ita dissolvi: videlicet diversas fuisse has familias, sed *Joannem Oczkonem Wlassimium* fratrem fuisse *Pauli & VVilhelmi* non ex eodem patre, sed ex eadem Matre, idque sufficit, ut aliquis frater appelletur: nemo enim antiquorum has duas familias confudit, neque unquam *Ioannes Oczko VVlassim de Genstein* appellatur, & contrà Domini de *Genstein* in tot suis Fundationibus, quas in *Erectionum Libris* attuli, nè semel quidem *VVlassimij* appellantur. Frater *Joannis* appellabatur *Michaël de VVlassim* mortuus Bononiæ. Porrò D. Paulus de *Genstein* Notarius Regis reliquit filios *Martinum*, *Paulum*, *& VVenceslaum & Joannem de Genstein*, qui fuit post *Joannem Oczkonem*, secundus ejus nominis Archiepiscopus Pragensis. Res hæc de familijs alibi diligentiùs examinabitur. Vide *Libros Erectionum* Tomo IV. P. 7. & ibidem H. 3. quod Joannem Wlassimæum attinet, fuit is vir rarissimæ sanctitatis, excommunicatione adigi debuit à *Pontifice*, ut honorem admitteret; *Laurentius Burnæus* Spirensis Episcopus Archiepiscopale pallium eidem *Avenione* attulit 28. Decembris anno 1364. educatus fuit *VVlassimius* in Aula *Caroli IV.* ab ipsa juventute, & coætaneus *Caroli*, omnium ejus itinerum comes, & postea Consiliarius intimus &c. Joannis II. Sanctitas.

Legatum natum &c. non ab Urbano VI. sed ab Urbano V. Legati nati dignitatem adeptus est; *Cardinalis* ab Urbano VI. an: 1378. 17. sept. creatur; sed Pileus Cardinalitius Pragam per D. Cardinalem *Pileum* (ita dictum) A. 1379. 6. Martij primùm est allatus. Fit Cardinalis.

Hospitale in Hradczano. *Valetudinarium S. Antonij* vocabatur, in quo Emeriti & senes Sacerdotes alebantur. erexit & aliud Hospitale *S. Elisabethæ* infra Wissehradum pro peregrinis Pragam ad Sanctorum Reliquias venientibus, & pro ijs, qui ex divite fortuna in paupertatem devenissent, & ob amicos erubescerent mendicare; ipsemet Hospitali nomen S. Mariæ *de Humilitate* imposuit, vulgus *S. Elisabetham* vocavit. Fundavit etiam Missam quotidianam de B. Virgine in Ecclesia ad Omnes SS. quam Ecclesiam suis ferè sumtibus totam renovavit; fundavit etiam in *Ecclesia VVratislaviensi*, ubi erat Canonicus, & in *Budissinensi Collegiata S. VVenceslai festum* cum cantibus, & solennitatibus celebrandum. *Hosskam*, *& Castrum Helffenburg* (quod etiam munitissimum reddidit) pro mensa Archiepiscopali emit; *Domum Episcopalem* in minore Pragâ turribus exstructis pereleganter ornavit. Aspectabilis DEI Mater *Raudnicij* eum sibi ac Filio placere dixit, ut in ejus vita narravi. An. 1380. 14. Januarij ætatis 77. in marmoreo sepulchro in Ecclesia Pragensi conditus effigie alabastrinâ superimpositâ in Sacrario *S. Erhardi & Ottiliæ*, quod etiam erexerat, & Missæ fundatione dotaverat. Ejus Fundationes. Visio B. V.

III.

III. Joannes de Genſtein Archiepiſcopus Pragenſis.

Crugerius.

Zbynkonem Hazemburgæum erroneè ponunt non contemnendi Authores; ut porrò certum credamus, Joannem Genſteinium Coævi ſvadent, & horum ſequaces duo Magiſtri Carolini Adamus VVeleslavinus, & Paulus Stransky, ille in Calendario hiſtorico, hic in Republica Bojemiæ, vir uterque, patriæ hiſtoriæ callentiſſimus. Fuit autem Joannes Genſteinius priùs quam admoveretur dignitati, Miſnenſis extra Patriam Epiſcopus, & Patriarcha inſuper Antiochenus. Sub eo corpus Metropolitanæ Eccleſiæ cœpit ædificari. In chorum jam abſolutum illata ſunt S. Adalberti & V. Fratrum in Polonia Martyrizatorum Corpora ſacerrima. Joanne Sedi Archiepiſcopali præſidente utcumque ſervavit reverentiam VVenceslaus Rex & Cæſar, neque illa palàm illaudabilia tam libere inchoavit; quin Joanne loco Moguntini Archiepiſcopi uſus, multa laudabilia ſtatuit in Imperio. In Bohemia verò in gratiam Genſteinij, Eccleſiæ Metropolitanæ Privilegia omnia, præcipuè Caroli *Patris ampliſſimè firmavit, & novis ſuis etiam melioravit. Extabat quandoq; in Miſnenſi Cathedrali hujus ipſius Archipræſulis Vicaria S. VVenceslai, eâ conditione, ut ejus collatio penes Pragenſe Capitulum eſſet: ſed Deus excreſcente menſurâ peccatorum Bohemiæ, oſtentis ac viſionibus imminentium calamitatum ita exterruit Genſteinium, ut poſito Pedo, exutóque Pallio ante mortem Romæ ad S. Praxedem in ordinem Benedictinum immigraret, quò hæc ab ovibus paſtorali ſuâ pœnitentiâ planè amoveret, vel certè differret.*

JoannisIII. fundatiões.

Joannes reſignat Archiepiſc.

Notæ noſtræ in Joannem de Genſtein.

Optimè *Crugerius* docet erraſſe eos, qui *Genſteinium*, *VVolffrarmum & Puchnicium* Archiepiſcopos præteriêre; quos Libri *Erectionum* authentici eo tempore ſcripti, conſignatis eorum Præſulum annis & diebus refellunt.

Cõſecratio chori Eccl: Prag:

In Chorum abſolutum &c. Abſolutus fuit an: 1385. in vigilia *S. Margarethæ*, & eodem anno die *S. Remigij ab Joanne* Archiepiſcopo ritè conſecratus præſente Rege ac Cæſare Wenceslao.

Patriarcha Antiochenus. Error eſt, *Alexandrinus* oportebat ſcribere; ſed neq; *dum eſſet Archiepiſcopus*, ſed depoſito Archiepiſcopatu cùm *Romam* veniſſet per *Bonifacium IX.* appellatus eſt, ut diſertè M.S. ejus ævi tradit; neq; à Gregorio XI. ut quidam ſcripſerat, cùm is ab an: *1370.* uſquè ad *1378.* ſederit, quo tempore *Joannes* necdum erat Archiepiſcopus Pragenſis electus.

Sub Joanne ſervavit reverentiam VVenceslaus. Neque hoc ſubſiſtit: omnia enim Sacrilegia *VVenceslai*, ut ſubmerſio *S. Joannis Nepomuceni*, item

item Suffraganei *Johannicij*, Captivitas Canonicorum, cædes Procerum, &c. sub hoc Joanne *Gensteinio* sunt patrata.

Exterruit Gensteinium &c. *Wolfframo* Sororio suo cum consensu Capituli an: 1396. cessit Archiepiscopatu alimenta tantùm ab eo, quoad viveret, depactus. *Romam* abijt initio Aprilis: an revera *S. Benedicti Ordinem* ingressus sit, meritò dubitatur: certum est *Patriarcham Alexandrinum* tum primùm creatum, eundem titulum retinuisse usquè ad mortem. An: 1400. 17. Junij, sepultus ad *S. Praxedem Romæ*. Fuit Joannes Præsul sapientiâ & sanctimoniâ illustris: sapientiam probavit in Legationibus: missus non semel Romam à Principibus *Misniæ*; & vicissim à *Pontifice ad Carolum Legatus* in arduis universalis *Ecclesiæ* negotijs, ut habet M. S.; de Sanctimonia vitæ, ejusque virtutibus lege, quæ attuli l. 4. Miscellaneorum.

Cedit Archiepiscopatu.

Joannis Sanctitas & dexteritas.

IV. Wolframus Archiepiscopus Pragensis.

Crugerius.

WOlframus *exinde cognatus* Gensteinij *thronum occupavit pactus Antecessori dare necessaria vitæ sustentandæ, in quo fefellit. Sub eo* Wenceslaus *ausus velut è* Capreis *proferre sua scelera in sacros etiam homines ferales dextras exeruit adeò sacrilegè & immaniter, ut è* Canonicis duos *carcere arctaret; duos ex ijsdem, & quidem* primarios Prælatos Joannem Nepomucenum Joannis hoc nomine II. Archiepiscopi Vicarium, ad Omnes Sanctos Decanum, & Joannem *alterum ipsius* Wolframi Suffraganeum *præcipites summâ injuriâ in Muldavam daret. Datum nempe crimini, quod æternam merebatur Panegyrim: quòd Nepomucenus concredita sibi in Sacramentali Tribunali, nefario Regi in vitam suæ uxoris illegitimè per hæc illicitissima inquirenti, nollet exprodere; alterius mortem frivola prætensio juris violati caussavit, eò quòd* Abbatem electum *legitimè à* Cladrubinis Fratribus, *Rege peculiariter non rogato infulasset. Hinc Archiepiscopus execratus est Regem, & cùm impeteretur à subditis Tyrannidis ergò, nullo etiam pro more auxilio dignatus. Bis proinde venit in manus insidiantium, bis Carceris pædorem sustinuit extremè calamitosus. Evilescenti* apud Bohemos Regi diadema Imperatorium *subduxerunt Germani; aperto intellectu tot vexationibus sapuit, & nonnihil etiam emendavit vitam* Wenceslaus *ad finem. Sed fructum melioris famæ non sensit* Wolframus, *utpote sub A. D. 1402. tædio rerum miserabilium extabescens.* Ita Crugerius.

Wolframus à Cæs. Wenceslao contemtus.

Notæ nostræ in Wolframum.

Nihil propè eorum, quæ hîc narrantur, ad Wolframum spectat. Fuit Wolframus, vel Wolbramus ex Procerum Familia, qui *Sskvvoreczky* dicebantur; ea stirps nostrâ memoria perijt, fuitque *Bercis & Lippæis* agnata,

Wolframi genus &c.

& ab eadem origine deſcendit; unde errat vir doctus, qui Wolframum hominem *Miſnicum* appellat; dum eligeretur *Præpoſitus* erat Collegiatæ Ecclesiæ *S. Apollinaris* Pragæ, & *Joannis* Marchionis *Luſatiæ* (qui Caroli IV. filius, & *Wenceslai ac Sigiſmundi* frater fuit) *Cancellarius*, vir egregiè doctus, & in magnis rebus verſatus.

Sub eo *VVenceslaus &c.* hæc omnia,ut modò dicebam non ſub Wolframo, ſed ſub *Genſteinio* geſta ſunt: nam *B. Ioannes Nepomucenſis* an. 1383. Johannicius an: 1393. ſubmerſi, & *Canonici* eodem anno captivati ſunt, cùm Wolframus primùm an: 1396. Archiepiſcopus eſſe cœperit.

Regem nullo auxilio dignatus. Imò etiam Regem deſidem ſcripto exercitu cum alijs Proceribus Pragæ obſedit an: 1401. cum ſuperiore an. 1400. 15. Martij *Sophiam* Bavaram Wenceslai Conjugem ſecundam in Eccleſia Pragenſi coronaſſet. Compoſuit deinde Regem inter ac Proceres anno 1401. pacem, & *Bohemiam* anno integro rexit, ut in *Epitome* narravi. Obijt an. 1402. 1. Maij. Wolframus, ſed ubi ſepultus ſit, ignoratur.

Wolframi geſta.

V. Archiepiſcopus Nicolaus Puchnik Wolframi nuper Vicarius & Canonicus Pragenſis.

Cruger.

Nicolaus avaritiæ ſuſpectus.

Seriem deinde Archiepiſcoporum, ſed brevi tempore pertexuit M. Nicolaus Puchnicus Canonum in Pragenſi Univerſitate Doctor. Si vera ſunt, quæ Georgius Fabricius in Chronico Miſnæ adnotavit, ſordidus & divitijs præpoſteris accumulandis addictiſſimus fuit. Nolo addere dignam avaro mortem; ſit fides penes authorem.

Notæ noſtræ in Puchnicum.

Puchnik an fuerit Archiepiſcopus.

Nicolaus Puchnik inter Archiepiſcopos nullo pacto cenſeri poteſt: electum eſſe quidem fateor, & à Pontifice confirmatum, ſed Infulam non geſſit. an: 1402. 19. Septembris ante conſecrationem extinctus, cùm in Maij initio Wolframus obierit. Veneno ſublatum eſſe *Puchnicum* Veteres tradunt, & Regem ipſum, qui porrexerit ſuſpicantur nonnulli. *Peſſina*, aliſque meliores hiſtorici *Nicolaum in Podiehuß* Caſtro Roſenſium Procerum, veneno ſublatum, corpúſque ejus Pragam devectum in Eccleſia S. Viti tumulatum affirmant, & quæ de ejus ſordibus & avaritia narrantur ab adverſarijs conficta exiſtimant, in quam ego quoque ſententiam, licèt in *Epitome* aliud ſcripſerim, rebus meliùs perpenſis inclino.

VI. Archiepiſcopus Pragenſis Eccleſiæ Zbinko.

Hunc

Crugerius.

Zbinko egregius Praesul.

H*Unc Zbynko Lepus excepit ex HaZemburgæa Stirpe oriundus juxta quosdam minùs literarum habens, ſed vitæ probatiſſimæ.* Rupertum Bavarum *pro more illorum temporum conflato Exercitu è bonis Archiepiſcopalibus & Abbatialibus per Legatum Eccleſiaſticæ MilitiæSulkonem Chotieſſovienſem Præpoſitum è Bohemia fæliciter ejecit.* Baſilicam Metropolitanam *ſuppeditantibus pecuniam Przibramenſibus foſſoribus tandem abſolvit, eâque propter dictum* Oppidum *figurâ pro tunc exædificatæ Eccleſiæ pro ſigillandis literis, clypeísque geſtandis dignatus eſt. Huſſo Prachaticeno, & Hieronymo de Nova Praga VViklephiſmi proſeminatoribus, ut par erat, reſtitit vehementer exuſtione librorum, interdicto Concionum, prohibitione ſacrorum, ac demum ad Concilium Conſtantienſe delatione. Verùm petitum ab Ignibus remedium, converſum eſt paulò pòſt in multorum millium Innocentium excidium, loquor ſapientibus, & hiſtoriæ patriæ peritis.* M. Laurentius *coævus turbis, calamitates illas (quantum Huſſitiſmus permiſit) primus compilavit, ex eo Hagecius, & Dubravius exſcripſerunt. qui volet occidiones, & exterminia ampliùs cognoſcere, ad has Scaturigines recurrat. Archiepiſcopus Zbinko ante hæc quidem diſturbia extinctus eſt, ſed quia propinato ab hæreticis veneno ſublatus inter Martyres numeratur. Poſt pacata diſturbia allatum ejus corpus ex Ungaria ſub turri in Hazemburgæo Sacello Cognati ſepeliverunt.*

Mors martyrio ſimil:

Notæ noſtræ in Zbinkonem.

Temp⁹ Archiepiſcopatûs.

Zbinko ex Illuſtriſſima Procerum de *Haſenburg* ſtirpe, *Wilhelmi de Haſenburg* primi hæreditarij *Dapiferi Regni Boh.* filius, Vir ſatis doctus, ſed Zelo & Religionis ſtudio præſtans, in rebus gerendis acer, ex Præpoſito Collegiatæ Eccleſiæ *Mielnicenſis*, & Canonico Pragenſi an: 1403. in fine Auguſti, vel Septembris initio electus eſt, & in Novembri conſecratus.

Suppeditantibus Przibramenſibus. Narraveram hæc in *Hiſtoria S. Montis* ante annos ampliùs vicenos ex ipſo autographo *Zbinkonis*, quod tum habebam in manibus ex Curia Przibramenſi accepto.

Conatus ej⁹ adverſus hæreſim.

Zbinko reſtitit vehementer. Sed *hæreſis* illa non ſpiritualibus *Zbinkonis* armis, ſed regio enſe recidenda fuerat, ſtertente igitur Deſide *Wenceslao*, *Zbinko* ad Regem Ungariæ *Sigiſmundum* perrexit auxilium imploraturus. antequam verò ad *Sigiſmundum* admitteretur, Cocus jam Pragæ ab hæreticis emtus, & veneno & pecuniâ (15. florenos, alij 15. aureos dicunt accepiſſe) inſtructus optimum Præſulem ſuſtulit è vita an. 1411. die Sancti Wenceslai. Vide plura quæ attuli tam in Epitome, quàm in *Zbinkonis* vita lib: 4. Miſcellaneorum.

Veneno extingvitur propter fidem.

Cognati ſepeliverunt. Sepultus eſt Pragæ ex Ungaria advectus Anno 1436. ad ejus tumulum in Sacello ſub turre *S. Viti* mira, quæ acciderint, commemorat Peſſina, aítq; eum tumulum frequenter cœleſti luce circumfuſum apparuiſſe & apparere.

VII. Albicus Archiepiſcopus Pragenſis.

Crugerius.

Albici avaritia.

ALbicus Phyſicus *Wenceslai Regis, & in Univerſitate Carolina Medicinæ Profeſſor.* (*cujus ſcripta erudita apud* Geſnerum *in Bibliothe-ca reperias*) *ut rumor ſubinde ferebat, pecunijs Regi datis, tiaræ admotus eſt.* *Sed naturæ exorbitantis avaritiâ menſibus pauculis in ea Majeſtate detineri potuit, quâ Archiepiſcopi priores gaudebant. Ergo nè tot Armigeros videret, nè in extraordinariè ſplendidam Aulam ſumtus non vulgares inſumeret, verſuram cum* Conrado Weſtphalo *Wiſſehradenſi Decano* (*alij ponunt* Præpoſito) *fecit. Et erat illa utcunque tolerabilis, quia beneficium inſinuatum juxta computationem* Magiſtri Zidek *quotannis 40. millia, ultimum etiam 80. millia conferebat. Cæterum quia in Confraternitate Corporis Chriſti in Sedlecenſi Monaſterio tres Miſſas* Albicus *fundaverat, hanc ipſam Indulgentijs, uti plures in Archidiœceſi Eccleſias, honoravit. De ſuo præterea apud* B. Virginem ſupra Lacum, *deinde Archiepiſcopus Cæſarienſis titulo tenus, Mauſolæum ſibi è lapideis tabulis artificiosè ſculptis & combinatis erexit. Quod Hæretici poſtea, necdum Albico in eo tumulato, utpote adhuc vivente, deſtruxerunt. Unde colligas hunc Antiſtitem nunquam à partibus eorum ſtetiſſe, ut qui tam palmare odium vel in lapides quandoque oſſa habituros expreſſerint.*

Sepultura.

Mortuum porrò in exilio Moravico, Cives ſui Unczoviæ *ſepeliverunt.*

Notæ noſtræ in Albicum.

Albici ſcripta erudita. Legi *Albici Vetularium* (ita enim liber inſcribitur) quod etſi multa præclara ad medicam artem facientia contineat, tam inquinato ſtylo, & tam barbaris vocibus conſcriptum eſt, ut nihil fædius eſſe poſſit. Fuit *Albicus Moravus*, natus *UncZoviæ.*

Illaudabiles mores Albici.

Pecunijs Regi datis. Suſpicantur hoc Authores; iſtud certius: authoritate *Wenceslai Regis*, & Eximperatoris illegitimè intruſum fuiſſe.

Verſuram cum Conrado fecit. Audiamus hac de re oculatum teſtem ejus temporis in Manuſcripto Eccleſiæ Pragenſis: *Hic* (*Albicus*) *reſignavit Archiepiſcopatum an: 1413. Conrado de Weſtfalia pro tunc Epiſcopo Olomucenſi, qui antea fuit* Subcamerarius Regni Bohemiæ, *& Magiſter Monetæ in Montibus Kuttnis & Præpoſitus Melnicenſis. Et præfatus Albicus acceptat* Præpoſituram Wiſſehradenſem *loco Archiepiſcopatûs Prag. quam* Præpoſituram *tunc tenuit D.* Joannes Patriarcha Antiochenus, *qui loco hujus* Præpoſituræ *acceptavit Epiſcopatum Olomucenſem. mirabile Cambium! utinam ſine ſimonia!* hæc in M. S. ad verbum.

Archiepiſcopus Cæſarienſis. Hunc ſibi Titulum ope Cæſaris *Sigiſmundi* diu pòſt, cùm ob turbas *Bohemiæ* in Ungariam ſeceſſiſſet, impetravit à *Papa.*

Mauſolæum. Cùm nihil immortale in vita geſſerit, mortuus ſaltem

nomen

nomen suum æternum facere voluit. Solent hoc etiam avarissimi homines habere, ut aliàs præparci, in una aliqua re sæpe inutili, pecuniæ non parcant. Porrò in hac eadem Ecclesia *B. Virginis supra Lacum Pragæ*, cùm statuæ omnes, aliáque ornamenta dejecta sint, in uno adhuc lapide, licet ægre, hæc leguntur: *Jacet hîc Albicus Cæsariensis Archiepiscopus Wissehradensis Præpositus.* sed non hîc jacet: Unczoviæ sepultum Crugerius, Pessina innuit in Ungaria. obijsse hîc certum est 23. Julij, an: 1427. Sepultura ejus.

VIII. Archiepiscopus Conradus Westphalus.

Archiepiscopum ab illa versura habuêre Pragenses Conradum pejorem *utiq; Albico, ut qui opes ingentes in Bohemia corrasas in Westphaliam diverterit, taceo ultima, quibus se infamavit extremè: duxit quippe exercitum* Hussitarum *in Ecclesiæ Fideles; Sigillum* Archiepiscopi Consistorio hæretico *commodavit. In Comitijs Czaslaviensibus palam perfidiam approbavit; oppignoratis denique Archiepiscopalibus ditionibus Archiepiscopatum evertit. Non obijt tamen (31. Decembris an: 1430.) omnimodè desperatus; unde ob evulgatam anteactorum pœnitudinem in suis M.S.* hæretici Vertiginosum *appellant: Concilium Basileense, vel potius* Martinus V. Pontifex *eundem ob infamem collusionem cum Hussitis ab officio deposuit facilè quinquennio ante mortem. Fuit ergo abinde substitutus verus* Archiepiscopus Joannes de Praga. Crugerius. Conradus Archiepisc: pessimus.

Notæ nostræ in Conradum.

Conradus. Erat *VVestphalicus* Comes de *VVechta*; an: 1413. die *S. Alexij* in Archiepiscopum receptus. Homo fuit inconstantissimus inprimis an: 1403. Werdensem Episcopatum à *Bonifacio IX.* impetraverat; deinde an: 1408. à *VVenceslao Rege Olomucensem*, tandem Pragensem: fuit antè Subcamerarius Regni Bohemiæ, quod Officium, licet alienum à statu Ecclesiastico, amore pecuniæ sine dubio ad se traxit. Quibus artibus, & quàm indignis hæc munia consecutus sit, explicat *Augustinus* Moravus in Catalogo Olomucensium Episcoporum. Inconstãtia Conradi.

Obijt 1430. In annno mortis Scriptores non conveniunt: *Lupacius* ponit annum 1421. *Cochlæus 1423. Theobald. 1426. Pessina* ex M.S. *1431.*

Oppignoratis ditionibus. Nulli fæliciter cessit illa Bonorum Ecclesiasticorum occupatio. *Joannes Smirzicius*, qui *Raudnicium* Archiepiscopale obtinuit, post tot egregia facinora caput amisit an: 1453. ut in Historia copiosè narratur; *plurimæ familiæ illustrissimæ in Bohemia extinctæ sunt, quæ Ditiones Ecclesiasticas tenuerunt.* Vendit bona Archiepiscopatûs.

Verus Archiepiscopus Joannes de Praga. Hoc prorsus admitti non potest;

In Phosp: Radio V.

test; nunquam enim hunc titulum ipse gessit, sed *Administratoris* Archiepiscopatûs tantùm, ut clarè ostendit *Pessina* Decanus Ecclesiæ Pragensis. Cogor itaque Crugerium hoc loco deserere, & Administratores Archiepiscopatûs, eorúmque Vicarios nominare, adjutus maximè *Indiculo* D. Decani Pessinæ loco citato; adjiciam tamen in loco *Notas* meas, ubi aut ille omisit quidpiam, aut aliter, quàm ego existimem, narravit; interea penes Lectoris arbitrium omnia relinquo.

CAPUT VII.

Administratores Ecclesiæ Pragensis, eorúmque Vicarij ab An. 1421. usquè ad An 1561. quo Archiepiscopatus Pragensis fæliciter est restitutus.

Joannes de Praga.

I. JOannes de Praga *Episcopus Olomucensis, & Litomißlensis, Canonicus Pragen. ac postea etiam S. Romanæ Ecclesiæ titulo S.* Cyriaci Presbyter Cardinalis, Administrator Pragensis Archiepiscopatûs *à Capitulo electus an: 1421. initio Iulij, & à Sede Apostolica approbatus anno sequenti. Ejus Vicarij Generales:* Joannes Kralovvicz Decanus & Joannes de Duba *Canonicus Ecclesiæ Pragensis. Obijt* Joannes *an: 1430. 9. Octobr.*

Notæ nostræ.

Joannis virtutes.

Joannes ideo de *Praga*, quia Pragæ natus, juvenis Præmonstratense in Strahovv amplexus est institutum, ingenio, doctrinâ, virtute inclytus, in *Litomißlense Cœnobium* translatus, ex eo ad ejus Urbis Episcopatum, deinde etiam ad Sedem Episcopalem *Olomucensem* ascendit; requirebant illa tempora (nî perire mallent Catholici) Martiales, & generosos, & intrepidos bello Antistites; talis erat Joannes, ideóque scripto Exercitu arma induit, ob id ferreus vel *cataphractus Episcopus* appellatus: ad *Nedakunicium* apud Moravos aciem hæreticorum profligavit, cum *Zißka* verò invicto aliàs Duce sine damno conflixit, imò in Bohemiam retrocedere coëgit. Cardinalem fuisse *Gvalterus* in Cardinalibus testatur. Obijt Strigonij cùm Aulam *Sigismundi* Cæsaris sequeretur, ibique, ut suspicatur Crugerius, in Ecclesia Metropolitana tumulatus est; at *Vaciæ* sepultum certius est.

Dubr. l. 26. hist. Boh.

Paproc. in Episc: Olomuc. C. 32. ex Augustino Moravo

Joannes de Kralovvitz Decanus. Fuit ex illustri familia Equitum *Ostrovecz*, qui hodiéque ita appellantur. de ejus zelo adversus Hussitas multis agit *Pessina* Radio III. in Phosphoro à f. 208. in periculis omnibus Decani socius *Joannes de Duba* nominatur.

II. Conradus seu Cunczo Episcopus Olomucensis.

Mo-

Moravus Baro de Zvvole Episcopus Olomucensis, Administrator Archiepiscopatûs Pragensis. *Ejus Vicarij Simon de* Nimburga *Archidiaconus Boleslaviensis, & Joannes de Duba Canonici Ecclesiæ Pragensis. Obijt* Conradus *an: 1434. in Julio.* Cunczo Ep: Olomuc.

Notæ nostræ.

Conradus Juris Canonici Doctor priùs, ac Caussarum Sacri Palatij Apostolici *Auditor*, Præpositus Olomucensis, & Canonicus Pragensis tandem Episcopus Olomucensis in *Administratorem* à *Capitulo* electus, & ab *Eugenio IV.* approbatus, tertio Episcopatûs anno cùm Cæsaris *Sigismundi* Aulam sequitur Ulmæ 8. Julij moritur, negligentiæ alicujus, & parcitatis à *Paprocio* accusatus. *Papr. in Episc. Olom. C. 33.*

III. Duo Administratores.

Joannes *de* Duba *Decanus* Pragensis, *& Præpositus Ecclesiæ* S. Apollinaris, *& Simon de Nimburga Canonicus Eccl: Prag: Sede vacante per Venerabile Capitulum Pragense (sic eorum Tituli in* Libris Erectionum & Actorum *leguntur) constituti an. 1435. & 1436.* hæc Pessina. Ioannes de Duba, & Simon de Nîburga.

Notæ nostræ.

Joannes de Duba non modò Decanus, sed postea etiam Præpositus *VVissehradensis*, ac tandem *Aichstadiensis* Episcopus fuit, quem à *Pio II. Cardinalem* nominatum invenio. Joannes de Duba Episc. & Cardin:

Miror à *Pessina* præteriri hoc loco *Philibertum Constantiensem* Episcopum tanto silentio, ut nè quidem nomen ejus in *Phosphoro*, cùm de his agitur, invenire potuerim. fortasse metuebat Vir bonus, nè quid Capituli Pragensis (quod Administratores eligebat) Juribus præjudicare videretur; sed timor hic inutilis est: cùm Concilia & Pontifices in gravi aliquo casu & in perturbatione rerum omnium, pro potestate statuere aliquid possint, quo tamen nihil Ecclesiarum particularium Juribus derogetur. Ego *Philibertum* omittere inter Administratores non possum, quem scio authoritate Concilij Basileensis & Pontificum hunc Titulum gessisse, Compactata attulisse, & non tantùm *Administratoris*, sed etiam *Archiepiscopi* munia in Bohemia ab an: *1436.* obiisse. sit igitur *Pessina ex Crugerio in Phosp. Rad. v. f. 588.*

IV. Philibertus Constantiensis Episcopus Administrator Archiepiscopatûs Pragensis.

Joannes Rokyczana, ut in historijs nostris, & præcipuè *Cochlæo* narratur, statim post *Conradi VVestphali* mortem an: *1431.* Archiepiscopatum affectare, & favore hæreticæ Nobilitatis pro Administratore se gerere cœpit cum Titulo, pro illo an: *1436. Concilium Basileense Philibertum* hominem *Gallum Constantiensem* Episcopum Administratorem Archiepiscopatûs Pragensis *Epit. l. 5.* Philiberti gesta.

gensis nominavit; à quo etiam anno sequenti *11.* Februarij Barbara Ciliensis *Sigismundi* Conjux Pragæ in Ecclesia S. Viti coronata est. Is summâ diligentiâ omne Archiepiscoporum munus implebat: reconciliabat Ecclesias, Altaria & Templa consecrabat, Catholicos confirmabat; Religiosos Ordines revocabat, inquietos & hæreticos Sacerdotes urbe pellebat, & quod primò omnium dicendum erat, *Compactatis* à Concilio allatis pacem inter Regni Incolas procurabat &c. an: *1438. 30.* Junij cum Paulo Episcopo Olomucensi *Albertum Austriacum* coronâsse, *Theobaldus* est author; at alij Juris nostri peritiores adstitisse tantùm Coronationi, *Philibertum* affirmant, coronante Olomucensi. An. *1439* in illa ingenti *Pestilentia*, quæ totam *Bohemiam* afflixit, sublatus est Philibertus, atque ut ex quibusdam Manuscriptis datur intelligi, in Ecclesia *S. Viti*, licet ejus tumulus hodie ignoretur, sepultus. Ex his omnibus patet: *Pessinam* ex Administratorum numero Philibertum excludere minimè debuisse.

Theob. in Huss. Bartossek de Drahonicz M.S.

V. Administrator.

De Procop: Kladrubiẽsi

Procopius de Kladrub Decanus Ecclesiæ Pragensis (quem etiam Pessina præterijt) *Joanni de Duba* successit, & aliquo etiam tempore cum *Philiberto* Diœcesin administravit. In Tomo XIII. Erectionum hæc legimus: *Procopius Canonicus Ecclesiæ Boleslaviensis, Commissarius Vicariatûs in Spiritualibus, & Officialatûs Archiepiscopatûs sede vacante constitutus &c. anno 1437. 13. Aug:*

VI. Duo rursus Administratores.

Duo Administratores.

Simon de Nimburga *Præpositus Ecclesiæ* S. Apollinaris, & Georgius de Praga *Ecclesiæ* omnium SS. in Castro *Pragensi Decanus, Canonici Ecclesiæ Prag: an: 1444. & 1448.*

Wenceslaus de Crũlovv

VII. Wenceslaus de Crumlovv Decanus Ecclesiæ Pragensis *an: 1454. Obijt an. 1460. 15. Decemb. seu die* S. Luciæ. ⊖. intoxicatus R. P. Dominus Wenceslaus de Krumlovv Administrator Archiepiscopatûs Pragensis, qui plurima bona Ecclesiæ, & Diœcesi Pragensi in suo officio fecit. *ita M. S. Ecclesiæ Pragensis.*

M. S.

Notæ.

Virum doctissimum fuisse hunc Wenceslaum ostendam in libro de *Viris doctis Bohemiæ.*

VIII. Nicolaus de Krumlovv Decanus Prag: an: *1461.*

IX. Hilarius de Litomerzicz Decanus, & Joannes de Crumlovv Canonici Ecclesiæ Prag: an: *1461. & 1462.*

X. Hilarius Decanus *ab an. 1461. ad an. 1467. Deinde* Wenceslaus de Krzizanovv Præpositus Omnium Sanctorum & Canonicus Ecclesiæ Pragensis, *1467.*

Notandum.

Hos

Hos duos Viros præstantissimos Doctores, & in Catholica Religione fortissimos Athletas probant, quæ scripsit *Pessina in Phosphoro Radio III.* & nos pridem in vita Arnesti I. ubi colloquium, seu Disputationem eorum cum *RokicZana* ex M. S. Glacensi recitavimus habitam corā *RegePodiebradio.* Duo Administratores doctissimi. *Vita Arnesti l. 3. in Not. ad C. 4.*

XI. Hanussius *Dominus de* Kolovrat *Præpositus Ecclesiæ Pragensis, & cum illo* Joannes de Krumlovv *Decanus*; *postea* Wenceslaus de Plana *Archidiaconus Ecclesiæ* Prag: *an: 1468. usquè ad 1483.*

Notandum.

Hanussium seu *Joannem de Kolovvrat* tantâ virtute & authoritate inter Prælatos Ecclesiæ eminuisse, ut si *Conradus* bona Archiepiscopatûs non alienasset, nemo unus ad hanc dignitatem aptior inveniri potuerit. Ejus laudationem multis paginis *Radio III. Pessina* prosequitur. Joannes de Kolovrat vir undequaque maximus.

XII. Wenceslaus de Plana Archidiaconus Ecclesiæ Pragensis *ab anno 1481. & sequen.*

XIII. Paulus Pauczek Pragensis, & Zderasensis *Ecclesiarum Præpositus, an: 1486. & seq.*

XIV. Ambrosius Chrt de Plsna *Decanus Pragensis cum* Blasio *de* Plana *Canonico, an: 1497. & seq:*

XV. Joannes *Dominus de* Wartemberg *Præpositus Ecclesiæ Pragensis, & Litomericensis cum* Ambrosio *Decano, an: 1500. & seq:*

Nota.

Maximus hic vir fuit *Joannes de VVartemberg*, cujus *Epicedium* scripsit venustissimis versiculis *Bohuslaus de Lobkovicz*, quos in memoriam utriusque præstantissimi Viri recitabo: In Wartembergicis.

Wartemberga domus *cur sic tua lumina manant!*
Me miseram! Columen corruit omne meum!
Quis nam? Joannes, *lux sacræ, & gloria turbæ,*
Spes Patris, Fratrum, spes generisq; sui.
Illéne, delegit cujus præcordia virtus
Æternam sedem perpetuámq; sibi?
Qui Pandionias *artes Musásque colebat,*
Cui probitas, Cræsi charior ære fuit.
Ecce etiam hunc juvenem nostro mors abstulit orbi,
Cùm sinat immeritos vivere sæpe diu.
Hunc inquam rapuit sævissima, nempe perenni
Descriptæ leges sic adamante jubent.
Dic precor ætatem, quâ nos, vitámque reliquit?
Quattuor & totidem vidit Olympiadas.

Quâ formâ? flavus crines, facieque decorus;
Cuncto spirabat corpore forma genus.
Dic mores: hostis scelerum, portusque bonorum
Assiduè lætus, cum gravitate tamen.
Quis clausit tumulo? Genitor: sed desine quæso
Quærere. nam lacrymæ dicere plura vetant.

Erneftus Schleinitz.

XVI. Arneſtus *Dominus de* Schleinitz Pragenſis & Miſnenſis Præpoſitus, & Joannes de Zak Canonicus Prag: & Præpoſitus Litomericenſis, *ab an 1511. & ſeq: ad uſq. 1525. quo Zak renunciavit, qui demum obijt an: 1531. in Vigilia Pentecoſtes.*

Joannes Fabri.

XVII. Nicolaus Hauska Eccl: Prag: Scholaſticus, & Capellæ omnium SS. Decanus, Collega Erneſti, *an. 1524. aliquandiu cum D.* Zak *abſente Erneſto, deinde cum* Joanne Fabri *Canonico & Archidiacono, qui poſtea an. 1531. factus eſt Epiſcopus Viennenſis, ſacris concionibus Typo editis* Orbi *notus.*

XVIII. Erneſtus *ſolus ab an. 1531. uſquè ad an: 1542. quo reſignavit Adminiſtrationem.*

XIX. Valentinus Scholaſticus Eccleſiæ Prag: & Joannes à Puchovv Canonicus, ac Mielnicenſis Præpoſitus an. 1562. & ſeq. uſquè ad an: 1553.

Henricus Scribonius.

XX. Henricus Scribonius Præpoſitus Eccleſiæ Prag: an. 1555. & ſeq. uſquè ad an: 1561. *quo reſtaurata eſt Sedes Archiepiſcopalis.* Redeamus igitur ad Archiepiſcopos, eóſque ut antè feceramus ex *Crugerio* deſcribemus, in loco tamen Notis illuſtrabimus.

CAPUT VIII.

Continuatio Succeſſionis Archiepiſcoporum, poſt reſtitutam Sedem Archiepiſcopalem.

IX. Archiepiſcopus Prag: Antonius.

Antonius coronat Maximilianum Regem.

R*Eſtaurato porrò Archiepiſcopatu per* Ferdinandum I. Regem ac Cæſarem, *& per* Julium III. Romanorum Pont: *confirmato poſt magnum omnino poſtliminium annos ſcilicet 124. à quo deſierat, impoſitus eſt* Antonius Cruciger *cum regia ſtella Müglicio apud Moravos oriundus. Fuit ante hanc dignitatem à biennio circiter* Viennenſis Epiſcopus, *& quandoque in* Caſtris Ungaricis *campi, ut vocant,* Concionator. *Coronavit quà Archiepiſcopus in Regem Bohemiæ* Maximilianum II. & Mariam ejus Conjugem, *quam Panegyrim in Interſtitio,* Olomucenſes Epiſcopi *pro ſuo Privilegio, ut patet, in* Alberto Auſtriaco, Ludovico & Ferdinando I. *celebraverunt. In ſolo* Georgio *omiſit* Protaſius Bozkovicius, *quia nondum erat ſacris initiatus, imò*

imò quamvis esset à Capitulo electus nondum erat à Romano Pontifice *confirmatus, quare Ungari Episcopi solitas cæremonias obiverunt. Wladislaum Podiebradij Successorem è Polonia advocati Antistites inunxerunt, ac coronaverunt; quia verò isti contra mentem* Summi Pontificis *fecerunt (qui volebat Matthiam Ungarum Regem apud Bohemos fieri, imò ut talis proclamaretur Olomucij ac à Nuncio Apostolico, simul tamen cum* Protasio Bozkovicio, *coronaretur effecerat) & jus Olomucensis Antistitis violaverant, non parvo tempore sacris interdicti, ac ut dicimus, sacris suspensi fuerunt. Cæterùm* Antonium *in suo regimine raritate non vulgari ornatum vidit Bohemia, quando in* Concilio Tridentino Legatum *sedere conspexit; sed & ipse in sua Bohemia,* (Antonius in Concilio Trid:) *& quidem Pragæ paris nominis vidit adoream, quando suppletricem Carolinæ* Clementinam Academiam à Ferdinando I. *advertit fundari ac Societati JESU committi. Et favit huic Religioni* Antonius *maximopere, inprimus in* (Antonius Arch: peramicus So. J.) *gratiam* Ven: Patris Canisij, *qui ipsi neglectu Pedi Episcopalis, ad Viennensem Infulam aditum aperuerat, tum etiam suppetiarum ergô, quia iniquitas temporum oppressis propè Catholicis effecerat id genus homines valde necessarios, & ob præstita auxilia quâ docendo, quâ prædicando eximiè pretiosos.* Antonius *spe optimâ plenus, & bonis operibus abundans decessit.*

Notæ nostræ in Antonium.

Restaurato Archiepiscopatu. Ter conati sunt Proceres in Regni Comitijs Archiepiscopatum Bohemiæ restituere, sed infelici semper conatu. Primùm An. 1436. *Rokyczanâ* nominato, quem etiam Legatione Romam missâ An: 1446. commendarunt, sed Pontifices, quòd apertissimè *Wikleffitis* faveret, nunquam consentire voluerunt; *Sigismundus* verò eundem spe lactabat, sed deludebat, eâque ratione in An. D. 1476. quo ☉. 22. Febr. extractus est. *Hussitæ* tamen *Infulam & Pedum* sepulchro ejus marmoreo (quod ego confractum vidi) incidêre. Secundò adhuc vivente *Rokyczana* Præsulem tentabant quidam imponere, nescio quem *Datarium* in Curia Romana, sed & hoc interversum est, quod *Catalaunus* & lingvæ Bohemicæ rudis esset, neque *Georgio* tum regnanti placiturus videretur. Tertiò tandem in Regni Comitijs an: 1545. 17. Augusti, Proceres tam sub una, quàm utraque Regi *Ferdinando* supplicârunt, ut de via Archiepiscopatum restituendi (Consensu omniū Procerum Archiepiscopatus restituitur.) cogitare dignaretur, offerebántque velut aptissimum *Joannem Hazembergium* Litomericensem Præpositum Regiorum liberorum Præfectum, nullis quidem natalibus, sed ingenio, doctrinâ, & probitate illustrem; sed cùm nihil in sustentationem Archiepiscopi offerretur, *Hazembergius* interim an: 1548. vita excessit. inventa tandem est aliqua ratio Archiepiscopi sustentandi à Rege *Ferdinando* I. & an: 1562. rebus omnibus perfectis *Antonius Archiepiscopus* nominatus est.

Viennensis Episcopus. Non eam tantùm dignitatem gessit, sed fuit etiam Canonicus Pragensis, ut ex *Scribonio* probat *Pessina*.

Coronavit Maximilianum II. an: 1562. 20. Sept. & *Mariam* ejus *Conjugem* 21. Sept. seu die sequenti. *Rudolfum II.* verò an. 1575. 16. Septembr:

Initiũ Clementinæ Academiæ.

Clementinam Academiam. Ferdinandæa dicebatur, quæ nunc Carolinæ conjuncta est; eodem anno, quo *Antonius* electus fuit, sed alio mense & die (scilicet 15. Martij) fundata. ejus primus Rector fuit *Henricus Blyssemius Doctor Soc: JESU* Vir doctissimus, suisque operibus quæ vulgavit notissimus orbi.

Cõmunio sub utraq;.

Legatus in Concilio Tridentino. Orator Ferdinandi, eorúmq; (nam plures erant) Princeps, is effecit post *Concilium*, ut in Regnis *Ferdinandi I.* ad tempus *Communio sub utraque* permitteretur; quod per omnes eas terras publicatum est, ut in Epitome narravi. Porrò *Antonius* An. D. 1572. à media Canonicorum parte Olomucensis Episcopus electus fuerat, alterâ mediâ Canonicorum parte *Joannem Grodecium* eligente, sed *Gregorius XIII.* Pontifex, & *Maximilianus II.* Rex noluerunt Præsulem Pragensi Ecclesiæ utilissimum movere, & in pari Suffragiorum numero *Grodecium* adjuvêre.

Decessit. Obijt ætatis anno 54. Archiepiscopatûs 18. An. D. 1480. 28. Augusti, in *Antoniano Sacello ad S. Vitum* humatus, & in ipsa sepulchri Inscriptione jam tum *Princeps* appellatus.

X. Archiepiscopus Martinus Medek.

Gesta ejus.

I*Nde insedit Thronum gentili oppido pariter apud Moravos natus* Martinus ex Præposito Peltenbergensi *eorum* Crucigerorum, *quorum* Antecessor *fuerat* Generalis Magister; *cui eandem dignitatem Confratres post mortem* Antonij *detulerant; cùm alia non posset præstare ob dominantes hæreses, templa è lapidibus structa plurima consecravit. S.* Procopij *ossa è Sazavensi desolato Cœnobio adjuvante Cæsare* Pragam *ad* Omnes Sanctos *transtulit; quorum numerum videtur auxisse cùm ad plures abijt. Vir quippe fuit morum probatissimorum; continuatæ tamen aliquot hebdomadis nocturnæ ad ejus sepulchrum intemperiæ indigum auxilij fuisse Canonicis persvaserunt.*

Notæ nostræ in Martinum.

Chãowsky Candidat⁹ Archiepisc:

Martino mortuo *Rudolfus Cæsar Wolfgangum Chanovvsky* pervetustæ Familiæ Equestris, Decretorum in Academia Bononiensi Doctorem, Canonicum Pragensem & jam annis sex Carlsteinensem Decanum in Archiepiscopum designat; sed ab invidis propinato veneno Wolfgangus ante quàm nominari posset, extinctus est.

Insedit tronum. Consecratus an. 1581. 8. Octobr. à *Georgio Drascovitio*

vicio Colocensi Archiepiscopo Regni Ungariæ Cancellario Assistentibus *Ioanne Teplensi, & Andreâ Aulæregiensi Abbatibus.*

Templa consecravit. ut *Landscronæ & Duxoviæ, ad D. Viti*. *Sacella* omnia ligneis vel lapideis cancellis permunivit, idemque in alijs Ecclesijs fieri sanxit, nè hominibus profanis illa Sacrorum vicinitas pateret.

Calendarium reformatum Gregorij XIII. ejus operâ receptum est in Comitijs an: 1584. 7. Januarij. idem impetravit à *Rudolpho*, ut *Picardorum* Synagogæ in Boh. obstruerentur. Martini præclara opera

S. Procopij ossa. translatum est sacrum corpus an: 1584. 7. Januarij.

Ad plures abijt. An. 1590. 2. Febr. penes *Antonium* Antecessorem suum sub tumulo marmoreo conditus.

XI. Archiepiscopus Zbignæus.

ZBignæi Bercæ Baronis de Duba & Lippa *exinde magna extitit in Ecclesia nostra authoritas: Domum Archiepiscopalem in* Præarce Pragensi *magnificè exædificavit; Titulum Principis penè intermortuum resuscitavit; hunc eundem Ordini suo inoculaverunt* Crucigeri *cum rubea stella, atque etiam* supremum Magistrum *creaverunt. Synodum Nationalem celebravit ab Arnesto I. usquè huc omissam, sed ad Leges Concilij Tridentini, ac juxta ejus* Decreta Bohemiam *Catholicè cœpit reformare;* Hæreticos libros è Bibliothecis tabernarijs *passim eliminari curavit, quia & in* Consistorium Utraquistarum *Rudolfo II. conficiente tantam authoritatem obtinuit, quanta sufficeret ad substituendum* Administratorem, *si non ex integro Catholicum, saltem minùs hæresi infectum, & sacris* Ceremonijs *utcunque affectum. Sub eo rursus cœperunt veri Sacerdotes* Utraquistis *extradi, neque facilè Uxoribus illigati tolerabantur. Usus est plurimum operâ* Patrum Societatis JESU *in promovendo negotio Religionis Catholicæ, & adducendis Magnatibus ad Romanam fidem, idque è consilio* Melchioris Kleselij *Viennensis Episcopi, postea etiam Operum istorum cooperatione* Cardinalis. *Mirata est Praga ad* Catholicam Ecclesiam *ex integro rediisse, & in manibus Cæsaris Speciani Cremonensis Legati Pontificij errores abjuravisse, non aliquem è trivio, sed ipsum Utraquisticè* Consistorij Administratorem. *Cum his & pluribus meritis Zbignæus excessit è vita.*

Crugerius.

Ingens magnificentia Zbignæi.

Subjicit sibi Utraquistas

Notæ nostræ in Zbignæum.

Zbignæi. Archiepiscopus consecratus est an: 1592. 10. Octobr. à *Cæsare Speciano* Episcopo Cremonensi ad S. Cæs: Maj: à Latere Legato, Assistentibus *Joanne Kutassi* Jauriensi, & *Joanne Baptista Pichelmajer* Almirensi Episcopis, hoc Suffraganeo Ratisbonensi. Fuit Zbignæus *Romæ* trium Pon-

Honores Zbignæi

Pontificum Camerarius, 7. Ecclesiarum Canonicus: Pragensis, Boleslaviensis, Wissehradensis, Olomucensis, Litomericensis, Ratisbonensis, Oetinganus; & postea etiam Præpositus Olomucensis, Wissehradensis, Oetinganus, ac Litomericensis; Ratisbonensis per Annos complures *Administrator*.

Domum Archiepiscopalem. hæc Regijs, sed proprijs *Zbignæi* sumtibus est exstructa. *Ssvietecense Cœnobium* insuper Archiepiscopali mensæ, ut adjungeretur, effecit.

Synodum celebrat Zbygnæus. *Synodum nationalem.* Extat passim in Bibliothecis impressa. ⊖ an. Domini 1606. 6. Martij, ætatis 55. Archiepiscopatûs anno 14. Sepultus in *Berkarum* sepulchris in Ecclesia *S. Viti* sine omni Epitaphio, an id vetuerit fieri, mihi non constat.

XII. Archiepiscopus Pragensis Carolus Lambergius.

Cruger.

Lambergius æger.

Carolus, Lambergius Baronum stirpe ferè sexennium in hac dignitate peregit, debili plerumque valetudine; cujus vices Joannes Lohelius Abbas Sionæus, & simul Sebastenus titularis Episcopus egregiè supplevit in sacris jam secundi Archiepiscopi Suffraganeus. Coronationem Mathiæ in Regem Bohemiæ impotente Carolo *supplevit pro suo Privilegio Olomucensis Antistes Franciscus à Dietrichstein jam ab annis aliquot etiam Cardinalis. Obijt Carolus Ossecæ, cujus Monasterij fuerat usuarius.*

Notæ nostræ in Carolum.

Carolus nominatus ille quidem fuit an: Dom: 1606. 14. Octobr. sed an: sequenti primùm 7. Octobris consecratus, consecravit *Antonius Cajetanus* Archiepiscopus Capuanus Sedis Apostolicæ Legatus; assistentibus *Joanne Stephano Ferrerio* Vercellensi, & *Joanne Lohelio* Sebastensi Episcopis.

Debili valetudine. Huic quidam imputant, quòd *Rudolphus II. Imp:* an. 1609. Literis Majestatis, quibus omnibus hæreticis libertas permittebatur, subscripserit, at ego ex *Slavatæ* Cancellarij *Apologia* comperio (ut in Epitome probavi) vero metu subactum Cæsarem subscripsisse. Cæsar *Mathias Carolo Lambergio* omnes ad se spectantes per Bohemiam *collaturas* ad mortem usquè donavit. Obijt Carolus Antistes an: 1612. 18. Sept.

XIII. Archiepiscopus Pragensis Joannes Lohelius.

Hunc

Cruger.

HUnc Rudolfus Cæsar è Suffraganeo nominavit Archiepiscopum, confirmavit Paulus V. Rom: Pontifex, cùm nullus par esset, qui res labentes æquè succollaret. Non poterat ille quidem, ut olim Antecessores fecerant, ditionibus, aut planè militiâ sistere ruinam, sed quâ potissimùm excellebat sanctimoniâ, plurimùm fulcivit Domum DEI. Et adstiterunt suo quondam Abbati fortiter Strahovienses inprimis ac Teplenses Præmonstratenses: Clerici quoque ac magni nominis Prælati Vitiani vindicias, & vigilias pro fide Catholica continuaverunt. Minima Societas JESU cùm interdum ad Triarios recurreretur, suam quoque operam amantissimo sui Archiepiscopo non denegabat; & erat insuper caussa cur eo gloriaretur, quia olim hunc ipsum Teplâ submissum in suo Convictu scientijs excoluerat, sub disciplina Edmundi Campiani; cui alter quoque parem gloriam adferebat, utroque titulo Convictûs & Literarum, scilicet suprà nominatus Franciscus à Dietrichstein Cardinalis. Dum porrò ita stat immotus pro sacris Catholicis Lohelius, & passim velut dorso ruinas Ecclesiarum impedit, Hrobenses subditi Dæmone haud dubiè furiati, novam audent in Territorio Archiepiscopi, nuper Majestalibus in hoc casu prohibitam erigere Synagogam. Quid opponeret Pastor contra pervicaces oves? opposuit inprimis, quà Dominus, mandata propria, sed sectariorum primariorũ instigatione contemserunt, nec cessarunt ab opere. Ergo Lohelius altiorem implorat opem apud Vicarios Regis Pragæ, demum etiam Viennæ apud Cæsarem Mathiam; decernitur nullo modo literas Majestatis permittere, ut fundi Domino nolente novæ excitentur cujuscunq; Religionis Ecclesiæ, irrogatur etiam contumacibus pœna, & solo æquari jubetur Lutheranorum Ecclesia. Vincente Lohelio Sectarij ad defensionem violatarum, ut ipsi sibi interpretabantur, Literarum Majestatis, consurgunt, & in vindicias conjurant. Idem quod hîc Hrobij seu in Klostergrab fiebat, accidit Brumovij, cùm Wolfgangus Zelender Abbas Ordinis S. Benedicti ædificationem novam Lutheranæ Ecclesiæ vetuisset, expulsus enim ditione suâ à subditis, velut Martyr malis exilij in odium fidei, cujus erat zelantissimus, superatus contabuit. Omitto reliquam Conjurationis telam, & hæreticorum Ordinum adversus Regem suum pervicaciam: Ferdinandus II. hæreticorum intemperias in albo Monte partâ victoriâ ferro pacavit: redierunt Exules, & sua receperunt, plures etiam majora adepti. Archiepiscopo Johanni Lohelio tantum insuper vitæ indulsit DEUS, ut posset suam Metropolitanam reconciliare, & inchoatam totius Bohemiæ Reformationem lætanter aspicere, & exclamare suavissimè: Nunc dimittis Domine! & dimissus est ad æternam requiem An. 1622. die Fidelium animarum. cui in Sionæa Ecclesia sua nempe Abbatiali haud immeritò honorificè condito Gaspar Questenbergius Successor in Abbatia, dignum Viri virtutibus Epitaphium in marmore nigro exsculpsit.

Lohelij Arc: Sanctitas.

Discipulus Campiani.

Zelus Relilionis.

Initium Religionis.

Notæ

Notæ nostræ in Joannem Lohelium.

L.4. Misc: P.2.

Gesta Lohelij breviter recensentur

Quæ de Viri hujus Sancti virtutibus audieram attuli in ejus Vita; omnes hunc Præsulem Scriptores à sanctitate morum commendant; fuit propè 30. annis Abbas in Strahovv. etsi autem à *Rudolfo* II. nominatus dicatur, tamen id *Mathiæ* Cæsari debet adscribi, cùm *Rudolfus* an: 1612. 20. Januarij ante *Zbignæum Berkam* sit mortuus, ante cujus mortem *Lohelius* nominari Archiepiscopus non poterat. Primum suæ dignitatis nuncium cum fletu maximo Vir modestissimus accepit, diúque restitit. Coronavit *Annam* Tirolensem *Mathiæ* Cæsaris Conjugem an: 1616. 10. Februarij & anno sequenti, die *SS.* Apostolorum Petri & Pauli, *Ferdinandum* II. Ab hoc Rege an: *1620.* 3. Novembris cæsis hæreticis Pragam Viennâ ubi exulârat *Joannes* reversus est, recuperavit statui Ecclesiastico Sessionem in Comitijs Regni, quam ei *Georgius Rex* olim ademerat, item Primatum inter Regni Proceres, tum etiam quasdam Archiepiscopales ditiones: *Rozmital*, *Muldavotinam*, *Rubrorzecicium.* Obijt an. *1622.* 2. Novembris. Miracula quædam aut miraculis similia depicta visuntur in *Strahovv*, déque ijs libellus extare dicitur, quem ego non vidi.

XIV. Archiepiscopus Pragensis Arnestus ab Harrach.

Crugerius.

Ernesti Archiepiscopi honorata vita & munia.

A*Belato* Lohelio *favit successionem* Ernesto Adalberto Comiti ab Harrach Ferdinandus II. *utpote suæ Aulæ supremi Præfecti filio. Et erat ille morum tam innocentium, ut totâ commoratione in* Seminario Germanico Romæ *nullam censuram mereretur, imò ob studia Philosophica ac Theologica decursa, ad Infulam promotionem mereretur. Hic Archiepiscopus post quadriennium vix regiminis ab* Urbano VIII. *purpurâ insuper indutus est. Vidimus hoc Archiepiscopo reductam ad Fidem Catholicam* Bohemiam, *restituta Templa ritibus Romanis, Calixtinam Superstitionem exactam in Exilium. In Academia* Carolo-Ferdinandæa Cancellarij *Titulum sibi & suis Successoribus in perpetuum asseruit. Coronavit Reges Bohemiæ* Ferdinandum III. & IV. Leopoldum I. Eleonoram seniorem, & juniorem. *Vidit in eodem Archiepiscopatu erigi duos* Suffraganeatus *sublimioris dignitatis* Litomericensem & Reginohradecensem. *Quà* Cardinalis *ad Conclave ter intravit, delegítque suo calculo* Innocentium X. Alexandrum VII. *& novissimè* Clementem IX. *Anno demum Regiminis Archiepiscopalis XLV. Cardinalatûs verò XLI. plenus honorum temporalium; ter Princeps; Protector Germaniæ & hæreditariarum Provinciarum; Intimus Regiæ & Cæs: Majestatis actualis* Consiliarius; *Regni Primas, Viennæ scenæ Mundi sese subduxit, desíitque. Extinctum*

ctum

ctum; ac in Laureto Viennensi sepultum passim Pauperes *deploraverunt; sed ii maximè qui Pragæ quotidie eleemosynarum ergô ejus Domum Archiepiscopalem totâ vitâ obsidebant. Demortui laudes Pragæ duo Viri eloquentissimi decantaverunt, easdémque typo pro plurium notitia evulgaverunt.*

Notæ nostræ in Ernestum II.

Quò propiùs ad nostra tempora accedimus, eò parcius ducimus esse scribendum; pauca igitur & hîc & in sequentibus annotabuntur; caussam facilè assequentur prudentes.

Archiepiscopus creatus est *Arnestus* an: *1623*. Cardinalis *1626. 3.* Id: Januarij, *Episcopus Tridentinus 1665*. Obijt redux *Româ* ab Electione *Clementis* IX. Viennæ, *1667.25.* Octobr. sub hoc Principe facta est *Transactio* super Bonis Ecclesiasticorum, quam *Contractum Salis* appellant A. *1630*. 8. Martij de quo quid sentiendum sit habet *Pessina*, eúmq; recitat in *Phosphoro* Ecclesiæ Pragensis Radio II. Contractus salis. f. 101.

XV. Archiepiscopus designatus Joannes de Kolowrat.

E*Rnesto Archiepiscopo* Augustissimus Cæsar Leopoldus I. *Successorem nominavit* Joannem Wilhelmum Libsteinsky de Kolovvrat, Cathedralis Ecclesiæ S. Wenceslai Olomucij Scholasticum. *Et dederat Natura, Deúsve, tot talenta huic Prælato, ut crederetur tanti Antecessoris vices juxta spes universorum expleturus. Sed ô rerum humanarum inconstantiam! cùm Rota* Gentilitia *esset in montibus dignitatis 31. Maij an: 1668. non evertit quidem, sed rite Sacramentis dispositum, deposuit in commune sepulchrum. Scripsit aliquando magnus apud Romanos Scriptor de* Pompejo *magno, ut æstimetur calamitas, quæ ei sub mortem inciderat, dispersas ejus corporis partes Europam, Asiam, ac Africam ultimò occupavisse. Ita hujus maximi Viri* Cor Richnoviæ *in Bohemia gentilitijs Sepulchris illatum est;* Corpus *ipsum in* Episcopali Olomucij *tanquam bene de Ecclesia, & ejus Capita meritissimo requiescit;* Viscera Brunæ *ad S. Petri deposita, amorem teneriorem erga hanc Ecclesiam Collegiatam testantur.* Crugerius. Joannis dotes & talēta.

Hactenus Series Archiepiscoporum Pragensium à *R. P. Georgio Crugerio S. J.* Viro historiæ nostræ peritissimo conscripta, & à me nonnunquam *Notis* claritatis necessariæ gratiâ illustrata; ad proxima nobis tempora veniamus. Sed inprimis fatendum est: diu me dubitasse, utrúmne *Joannem de Kolovvrat* Archiepiscoporum albo, ut numerum faceret, accenserem. etsi enim electus sine controversia, & confirmatus fuerit, tamen cùm Mors dignissimum Prælatum occupasset, neque consecratus est, neque pos- An sit Joannes inter Archiepiscop: numerādus

ſeſſionem adijt; ob quam etiam cauſſam, neque *Peſſina*, neque *Crugerius* Nicolaum *Puchnicum* inter Archiepiſcopos numerarunt. Ego iſtud perinde habeo, de re conſtat, an appellatio Archiepiſcopi *Joanni* tribuenda ſit, Lectores conſtituant.

XV. Archiepiſcopus Pragenſis Mathæus.

Breve elogium Mathæi.

MAthæus Ferdinandus de Bilenberg citra omne dubium Archiepiſcopis annumerandus, *Reihradij in Moravia* an. *1618.* natus eſt; Humaniores literas *Braumovij* in Bohemia, Philoſophicas & altiores ſcientias *Olomucij* jam Ordinem *S. Benedicti* profeſſus percepit; inde per omnes Ordinis ſui gradus ad Abbatis *Skalenſis ad S. Ivanum*, tum ad *S. Nicolaum* an: *1649.* in Antiqua Urbe Pragenſi, dignitatem aſcendit; pòſt cùm omnes in *Bohemia* ditiones à delectis ex omni Ordine Viris (quod *Commiſſionem Viſitationis* vocabant) deſcriberentur, *Mathæo* ex Ordine Eccleſiaſtico munus hoc delatum eſt, in quo ita ille ſe probavit ad *formulã*, ut brevì fundato Epiſcopatu Reginohradecij primus ille ejus loci Epiſcopus ſit nominatus, & *1659.* annis aliquot evolutis, mortuo *Erneſto* II. Cardinale, mox etiam Joanne deſignato, ut paulò antè narraveram, non alium ſibi aptiorem Aula præ *Mathæo* credidit an: *1668.* qui & Regni univerſi ſummam ſibi acquiſiviſſet notitiam, & bonæ Gubernationis ſpecimen in Epiſcopatu præbuiſſet. Anno ſequenti *1669.* 4. Maij *Pragam* ad capiendam poſſeſſionem ſui Archiepiſcopatûs venit, ab omnibus Ordinibus *Bohemiæ* ſummâ gloriâ, & ſalutationibus per viam plurimis exceptus. Vir fuit divinæ gloriæ promovendæ perſtudioſus, & tale aliquid magnum & glorioſum aſſiduè volvebat animo; idem facilis, & paratiſſimæ, præcipuè erga Nobilitatem, humanitatis, ut in ſtudio alijs obſequendi penè nimius videretur; at ille hoc pacis amore abs ſe fieri dictitabat. *Eccleſias* non paucas conſecravit; eóque agente *S. Wenceslai* feſtus dies in Officium Sacerdotalium precum à Romano Pontifice inſertus eſt; cœpit etiam *Fabricam Eccleſiæ Pragenſis* ædificando continuare, & jam circa *S. Adalberti Sacellum* fundamenta poſuerat, mors abrupit opus. Obijt pius & humanus Princeps an: *1675.* 29. Aprilis circa horam decimam veſpertinam, *Braunovium* devectus ad ſuos; at *Cor* in Metropolitano *S. Wenceslai* Sacrario humatum.

Mors & ſepultura.

XVI. Joannes Fridericus Comes de Waldſtein.

HUnc incolumem nobis quàm ditiſſimè ſervet DEUS! ex Epiſcopo *Reginohradecenſi*, *Mathæo* mortuo, Archiepiſcopale ſolium conſcen-

ſcendit inter Antiſtites Pragenſes univerſim, *Joannes* ejus nominis (ſi *Joannes Kolovvrataeus* numeretur) *Nonus*; inter Archiepiſcopos quintus. Quanto omnium Ordinum gaudio, & quantâ veneratione ſit exceptus (Anno *1676. 15.* Martij, incidente in eam diem Dominicâ, quæ dicitur *Lætare*) in primo ſuo *Pragam* ingreſſu Tabula *Typis* edita demonſtrat. Magnorum operum hic Princeps eſt, ſed de *viventibus* ſcribere, ut ait ille, *locus eſt ab omnibus Scriptoribus vitatus*; hoc ipſo ſilentio Veterum more, Magnum Præſulem veneratus, ſecuturis lampadem trado.

Caput IX.
De Suffraganeis Pragenſium Præſulum.

Suffraganeos Epiſcopos non eos hoc loco nomino, qui ſuam Diœceſin in Regno habuerunt ut *Olomucenſis & Litomiſslenſis*, & hodie *Reginohradecenſis & Litomericenſis*, ſed eos tantùm, qui Archiepiſcopo Pragenſi vicariam operam in confirmatione, in Ordinibus Sacerdotalibus conferendis, in Eccleſijs conſecrandis, aliíſque hujuſmodi Epiſcopalibus functionibus præſtiterunt, ac ferè titulotenus Epiſcopi, ab Epiſcopis & Archiepiſcopis Pragenſibus menſæ titulum habuerunt; quanquam nec iſtud opus fuiſſe video, cùm olim ad Suffraganeos Pragenſium Præſulum de jure ordinario (tanta erat Majorum noſtrorum providentia & ſolertia!) *Tochovienſis* tota ditio ſatis opima pertineret. Conſignaveram jam pridem Nomina, eorúmque Indiculum inter ſcripta mea ſervabam; neſcio, quomodo ex manibus & oculis amiſſum doleo; quos tamen ſenilis memoria ſuggeret, pauculos recitabo, ac primùm ſcire oportet: ab omni propè memoria Antiſtites Pragenſes Suffraganeos habuiſſe. Extant literæ *Joannis Regis* Bohemiæ (nondum *Pragenſi* Eccleſiâ in Archiepiſcopalem erectâ) quibus quendam Prælatum *Pontifici* commendat, ut in *Epiſcopi Pragenſis Joannis* Suffraganeum conſecretur.

[Margin: Quid Suffraganei nomine intelligā]

[Margin: *M. S. Clement. Bibl. N. 254.*]

Przibislaus Epiſcopus Satorenſis *Suffraganeus* an. *1321.* legitur in Erectionum Libris.

[Margin: Przibislaus *Tomo IX. H. II.*]

Hinko Epiſcopus Ladimirienſis Suffraganeus an. *1385.* aſſumtus ex Ordine *Eremitarum S. Auguſtini*; ex quo Ordine complures alios aſſumtos in vetuſtis Codicibus memini me legiſſe, eorúmque Domus ad *S. Thomæ Eccleſiam* ſtetit, in minore Praga; ex qua etiam Domo per impluvium & pergulam ipſa adibatur *Eccleſia*. Unde in Libris *Erectionum* Tomo III. P. 4. hæc legimus: *Hinko DEI & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Ladmirienſis Ord: FF. Eremitarum S. Auguſtini &c. Datum in Domo habitationis meæ prope Monaſterium S. Thomæ.*

[Margin: Hinko. *Ep. l. 4. C. 1.*]

[Margin: *Vide etiam To. Erect. IX. H. 12.*]

 Jo-

Johannici⁹, *M.S.Cut:* *Joannes Suffraganeus* Pragensis (qem vulgò *Joannicium* Doctorem appellabant) dejectus ex ponte jussu *Wenceslai Regis Pragæ an: 1396.* Cujus mortem multa prodigia sunt consecuta. Vide *Epitomen* nostram, & Lib: IV. Miscellaneorum.

Leguntur alij quoque post hæc *Suffraganei in Erectionum* Libris, ut Wenceslaₒ Joannes. *Wenceslaus Episcopus Nicopoliensis, & Joannes Nazarathensis.*

Hos secutus est *Hermannus Episcopus* Nicopolitanus *Suffraganeus* Pragensis, qui in illo *Zißkianæ* crudelitatis tempore aliquid humanum passus Sacerdotes quosdam *Hussiticos* consecravit, ideóque ab *Archiepiscopo Conrado* (tum adhuc bonarum partium, & Catholico) loco motus erat; sed *Hermannum* an: 1421. captum *Taboritæ* unà cum duobus Sacerdotibus in quadam piscina demersêre, ut narrat *Hagecius.* minutiora quædam de eo *Piccardi* in Epistolis suis (si tamen priùs *Piccardos* velut idoneos testes admittamus) commemorant. videlicet *Hermannum Lipnicij Hussitarum* Sacerdotes ordinasse, sed coactum; edixisse postea: violentè hæc omnia gesta, neque unquam ullam voluntatem eos consecrandi habuisse; hac voce offensos *Taboritas*, structis insidijs captum, & sacco involutum, in fluvium *Luzniciam* apud *Przibenicium* præcipitasse; nihilominus objiciunt *Piccardi Hussitis*, Sacerdotes *Hermanno* nolente ab eodem consecratos, administrasse Sacramenta. O *cæci cæcorum Duces!*

(Margin: Hermañus. *Hag:in An: Boh.ad 1421 Zalansky Cōc:de Hus: Literæ FF. Piccard.A: 1507.Epis.4.*)

Extincto, vendito quodammodo scelere *Conradi Westphali* Archiepiscopatu Pragensi, cessarunt etiam *Suffraganei Episcopi* Vicariam operam in sacris præstare; attamen nè omnino viduata Pastore suo videretur *Pragensis Ecclesia*, commendata primùm est (ut in *Administratoribus* diximus) *Joanni de Praga* Olomucensi Episcopo, qui postquam *Conradus de Wechta* hæreticorum partibus accessisset, usquè ad annum 1430. post eum verò *Cunzo* itidem Episcopus Olomucensis, ac tandem *Philibertus* Episcopus Constantiensis usque ad annum 1439. publicè & cum *authoritate Sedis Apostolicæ*, Episcopalia munera in Diœcesi Pragensi obierunt. Post hæc Administratores, & Prælati Pragensis Ecclesiæ, sed Episcopali officio & dignitate carentes, Diœcesin in spiritualibus gubernarunt; nihilominus extra ordinem in solatium afflictæ Ecclesiæ Episcopalia munia exercebant vicini Antistites in Bohemia aut Moravia nati, qualem fuisse *Benedictum de Waldstein*, tum *Ernestum Schleinicium* Misnensem Antistitem legimus; qui rogati, & vocati Ecclesias & Altaria consecrabant, & de Ministris legitimis providebant *Bohemiæ*, donec an: 1561. *Antonium Archiepiscopum* tanto temporis intervallo acciperet Wenceslaₒ Franta. Bohemia; cujus *Suffraganeum* invêni fuisse *Wenceslaum Frantam*, qui obierit an: 1581.

Jo.Loheli⁹ Sub *Sbygnæo Berka*, & *Carolo Lambergio* Archiepiscopis *Joannes Lo-*

helius Abbas Strahovienſis Suffraganei Epiſcopi munus geſſit, cui *Carolo* mortuo ipſam Archiepiſcopi dignitatem Pontifex & Cæſar contulêre.

Eminentiſſimo Cardinali & Archiepiſcopo *Erneſto* vicariam in ſacris operam, multi (quòd diu ſederit) præſtitêre: *Simonem Broſium* Metropolitanæ Pragenſis Eccleſiæ Præpoſitum, Archiepiſcopum Trapezuntinum *Suffraganeum* meminimus. obijt an. 1642. 13. Janu: Simon Broſius.

Huic Eminentiſſimus ſuffecit *Criſpinum ab Hradiſſtie* Strahovienſem Ordinis Præmonſtratenſis Abbatem. Criſpin. de Hradiſſtie.

Daniel Vitus Naſtaupil SS. Theologiæ Doctor, Præpoſitus Vetero-Boleslavienſis & Canonicus Pragenſis cum titulo Epiſcopali *Suffraganeus* A. 1665. conſecratus, eodem anno deceſſit. Dani: Vitus Naſtaupil.

Joannem Corti ejuſdem Archiepiſcopi Erneſti II. vices obijſse cum titulo Suffraganei vidimus. Joſe. Corti.

Martinus Kemlich ex Præpoſito Boleslavienſi Suffraganei munus obivit. Vir eximiâ doctrinâ & pietate. Martinus Kemlich.

Succeſſit eidem *Joannes Baptiſta Barzotti.* Ioan: Bapt: Barzotti.

Matthæus Archiepiſcopus Suffraganeum ſibi adſcivit *Antonium de Soto Major* Emauntinum Ordinis S. Benedicti ex Monte ſerrato Pragæ Abbatem. Fuit *Antonius* natione Hiſpanus Natus anno 1607. Ordinem S. Benedicti in celebri Cœnobio S. Salvatoris de Onna in Regno Gallæciæ anno 1624. ingreſſus. poſt annos 36. anno videlicet 1660. electus eſt Abbas Monaſteriorum Monſerratenſium in Germania, & an. ſequenti 1661. conſecratus Infulam accepit. Poſt hæc ab Auguſtiſſimo Cæſare die S. Auguſtini anno 1669. *Epiſcopus Samandrienſis*, & à Clemente X. Papa *Epiſcopus Selimbriæ* nominatus ac ſimul Suffraganeus Pragenſis anno 1674. tandem in Epiſcopum an: 1675. feria II. Paſchæ conſecratus, in optimo ſenio an. 1678. extinctus eſt. Anto: de Soto Mayor.

Joannes Comes de Waldſtein Archiepiſcopus *Suffraganeum* nominavit Perilluſtrem & Reverendiſſimum DD. *Joannem Ignatium Dlauhovesky de Longavilla Epiſcopum Milevitanum*, à Nobilitate, pietate, doctrinâ, ac divini cultûs promovendi ſtudio nominatiſſimum; cui omnia læta & proſpera evenire optamus! Joañ. Dlauhowesky.

Caput X.

De Domo Epiſcopali & Archiepiſcopali.

Domus *Epiſcopalis* in Minore Urbe Pragenſi ſtabat è regione Saxonicæ Domûs, in ipſo Urbis Minoris ex Antiqua Urbe ingreſſu, ad dextram euntibus. quàm magnificè eam extruxerit *Tobias Epiſcopus*, tum *Joannes Drazicius* Epiſcoporum ultimus, ac deinde *Erneſtus I.* Et qui Ubi ſita Vetus Domus Epiſcop:

ei successit Archiepiscopus *Joannes*, eleganter describunt duo Canonici Pragenses *Franciscus & Benessius*. Mirum est: *Lauda* homo hæreticus (cujus apud me M. S. Codex invenitur) summè dolet eam *Domum* an: 1419. incensam esse, & *Hortum* quem commendat maximè, cum omnibus peregrinis & frugiferis arboribus (quæ vix in tota Germania reperirentur) excisum. A. 1370. *Joannes Archiepiscopus* in eâdem Domo *Sacrarium* elegantissimum exstruxit in honorem *Armorum Christi*, ídque 7. Julij eodem anno consecravit, & *Imperatorem Carolum*, aliósque Imperij & Regni Bohemiæ Optimates sumtuoso Convivio excepit. Excisâ, ut paulò antè dixeram, & furore hæreticorum penè ex natura rerum ablegatâ Episcoporum Domo in minore Praga, *Ferdinandus I.* restitutâ postliminio Archiepiscopali Sede Archiepiscopis *aliam Domum* in ipso Regiæ Arcis Pragensis ex Hradczano ingressu transcripsit; eam Domum postea sæculi hujus initio in meliorem usum aptare, atque etiam exornare cœpit *Zbignæus Berka*, addito Sacrario picturis & incrustationibus plasticis egregiè perpolito; in quo etiam *Stallum*, ut vocant Prælatorum suæ Diœceseos constituit. Nostrâ memoriâ *Mathæus Archiepiscopus* Fabricam Domus ejus denuo aggressus est; sed quia neque satis commoditati, neque arti & decôro magnopere ædificatio illa serviebat, *Joannes Archiepiscopus*, qui nunc utilissimè & gloriosissimè Pragensem Ecclesiam regit, dejectis quæ ex usu non erant, Domum illam novo & pretioso labore sic aptavit, ut nihil in ijs angustijs locorum ornatius, & decentius, quódque caput est, nihil commodius habitationi suæ, & suorum esse posit; eâque ratione Successores suos sibi plurimùm obstrinxit.

Fran. M. S. Chron. Beness. hist. Prag. l. 4. Lauda in hist. suorū tempor.

Hortus Episcopalis.

Beness. ibid:

Berka exornat domum Episcopalē.

Et alij duo sequentes Archiepisc:

Caput XI.

Ubinam locorum sepulti sint Episcopi, & Archiepiscopi Ecclesiæ Pragensis.

IN honorem tot Sanctorum Præsulum Sanctæ *Ecclesiæ* Pragensis, placet hoc loco apponere sepulchra singulorum, in quibus eos recondidit diu quæsitos & ex varijs Templi loculis reverenter exceptos *Benessius de Weitmil Canonicus Pragensis* dum Ecclesiæ Pragensis novam Fabricam procuraret; hæc igitur Chronico suo vetustissimo pennâ exarato adscripsit:

Nomina Præsulum ad S. Vitum humatorū.

Anno 1374. Ego Benessius de Weitmil de mandato Domini Archiepiscopi & Capituli Pragensis transtuli infrà scripta corpora DD. Episcoporum Pragensis Ecclesiæ de locis suis, in quibus singuli singulariter jacuerant satis negligenter & humiliter, & recondidi illa Corpora in novo Choro Ecclesiæ Pragensis in loco qui est inter Sepulcrum S. Viti, & Capellam Imperialem SS. Trinitatis includendo singula corpora in singulis alveis Lapideis impositis ibidem intus laminis

M. S. Autographū Benedicti de Weitmil Can. Prag: Eccl. apud me.

minis plumbeis cum sculptis nominibus ipsorum ad perpetuam rei memoriam; quæ sepulchra ipsorum cooperui cum marmoreis Lapidibus; & quia olim dum rumperetur Ecclesia, Episcoporum corpora sunt obruta & deperdita in crypta S. Gaudentij, illa recuperare non potui, sed tantùm illa, quæ jacuerunt in Ecclesia per diversos angulos satis indecenter, illa collegi & sepelivi hoc modo: videlicet in linea superiori, quæ est contigua S. Viti incipiendo à Plaga Meridionali jacent secundum ordinem, primò: Severus, Gebhardus, Cosmas, Meinhardus, Joannes I. Daniel & Fridericus. Item in secunda linea, quæ est contigua Cappellæ SS. Trinitatis jacent, primò: Valentinus, Joannes II. Bernardus, Nicolaus, Joannes III. Tobias & Gregorius. hi 14. Episcopi jacent in hoc loco. In alio loco jacet D. Joannes Episcopus 27. videlicet in Capella S. Silvestri. Item caput Andreæ Episcopi reconditum est in muro Capellæ S. VVenceslai super Altari S. Crucis. Item D. Peregrinus jacet ad S. Clementem (vidi ego qui hæc ex Benesio describo Tumulum Episcopi Peregrini & marmor sepulchri effossum circa annum 1662. cùm fundamenta novæ Fabricæ Collegij Clementini effoderentur, erátque nomen *Peregrini* olim Episcopi clarè incisum in marmore) *Item D. Henricus aliàs Brzetislaus Episcopus Pragensis jacet in Dogczano. Item D. Arnestus I. Archiepiscopus Pragensis jacet in Glatz, & sic erunt novemdecim Episcopi, quorum corpora inveniri potuerunt; reliquorum autem decem corpora invenire non potui; & fateor, quòd licèt singulis nomina inscripserim in laminis plumbeis abintus & abextra in laminis æreis, tamen certitudinem invenire non potui de ipsorum nominibus omnibus, nisi de his qui sequuntur: videlicet Meinhardus, Ioannes I. Valentinus, Bernardus, Nicolaus, Joannes* III. *Tobias & Gregorius; aliorum nomina scripsi secundùm opinionem & relationem aliorum, sed spero, quòd ipsorum nomina veriùs, & meliùs scripta sunt in libro vitæ ubi requiescunt in Pace unà cum 9. Episcoporum corporibus, quæ non potui invenire. Et propterea & hæc corpora sunt translata, nè simul cum illis successu temporis per oblivionem, dum rumperetur antiqua fabrica per negligentiam perderentur.* Huc usquè ad verbum *Benessius;* cui ego in hoc argumento nihil addere possum, utpotè diligentissimo, uni huic rei imminenti, & propiori ad illa tempora.

Nota.

Gebhardus seu Jaromirus Episcop.

Notandum

Hos igitur adjiciam, qui post *Benesij* ætatem vixerunt.

Arnestus, ut ille scribebat, *jacet in Glatz.*

Joannes de VVlassim sepultus in *Sacello S. Ottiliæ* è regione *B. Joannis Nepomuceni* in Ecclesia Pragensi.

Præsules alijs in templis funerati.

Joannes de Genstein Romæ mortuus ibidẽ ad S. Praxedem tumulatur.

Wolframus Archiepiscopus, ubi sepultus sit, à nemine ex *Scriptoribus* traditum invenio.

Nicolaus Puchnik sepultus in Ecclesia Metrop: *S. Viti*, loculus nescitur.

Zbinko sub turri *S. Viti* sepultus est in Sacel: Familiæ suæ Hazmburgicæ.

Pessina in Phosphoro.

Albi-

Albicum in Ungaria sepultum *Pessina*, *Crugerius* Unczoviæ in Patria affirmat.

In Conrad: *Conradus VVestphalus*, qui omnes Archiepiscopatûs sui ditiones vendidit, ubi sepultus sit ignoratur; Raudnicij consenuisse, & in Arce vicina *Helffenburg* exspirasse certum est; ibidem quoque humatum probabile videtur. Illud Petri Abbatis carmen quod in *Schismaticum Papam* contorsit, *Conrado* aptari potest: *In Chron: Aulæ Regiæ*

Nudipes Antistes non curat Clerus ubi stes!

multò magis curatur, *ubi jaceat* à Pontificibus Diris omnibus devotus.

Antonius Archiepiscopus in Antoniano *Sacello* in Ecclesia *S. Viti* sepultus est.

Martinus Successor penes Antonium ibidem humatus.

Zbignæus in Ecclesia Metropolitana in Conditorio Berkianæ familiæ quiescit.

Carolus Lamberg in Offecensi Cœnobio mortuus in eodem sepultus.

Joannes Lohelius apud suos in Strahovv honorificè conditus.

Joannes de Kolovvrat Brunâ Olomucium devectus, in Cathedrali sepultus.


Mathæus Braunovium, ubi olim religiosam vitam professus erat, ad tumulum devectus. Hæc de sepulchris Præsulum nostrorum.

Vivant æternùm feliciter!



APPEN-





APPENDIX

AD

LITERAS PUBLICAS,

AD

PRAGENSEM ARCHIDIOECESIN

SPECTANTES.

Quod propè omnibus Literarum Publicarum collectoribus (GOLDASTO, HARTLEDERO, aliísque ejusmodi) accidisse videmus, ut Appendices addere cogerentur; idem in præsenti Opere mihi evenisse video, ut post Literas publicas, quas recitavi, novæ aliæ mihi venirent in manum, quas nunc lectori, antiquitatis nostræ studioso, sine invidia comunico.

NUMERUS I.

Gregorius VII. Pontifex Bohemorum Genti scribens, hortatur, ut se Christiano nomine dignos præstent. *Post A.1073.*

Gregorius Episcopus Servus Servorum DEI, universis in Bohemia constitutis majoribus, atque minoribus, salutem & Apostolicam Benedictionem. *Ex Tom. III Conciliorũ p. 2. Epist. l. 2. Ep. 72.*



EX consideratione Sedis, cujus licet indigni administrationem gerimus, *debitores* sicut scitis, *sumus fidelibus & infidelibus*: fidelibus, ut quod bene proponunt, perseveranter teneant; infidelibus, ut ad creatorem suum credendo, & præterita facinora puniendo convertantur. Unde quia relatione Episcoporum Patriæ vestræ *Limina* *1. Cor. 14.*

Mali & boni in Bohe: *Apostolorum* visitantium accepimus, quosdam vestrûm per viam mandatorum DEI incedere, quosdam verò nonnullis periculis malè vivendo subjacere, studuimus, vos paternâ charitate commonere: quatenus & boni meliores fiant, & qui reprehensibiliter vivunt, irreprehensibiles se exhibeant, primum scilicet vos *ex toto corde, & ex tota anima, & ex omni virtute vestra Deum & proximum sicut vosmet ipsos diligere, pacem, sine qua nemo DEUM videbit*, inter vos constituere, non solùm Clericos, sed & laicos castitatem servare, decimas DEO, à quo tam vitam, quàm vitæ sustentationem suscipitis, fideliter dare, Ecclesijs vestris debitum honorem impendere, eleemosynis atque hospitalitati devotè insistere. Hæc & his similia, quæ ad salutem animarum vestrarum pertinent, licet Pontifices vestros sufficienter scire vobis insinuare, non ignoremus; tamen quia verba nostra ex reverentia *Beati Petri* constat vos charius, atque avidiùs recipere, ipsa vestra audiendi aviditas, quæ ab alijs dari possunt, Nos documenta dare compellit, ut tanto sollicitiùs vobis debitum reddamus exhortationis, quanto *Beatum Petrum* in eadem nostra exhortatione devotiùs attenditis. Vos igitur dilectissimi carnalia desideria fugite, ad Cælestia, & semper duratura patriæ cælestis gaudia mentes erigite, *Beatum Petrum*, cui à Deo potestas principaliter, & in terra *ligandi, atque solvendi* data est, devotissimi servitij fidelitate debitorem facite: quatenus post dissolutionem terrenæ habitationis nostræ, cui quotidie volentes, nolentésq; propinquatis, nec multò post in vermes & cinerem redigendi, ejus præstantissimum ante districtum judicem patrocinium sentiatis. Datum Romæ XVII. Kal: Maij, indictione decimâ tertiâ.

Matth. 22.

Puncta emẽdation.

Num: II.

Przemislai Ottocari Regis Bohem: fragmentum Literarum ad Honorium tertium Papam, cùm delatus esset ad Apostolicam Sedem, quòd immunitates Cleri violaret.

PrZemislaus &c. *Honorio &c.*

Ex lib. pri: Eccl. Rom: Epist. Honorij. 1129.

GRatias ago Paternitati vestræ, quòd inter cæteros Principes me diligatis; & cupiatis pro salute animæ meæ. verumtamen cognosco, quòd multa mendacia fuerunt *Sanctitati vestræ* de me dicta. Nunquam violentas manus in Clericos injeci, nec collectas imposui, interdictum licèt injustè impositum servavi, auxi jura Ecclesiarum, paratúsque semper sum id facere, & jura Ecclesiæ semper manu tenere, & sic promitto Sanctitati Vestræ, ut intelligetis latiùs per nuncios meos.

Przemislaus negat se immunitates Ecclesiæ læsisse.

Num:

Num: III.

Honorius Papa ejus nominis tertius, ſcribit Andreæ Pragenſi Epiſcopo de illegitimis natalibus Sacerdotum, item de jejunio Feriæ ſextæ, ſi quando in eum diem Natalis Domini inciderit.

Honorius &c. *Andreæ Epiſcopo Pragenſi.*

QVæſiviſti, an *Sæculares Canonici* minus legitimè nati ſuis ſint renunciare beneficijs compellendi: cùm de jure ad ſacros nequeant ordines promoveri, nec in beneficijs ſecum fuiſſe probent *à Romano Pontifice* diſpenſatum, nec Eccleſia taliter indigeat ordinatis. Ad quod Fraternitati tuæ taliter reſpondemus; quòd ſi multitudo eſt in cauſa, ut hujusmodi non poſſint ſinè ſcandalo removeri, eos in beneficijs ſic ſuſceptis poteris conniventibus oculis tolerare. Explicare præterea poſtulaſti, utrum illis ſit licitum, qui nec voto, nec regulari obſervantiâ ſunt aſtricti, carnes comedere, quando in ſexta Feria *ſi Feſtum Nativitatis Dominicæ* ipſo die venire contigerit: carnibus propter feſti excellentiam uti poſſunt ſecundùm conſvetudinem Eccleſiæ Generalis, nec tamen ij reprehendendi ſunt, qui ob devotionem voluerint abſtinere. Datum Laterani IV. Kal: Novembris. Pontificatûs noſtri anno primo.

1216. Inter Epiſt. Honor. 44.

Reſpondet dubijs Pragenſ: Epiſc:

Raynal. ad An. 1216.

Num: IV.

Gregorij Noni Papæ Literæ, quibus contra Prutenos adhuc tunc Ethnicos expeditionem ſacram promulgat, ac Bohemis, qui iter Hieroſolymam voverant, vota commutat, ut adverſus Prutenos ſigna educant.

Gregorius &c.

EX literis venerabilium *Fratrum noſtrorum MaZovienſis, Wratislavienſis Epiſcoporum, & Capitulorum ſuorum*, nec non prudentium *Virorum* relatu percepimus, quod *Pagani Pruteni verum Deum, & Dominum JESUM Chriſtum* agnoſcere reſpuentes ultra decem millia villarum in *Pruſſiæ* confinio poſitarum, clauſtra, & Eccleſias plurimas combuſſerunt. Quare ad cultum Divini Nominis præterquam in ſilvis, in quibus multi de fide-

An. 1232. Odor. Raynal. tom: 13.

Lib. Epiſt. 5. ep. 168.

fidelibus latitant, locus hodie non habetur. Ipsi etiam plusquam viginti millia Christianorum in occisione gladij posuerunt, & ignominiosâ morte damnarunt, & adhuc de fidelibus ultra quinque millia detinentes in compede servitutis, reliquos habitatores *Mazoviæ*, *Cujaviæ*, *& Pomeraniæ* instanter perdere moliuntur, juvenes, quos capiunt, continuis, & horrendis laboribus consumendo, virgines pro ridiculo floribus coronatas in ignem dæmonijs immolant; senes occidunt, pueros necant, quosdam infligendo verubus, quosdam ad arbores allidendo. Quid ultra? ipsi ferarum more humanum sangvinem sitientes in contumeliam Creatoris, quem multi eorum post receptam Baptismi gratiam reliquerunt, luci tenebras præferendo, illa fidelibus infligunt jacula tormentorum, quæ stuporem afferunt cogitata, & potius fletûs materiam offerunt, quàm relatûs. Et licèt dilecti Filij *Fratres Hospitalis S. Mariæ Theutonicorum, Hierosolymitani pro reverentia JESU Christi*, cujus se obsequio devoverunt, assumserint in *Prussiæ* partibus negotium fidei ex animo prosequendum, cum quibus DEUS misericorditer operatur, reprimendo per eos impetum barbaræ feritatis; quia tamen ad tam arduum negotium sufficere per se nequeunt, & egent fidelium subsidijs adjuvari, universitatem vestram monemus, & obsecramus in Domino, in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatenus assumto *Sanctæ prædicationis officio* propter Deum pauperum & debilium, *Cruce signatorum in Regno Bohemiæ*, cum quibus duximus dispensandum, vota peregrinationis in succursum prædictorum fidelium commutetis, & tam eos quàm alios fideles in Regno constitutos eodem ad nimiam charitatem, qua *Christus* nos dilexit & diligit, respectum habere, & ei retribuere aliquid pro omnibus, quæ tribuit ipse illis, monitis & exhortationibus vestris secundùm datam vobis à DEO prudentiam informetis diligenter, & solicitès postulantes, ut ipsi redempti pretio glorioso, in quos tanquam viros Christianos, & Catholicos cadere opprobria exprobrantium *Christo* debent, se viriliter, & potenter accingant, tanquam zelum Dei habentes ad *vindicandam injuriam Crucifixi*, & ad liberandum proximos de manibus paganorum profecturi, & acturi secundum *Fratrum* consilia prædictorum; ita quòd & ipsis præmium debeatur æternum, & infideles non possint, quod impune Christi nomen impugnaverunt, gloriari, &c. Correpturis arma in tam justa causa indulgentiarum præmia pollicemur. Datum *Reate* X. Kalend: Februarij. Pontificatûs nostri anno V.

Ferina illorum crudelitas.

Excitati ad induenda in ipsos arma fideles.

InBohemia prædicatio Bullæ cruciatæ.

NUM:

NUM. V.

Literæ Innocentij IV. Fratri Walasco Ordin: Fratrum Minorum Pœnitentiario nostro. Concedit authoritatem dispensandi cum Filio Regis Bohemiæ.

A. 1253. ex registro Vatic. epist. 2.

dispensatio cõsangvinitatis.

DEvotione, quam charissimus in Christo filius noster Rex Bohemiæ Illustris ad Apostolicam Sedem habere dignoscitur, pro meritis ipsius & ejus obtentu dilectum filium nobilem virum *Przemyslaum* natum ejus Ducem Austriæ, qui tanquam Catholicus, & devotus Princeps paterna imitatur vestigia, prærogativâ favoris prosequimur, eorúmque votis nos favorabiles exhibemus. Cùm igitur sicut ex parte ipsorum fuit propositum, coram nobis, idem Dux nobilem *Margaritham Ducissam Austriæ* duxerit in uxorem, nos dictorum Regis, & Ducis precibus benignum impertientes assensum dispensandi cum prædictis conjugibus, ut quartâ consangvinitatis, & tertiâ affinitatis lineâ, quâ sibi invicem attinent, nequaquam obstante, in hujusmodi matrimonio remanere valeant, præsentium tibi concedimus authoritate plenariam facultatem. *Datum Assisiij 3. Non. Julij, anno XI.*

Eidem.

Eadem dispensatio repetita.

CUm Dil: filius Nobilis Vir *Przemyslus* natus charissimi in Christo filij nostri *Regis Bohemiæ, Illustris Dux Austriæ*, nobilem mulierem *Margaritam Ducissam Austriæ*, duxerit in uxorem, nósque ad eorumdem Regis & Ducis instantiam dispensandi cum prædictis conjugibus, ut quartâ consangvinitatis, & tertia affinitatis lineâ, quâ sibi ad invicem attinent, nequaquam obstante, in hujusmodi matrimonio licitè remanere valeant, plenam tibi concedimus per alias nostras literas facultatem, cum quibus ad dispensationem hanc non procedas, nisì priùs, dicti *Rex & Dux* literas suas patentes tibi dederint, & firmaverint sub juramento, quòd ijdem, Ecclesiæ & charissimo in *Christo Filio nostro Wilhelmo Regi Romanorum Illustri* assistent fideliter, & ad ejus requisitionem præfatus *Rex Bohemiæ* per se, si poterit, alioquin per Nuncios solemnes, & dictus *Dux* personaliter, quando commodè poterit ipsius *Regis Bohemiæ* adhibens præsentiam, accepturi ab eo regalia, eíque homagium ligium præstituri. *Datum Assisij 2. Non: Julij, anno XI.*

Num: VI.

Literæ Urbani IV. Papæ, quibus Ottogari Bohemiæ Regis Zelum pro Religione commendat, & ad Barbaros Pruthenos Sacram Militiam, & Crucem indicit, eíque Ruthenorum & Litvanorum terras comparandas eâdem Apostolicâ authoritate attribuit.

Regi Bohemiæ Illustri.

Ex Odor. Rainald. T. 13. A. 1264. L. 3. Ep. 670

Accendit Pont. Regẽ ad bellũ Prutenicum.

AGimus DEO laudes & gratias, quòd sicut famæ tuæ præconium patenter insinuat, tu velut fidelis athleta Christi solerter intendis ad ampliandum inter barbaras nationes cultum nominis Christiani. Unde tibi velut Catholico, & devotissimo Principi, cum fiducia scribimus, super his maximè, quæ augumentum orthodoxæ fidei contingere dignoscuntur. Accepimus enim quòd *Prutheni Schismatici, & Litvani*, ac alij habitantes in eorum confinibus, qui Deum non colunt, sed blasphemant potiùs nomen ejus, unà cum *Tartaris* eorum complicibus, quibus sunt fædere damnato conjuncti; *Poloniam* hostiliter frequenter invadunt, eis nemine resistente. Ipsi etiam quicquid est in *Prussia* per dilectos filios *Fratres Domûs Hospitalis S. Mariæ Theutonicorum Jerosolymitanorum* auxilio Sedis Apostolicæ, *Christíque fidelium*, non absque plurima effusione sangvinis acquisitum, conantur destruere, intendentes fidem Christianam exinde totaliter extirpare. Ideoque *Serenitatem Regiam* rogamus, & hortamur attentè, tibi nihilominus in remissionem peccaminum svadentes, quatenus ad ejusdem fidei tuitionem, & sui cultûs ampliationem contra Schismaticos, & alios prædictos potenti manu procedas. Nos enim Apostolicâ tibi auctoritate concedimus, ut *terræ Pruthenorum, & Litvanorum*, quas per ministerium tuum ad *Christianam fidem*, favente clementiâ divinâ, converti vel per te expugnari contigerit; dummodo prædictis Fratribus, seu quibuscunque alijs Catholicis jus in terris eisdem non competat; collocatis in eis Christi fidelibus, in tuo, & hæredum tuorum Dominio perpetuò debeant permanere. Datum apud *Urbem veterem* XI. Nonas Junij, anno III.

Prutheno-rum, & Litvan: terras armis comparandas ipsi attribuit.

Num: VII.

Clementis IV. Papæ Literæ ad Regem Ottogarum, qui Cruce assumptâ Litvanos oppugnabat;

bat; quibus eorum terras Regi occupandas concedit, ut si eas in suam redigat potestatem, Principem strenuum illis & Catholicum præficiat.

Regi Bohemiæ Illustri.

IN tui magnificentia culminis, mater Ecclesia quàm plurimùm delectatur, dum intentis & devotis studijs elaboras, statum magnificare fidelium, & procurare Christianæ Religionis augmentum. Hoc igitur providentia Sedis Apostolicæ dignè considerans, tibi per suas literas olim dicitur concessisse, ut terras, quas de manibus *Litvanorum*, & aliorum infidelium, si tamen *Tartaris*, vel alijs Christiani nominis inimicis se, prout ferebatur, damnabiliter copularent, eriperes; illis dumtaxat exceptis, quæ ad dilectos filios Magistrum, & *Fratres hospitalis S. Mariæ Theutonicorum* vel ad alios Christi fideles pertinebant) ad manus tuas liberè posses, ac licitè retinere. Unde cùm, sicut asseris, signo vivificæ crucis assumto, proponas in brevi, favente Divinâ Clementiâ extento potentiæ tuæ brachio procedere contra illos; ac tandem in finibus locorum, quæ prædictis infidelibus remanere contigerit, magnum constituere præsidium bellatorum, ad infidelium eorundem locorum populum, saltèm per vexationis angustias, ad caulam Domini reducendum, nos zelum tuæ devotionis, quo circa cultum orthodoxæ fidei ampliandum fervere dignosceris, tuúmque pium in hac parte propositum, utpote laude dignum, multipliciter in Domino commendantes, & intendentes te prosequi favoris gratiâ plenioris; Regijs supplicationibus inclinati, de fratrum nostrorum consilio, præsentium tibi auctoritate concedimus, ut si terram *Letowviæ*, de qua prædictæ Sedis auctoritate regnum extitit constitutum, præsidente illi claræ memoriæ *Mindotâ*, qui post receptum baptismatis *Sacramentum Auctoritate Apostolicâ* coronatus in *Regem*, fuit tandem à quibusdam perditionis filijs crudeliter interfectus, de manibus inimicorum tuo ministerio eripi Domino præstante contigerit, in illa Regni solium, sicut priùs, erigere, libere valeas, ac illius regimini personam fidelem, & *Ecclesiæ Romanæ* devotam præficere, prout bono statui fidelium, & augmento Catholicæ fidei videris utilius expedire. Nolumus tamen per hoc prædictis Magistro *&* *Fratribus hospitalis S. Mariæ Theutonicorũ*, quoad terras, bona, & jura spectantia ad eosdem, sive ea teneant, sive ab alijs etiam infidelibus teneantur, in aliquo præjudicium generari. Nulli ergo &c. Datum *Viterbij* XIII. Kalend: Februarij, Anno 1262.

Ex Odor. Raynald. Tomo XIV. 1262.

Conjunxerant Litvã. arma cum Tartaris.

Letoviam armis comparandam illi attribuit

Mindota Rex ab hostibus fidei cæsus.

NUM:

Num: VIII.

Brunonis Episcopi Olomucensis Literæ, cùm à Gregorio X. Papa monitus, ut quæ agitanda essent in Concilio Lugdunensi de emendatione morum suggereret, has scripsit Sapientiæ reconditæ plenissimas, quas in Castro Sancti Angeli Romæ hodiéq; servari affirmat Odoricus Raynaldus T. XIV. ad Annum M. CC. LXXIII. licet, ut idem observat, non nihil iniquiore zelo in Religiosos Ordines invectus videatur.

Ex Odor: Raynald T. XIV. ad A. 1273.

Relatio Episcopi Olomucensis in Alemannia ad Papam super deliberandis in Concilio.

Pontifex petiit ab Episcopo Olomuc: in qui bus Ecclesia reformari possit.

QVoniam *dies mali sunt*, ad instantis temporis malitiam redimendam, imò potiùs propulsandam, vestra providentia Sanctitatis indixit *Concilium*, ut communi consilio malis communibus occurratur; inter cætera mandans nobis, quatenus ea, quæ in regno Alemanniæ, & partibus convicinis, prout facultas aderit, sive in clero cujuscumque religionis, aut statûs, vel in reliquo populo Christiano utriusque sexûs, sive in infidelibus cujuscumque sectæ, vel ritûs, conversantibus inter eos, quatenus per illos *Christiana Religio* infici potest, seu quomodolibet fermentari, correctionis remedio indigere, videntur; per nos aut alios Viros ad hoc idoneos, non quidem per testes juratos, seu alios ordinariâ inquisitione, sed aliâ investigatione, quæ per familiares collationes, & alios diversos indagandi modos cum Religiosis & alijs execrantibus maximè vitia, colentibúsque virtutes haberi poterit, diligenter exquirentes, ea sigillatim, distinctè & apertè conscripta, nec non & consilia de remedijs adhibendis ad correctionem & reformationem illorum sub sigillo nostro per aliquos fideles nuncios ad præsentiam vestram mittamus, in missione hujusmodi tempus ipsius præveniendo Concilij per sex menses, ut interim haberi possit competens discussio, & plena deliberatio ad opportuna exquirenda, ut decet, antidota circa illa per approbationem ejusdem Concilij adhibenda; volentes nos omni cautelâ & diligentiâ providere, ut ad investigationem prædictorum taliter procedatur, quòd nulli per hoc irrogari possit infamia, nec adversus aliquem proinde scandalum suscitari. Quod quidem intelligimus de personis specialibus, non in genere: præsertim cùm mandaveritis in Clero cujuscunque religionis, aut sta-

ſtatûs in *Regno Alemannniæ* & partibus convicinis, ſive in reliquo populo *Chriſtiano* utriuſque ſexûs fieri hoc debere. Nos igitur in his veſtro parentes mandato, imò ſecundùm opinionem procedere intendentes in his, quæ per experientiam didicimus, quod ſcimus loquimur, & quod vidimus proteſtamur; quoniam, ſecundùm *Apoſtolum*, *periculoſa tempora* jam venerunt, in quibus *homines ſe ipſos amantes* præponunt commodo reipublicæ rem privatam: unde non ſolùm in *Regno Alemanniæ*, ſed ubique hæc peſtis tantùm invaluit, quòd, quantum eſt in hominibus ſive ſpiritualibus ſive ſæcularibus, horrentes juga Superiorum in *Regum electionibus*, & etiam prælatorum, aut tales eligunt, quos eis ſubeſſe potiùs oporteat, quàm præeſſe, aut in diverſos dividunt vota ſua: *duabus forſan de cauſis*, ut plùs emungant à pluribus quàm ab uno; aut ideo, ſi voluerit unus procedere per rigorem juſtitiæ contra ipſos, per alium defendantur. *Ecce Pater & Domine Reverende*, *exemplum* hujuſmodi coram *Veſtris oculis* eſt, & noſtris, jam præteritum & jam inſtans: præteritum in Electione *Regis Hiſpaniæ*, & *Comitis Richardi*, & nunc *Regis Hiſpaniæ & Comitis Rudolphi*. Hoc ideo vobis ſcribimus, quia in litera prima, quam de *Concilio* ſcripſiſtis ſuper uno principali articulo celebrando, qualiter ſubveniatur *Terræ Sanctæ*, eadem ſubventio jam debilitata videatur, cùm Imperij turbatio penitus turbet eos. Cujus reformationis Concilij credimus eſſe ſummam, quòd talis, ſi fieri poſſet, per veſtrum concilium haberetur *Imperator*, conſilio Concilij adjuvante, qui potenter ordinatâ pace in mundo poſſet eſſe hujus executor negotij propria in perſona. Certè *Domine Reverende*, ſi audemus dicere, videtur quòd tam *Spirituales*, quàm *Sæculares Imperatoris* potentiam jam abhorrent. Volunt quidem per *Spiritum Sanctum benignum Imperatorem* habere, & per *unigenitam Sapientiam DEI Patris*, *Imperatorem* eligere *ſapientem*; ſed quaſi perſonam tertiam abnegantes potentiam ipſam horrent: cùm tamen velle & ſcire nihil valeant ſine poſſe: & magìs expediens videatur, quàm unius potentia, etiamſi aliquantulum malignari vellet, malignitatem aliorum nihilominus compeſcendo, toleraretur, quàm ſi ſine compeſcente inſoleſcerent univerſi, illius ſaltem malignitate mors deleret unius, plurium inſolentiam de facili delere non poſſet; cum jam in conſvetudinem deveniſſet. Hæc de Regno *Alemanniæ* ſufficiant: quamvis in eis exprimendis nos diminutos potiùs, quàm ſuperfluos reputemus. *Confinia verò Regni* circa terminos noſtros hæc ſunt: *Ungaria*, *Ruſſia*, *Litvania*, & *Pruſſia*. Hæc verò ſunt pericula à *Regno Ungariæ Chriſtianitati imminentia*: *primùm* quod in ipſo *Regno Cumani* manutenentur, qui non ſolùm alienigenis, ſed etiam ipſius Regni Incolis atrocitèr ſunt infeſti, & modo apud alios minus ſolito præliandi, infantibus & ſenibus non parcentes; juvenes & juvenculas captivatos in ſui ritûs malitiæ deducunt conſvetudinem: ità quod *potentiam ſuam* taliter jam multi-

Queritur in Germania electores Regum & Præſulū cōtrarijs ſcī diſtudijs.

Exemplum adfert Alfōſi & Rudolfi electionis

ConſulitEpiſcop9 creandum Imperatorem expeditiōis ducem.

Queritur Electores non eligere præpotentē Principem.

Impendentia Ungariæ pericula exponit.

Cumanos creſcere ferocia.

multiplicaverunt per eosdem, quod ipsi *Ungariæ certum* ex hoc imminet *periculum*, & jactura, & *Terris* etiam convicinis. Item in eodem *Regno* manifestè hæretici & Schismatici consoventut terrarum profugi aliarum. Ecce ipsa *Regina Ungariæ est Cumana*, proximi *Parentes ejus* gentiles sunt, & fuerunt: duæ Filiæ *Regis Ungariæ Rhutenis*, qui sunt *Schismatici*, desponsatæ fuerunt; *Soror* juvenis hujus *Regis* est tradita Ecclesiæ inimico: Rhuteni sunt *Schismatici*, *& Tartarorum* nihilominus *Servitores*: *Lethircani & Utheni* velut *gentiles plures Episcopatus Poloniæ* jam penitùs deleverunt: isti sunt parietes proximi nobis, in quibus cùm ardeat, rem nostram agi sine dubio jam videmus. Ut ergo de *Principibus Theutoniæ* taceamus, qui adeò inter se sunt divisi, ut superiorem habere non intendant, quòd desolationem & destructionem suæ terræ, unus ab altero expectare videtur; unde ad *Christianitatem* in nostris partibus defendendam, vel ad damna *transmarinarum partium* propulsanda *inhabiles sunt omninò*; *soli Regno Boëmiæ imminere videtur in partibus nostris defensio Fidei Christianæ*. Certè per has terras fuit introitus *Tartarorum*, & iterum expectatur, nisì *Vestra Paterna Providentia* cavere voluerit periculis jam vicinis, sic studens in acquisitione *Terræ Sanctæ*, quòd non relinquat in periculo terras istas: volentes vitare Charybdim, in Scyllam utique incideremus. De *Clero* non scribimus ita vobis, quòd in illis quidem, quæ sunt de vita, & honestate eorum, satis in alijs Concilijs est provisum, de quibusdam verò emergentibus in *Terris nostris*, & nobis vicinis, nescimus autem, si sint generalia apud omnes, credimus ita esse, quòd quoad paucitatem beneficiorum, & eorum tenuitatem, nimietas est eorum, qui gaudere volunt *Privilegio Clericali*: ex quo nobis, qui Prælati simus, maxima perplexio consvevit oriri. Cùm enim talibus provideri non possit, coguntur mendicare in opprobrium ordinis clericalis: vel, quòd veriùs est, nolentes fodere, *artes mechanicas nescientes*, quarum commercio vitam ducant, ad furta, latrocinia, & Sacrilegia convertuntur, & in talibus comprehensi, quandoque traduntur *Episcopis*, quorum tandem *Carcerem* evadentes, perseverantes tamen malitia in consveta, iterùm deprehensi supplicijs deputantur manibus judicantium & consentientium inquinatis: adeò ut multitudinem effrænatam propter hoc accidat aliquando denunciari excommunicationis vinculum incidisse, propter quod inter *Prælatos & Laicos* frequenter Scandalum suscitatur. Placeat ergo *Sanctitati Vestræ*, ex quo tanta est distantia Episcoporum in partibus nostris, quòd de facili ad degradationem talium convenire non possint in talibus, ubi incorrigibiles inveniuntur Clerici, primò, secundò, & tertiò in factis enormibus deprehensi, valeat *Episcopus* sine convocatione *Episcoporum*, eos solus in sua solemni *Synodo* approbante ipsa *Synodo* degradare; vel aliter propter multitudinem *ipsos Clericos* capientium sine difficili accessu *Curiæ Romanæ* ipsis *Laicis* Vestra studeat

De Ladislai Ungariæ Regis matre loquitur.

Alia mala, quibus à cõcilio providendũ sit.

De Tartarorum irruptionibus in Germaniã.

de indignis qui clericatũ affectant

Svadet Gregorio ut facinorosi clerici ab Episcopis exautorentur.

ſtudeat paternitas in abſolutionis beneficio providere. Sunt alia verò, in quibus *Clerum & Eccleſias ſæculares*, *Conventuales*, ſeu *Parochiales*, adeò contingit offendi, quòd *Sedem Apoſtolicam* ab hujusmodi filiabus jam non oporteat expectare quòd creſcant: cùm eas quotidie in Juribus minui, & decreſcere videamus. Illa enim oſtenſio, quæ per *Dominum in Evangelio*, & per *Moyſen in veteri teſtamento leproſorum Sacerdotibus* debebatur, per quam peccantium confeſſio intelligitur, eſt de medio ſublata: *prædicationis verbum*, quod eis in commiſſo ſibi populo competebat audiri, contemnitur ab eiſdem; ipſas *Conventuales & Parochiales Eccleſias* in diebus *Dominicis & Feſtivis* non contingit à populo frequentari; & hoc maximè in *Civitatibus & Oppidis*, ubi *Prædicatores & Minores* domicilia ſua habent. Solent enim dicti *Fratres* primo diluculo dicere *Miſſas* uſquè ad horam tertiam, non ceſſando: præter unam autem, quam dicunt ſolemniter in Conventu, legendo breviter continuant plures Miſſas, & quoniam gaudent brevitate moderni, *Populus* quærit potiùs *Miſſas* illas, *Conventualibus & Parochialibus Eccleſiis* prætermiſſis. Conſveverunt etiam dictis *Miſſis Fratres* detinere Populum per *ſermonem*, quare *alias Eccleſias* non viſitant, ut deberent. Conſveverunt etiam dare *Indulgentiam duorum*, *trium*, *quatuor*, *decem*, plurium annorum in diebus *Solemnitatum ſuarum*, & per octavas earum, &c. Hæc de *Clero* vobis ſcripſimus, ſicut de veritate omnimoda nobis conſtat. De populo verò Chriſtiano utriusque ſexûs vobis conſtare ſcimus, tanquam ei qui *Leodienſis Archidiaconus* extitiſtis, quòd in illis, & alijs quibusdam partibus *Chriſtianitatis Synodus* aliquotiens in anno cum laicis celebrari conſvevit, ubi *teſtes Synodales* ad hoc electi & jurati deponere conſveverunt, & dicere, quæ contra *Deum & Religionem Chriſtianam* publicè fiunt à Laicis illo anno; vel etiam quæ fama accuſat, contra quam vel purgare ſe contingit accuſatos, vel non purgantes ſe Canonicam ſecundùm terræ conſvetudinem non evadere ultionem. In alijs verò Diœceſibus hoc fieri non obtinet conſvetudo, unde laicorum impuniti manent exceſſus, ſi ſint etiam manifeſti. Si verò ſacerdos tales forſitan voluerit in ſua *Parochia* accuſare, frequenter ex eo ſentit periculum vitæ ſuæ. Provideat ergo *Sanctitas veſtra*, ſi placet ut *Chriſtianitatis Synodus ſervetur* ubique pro conſervanda honeſtate Populi Chriſtiani: cùm idem depoſcat *Auctoritas Evangelica*, in qua dicitur: *Dic Eccleſiæ*, quòd talia Eccleſiæ ſunt dicenda. Sunt etiam quidam, & quædam apud nos *Religioſorum* ſibi habitum & nomina vendicantes, quos & quas, cùm eorum non ſit Religio per *Sedem Apoſtolicam* confirmata ſectarum nomine credimus comprehendi: qui paſſim, ut jugum evadant obedientiæ, habentes velamen malitiæ libertatem, quaſi liberiùs Domino ſervituri, *Dominos & Dominas* habere nolentes; fugientes etiam obedientiam *Sacerdotum*, ſeu etiam coërcitionem conjugij maritalis, & per aliquem ordinem

NB. hæc ini quo zelo ſcribuntur cōtra Ordines Mendicantes, ut Odoricus obſervat.

Queritur, quòd attrahant Religioſi ad ſua templa fideles.

De ijs qui & quæ Religioſum habitum ferunt, & nullius certi ſunt ordinis

astringi, *Fœminæ juvenes* in statu viduitatis se ponunt, illectæ forsitan ab aliquibus, per quos nubere prohibentur, contra Apostolum, qui de talibus ità dicit: *Vidua non eligatur nisi sexaginta annorum.* Item: *Adolescentiores autem viduas devita. Volo autem hujusmodi nubere*, istæ enim sunt, quæ solent circuire domos non solùm otiosæ, sed verbosæ; unde & post Sathanam sæpius convertuntur retrorsum. Certè istæ sunt illæ Religiosæ, quæ sub nomine honestatis, sicut olim contra *Barnabam & Paulum*, seditionem contra *Clericos* suscitare sveverunt: à quibus etiam in *Confessionibus* fugiunt, nec recipiunt *Ecclesiastica Sacramenta*: & innuentes tacitè, quasi *Sacramenta* in eorum manibus sint polluta. Consilium autem de hujusmodi aliud non damus, nisì quod Apostolus dedisse dignoscitur, sicut suprà, quòd tales nuberent, suam dixit omnimodam voluntatem, vel in approbatis religionibus retrudantur. De infidelibus verò inter nos conversantibus, *DEO teste*, de *hæreticis* nihil scimus. De *Judæis* verò dicimus, quòd *Christianas* habent nutrices, usuras patenter exercent, & eas indigentibus aggravant ultra modum; in tantum ut infra annum excedant etiam ipsam sortem. Publica exercent officia: *telonearij*, *monetarij* fiunt, & cùm alias sint infideles, fidem minimam etiam in his servant. Furatos *calices*, *vestes Sacras*, nec non & libros recipiunt à furibus, & servant: & cùm sic acceptos cogantur restituere *Christiani*, si apud eos fortassis inveniantur, *Judæi* eos restituere non coguntur. In his omnibus, quæ vestræ scripsimus *Sanctitati*, si diminuti forsan vel superflui invenimur, petimus ut vestra discretio parcat nobis. Voluistis autem, ut vobis cum omni cautela & diligentia scriberemus: quod sinè dubio nobis ipsis necessarium arbitramur, quoniam si litera ista de nomine nostro ad aliorum manus, quàm ad vestras forsitan perveniret, scimus quòd persecutionis scandalum evadere non possemus.

De Iudæorũ excessibus.

Num. IX.

Literæ Joannis XXII. ad Episcopum Olomucensem, ut permittat ædificari Domum Minorum in Oppido Bradlitz.

An: C. 1334. ex libro 2. Epistolarũ 832.

MAgna lætitia fidelium cordibus affluenter innascitur, cùm divinæ virtus omnipotentiæ, mira & miranda plerunque verè miracula *Sanctorum meritis* visibiliter operatur, unde filiorum ipsorum fidei firmitas dignæ zelo devotionis incenditur, & igne accenditur charitatis, debitúmque & meritorium opus efficitur, cùm pro donis cælestibus æternæ Majestatis gloriæ temporaliter offerunt devotæ gratitudinis holocaustum. Ex tenore siquidem petitionis dilecti filij *Nicolai Ministri Provincialis* Ordi-*nis*

nis Minorum in Bohemia & Polonia nobis oblatæ percepimus, quòd olim circa moderna tempora in die *Festivitatis B. Francisci Oppidum Bradlitz tuæ Diæc:* per *inimicos hostiliter vallatum extitit*, jámque dictis inimicis per muros transcendentibus, incolæ dicti Oppidi resistere non valentes, ad ipsius *B. Francisci patrocinium* confugerunt, móxque *misericors DEUS* præfatos inimicos taliter perterruit, quòd nullus ipsorum arcum tendere vel gladium evaginare potuit, sed quasi amentes, & cæci recesserunt abinde. Quo quidem viso miraculo, dilecti filij Judex & Scabini prædicti oppidi, cum alijs ejusdem oppidi incolis voverunt ad honorem *B. Francisci* locum in dicto oppido construere, ac in eo *Fratres Minores* dicti *Ordinis* collocare; Nec non *charissimus in Christo Filius noster Joannes Rex Bohemiæ illustris* prædictis suum beneplacitum præbuit gratúmque gerit, ut ipsi *Fratres Minores* collocentur in loco, hujusmodi construendo. Quare nobis dictus Minister humiliter supplicavit, quòd ut hujusmodi votum executionem debitam & optatam suscipiat, dignaremur Apostolici favoris impertiri præsidium & opportunã licentiam elargiri. Nos igitur si præmissa veritate nitantur, meritò in Domino exultantes & cupientes ejusdem Ordinis salubris, & fælicis statûs pro cultu *Divini numinis* ampliando & salute *Christicolarum* assiduum incrementum, hujusmodi etiam supplicationibus inclinati *Fraternitati tuæ per Apostolica Scripta* committimus, & mandamus, quatenus si prædicta inveneris ità esse, *Fratribus* dicti *Ordinis* recipiendi præfatum locum in eodem Oppido & in eo construendi Ecclesiam, seu Oratorium, & alias necessarias officinas & in ipso Cæmiterium habendi, necnon in dicto loco *Fratres* dicti *Ordinis* deputandi ad morandum in illo & DEO perpetuò serviendum, dummodo prædictum Oppidum sit sufficiens ad sustentationem duodecim Fratrum Ordinis memorati, plenam & liberã licentiam, sinè juris præjudicio alieni Apostolicâ auctoritate concedas, fæl: rec: *Bonifacij Papæ VIII. Prædecess:* nostri prohibente, nè loca de novo recipiantur à *Fratribus Ordinum mendicantium* absque licentia dictæ sedis faciente plenam & expressam de prohibitione hujusmodi mentionem, & qualibet alia constitutione contrariâ non obstante. *Datum Avin. Kalen: Maij, Anno 18.*

Miraculum S. Francisci in Oppido Bradlitz in Moravia.

Monasteriũ ibi fundandum approbat Põtifex.

Num: X.

Magestát Krále Wladislawa o Wjře a Gednotě w Rzádech Kostelnjch.

Contra Picarditas Regis severa constitutio

W Kwaternu Trhowém Weypisůw Léta 1495. *C. primum. L. 1.*

My Wladislaw/

z Božj Milosti Vherský/ Czeský/ Charwátský/ Dalmatský/ 1495.

ſký/ ꝛc. Král/ a Margkrabě Morawſký/ Lucemburſké/ a Slezſké Knjže/ a Lužický Margkrabě.

Ex L.P.M. S.ex Tabul. Regni.

Oznamugem timto Liſtem wſſem/ znamenawſſe/ kterak w Králowſtwj naſſem Czeſkém/ y také w Margkrabſtwj Morawſkém welmi znamenitj Bludowé Pikhardſſtj ſe rozmohli/ a den odedne dále ſe wjce rozmáhagj/ a když bychom ſe tomu déle djwati rácili/ žeby tudy ten Blud netoliko Nám/ Dědicům naſſjm/ a tomu Králowſtwj/ ale y ſnad wſſemu Křeſtianſtwu ſſkoditi mohli; Nechtěgjce aby ten/ a takowý Blud Pikhardſký k dalſſjmu wzniku ſe rozmáhati měl a mohl/ napřed proti Pánu Bohu/ a geho milé Matce a geho Swatým/ a ſwaté Wjře Křeſtianſké. A wzhledſſe na naſſe Předky/ kterak to Králowſtwj Czeſké k znamenité Sláwě přiwedli gſau/ nechtěgjce/ aby též Králowſtwj we wſſech Zemjch w ſlawné Powěſti rozneſſené/ za čaſu naſſeho Panowánj/ w potupu/ a k ſkáze ſwé Powěſti přigjti mělo/ pamatugjce na naſſe Přjſahy/ kteréž gſme včinili k Pánu Bohu/ a Swatým geho při Korunowánj naſſem/ to s pilnoſti rozwážiwſſe/ a gſauce napomenutj od okolnjch Králůw/ Knjžat Křeſtianſkých/ Duchownjch y Swětſkých; Položiwſſe Sněm Duchownj walnj wſſeho Králowſtwj naſſeho Czeſkého w Auterý na Swatého Jakuba/ wyſlawſſe na mjſtě naſſem Důſtogné w Kryſtu Otce: Kněze Jana Biſkupa někdy Waradinenſkého/ a Kněze Staniſlawa Biſkupa Olomauckého/ nábožné/ wěrné naſſe milé/ dawſſe gim Liſt a naſſj plnau moc k gednánj/ a zawřenj wſſech/ a wſſeligakých potřeb/ a neřádůw k přetrženj w Králowſtwj/ tak gakobychom tu ſami býti oſobně ráčili/ aby tauž mocy s raddau Pánůw/ Wládyk/ Pražanůw y giných Měſt/ cožkoli s njmi ſpolu též Biſkupowé obljbj/ a ſchwálj/ zawrau/ že to wſſecko aby ſtálé/ a nepohnuté bylo/ a odewſſech Stawůw držáno a zachowáno; Kdež pak s Raddau gegich/ y s wůli wſſech Stawůw Králowſtwj tohoto/ o tom Bludu Pikhardſkém Mocy Naſſj Králowſkau/ gakožto Král Czeſký takto řjdjme/ rozkazugem/ a odewſſech Poddaných naſſjch k wěčnému a konečnému zachowánj mjti chcem.

R. Wladis: juramentorum in coronatione sua factorũ tenaciſſim⁹

Item neyprwe/ aby wſſickni Zborowé a Schodowé Pikhardſſtj z gewnj y teynj zaſtawenj/ a ſkaženj byli/ a oſazenj Lidmi wěrnými; A gſauli Koſtelowé/ nebo Kláſſterowé/ geſſtoby ſe w nich ſcházeli/ tj aby zawřjni byli; Také/ aby wſſichni Zchodowé zgewni/ buď w těch Měſtech/ kdež ſe obyčeg magj ſcházeti/ ani také w nižádných Domjch/ a Měſtech dopuſſtěni býti nemagj na nižádným mjſtě.

Prohibẽtur Piccardorũ Conventus

Item wſſecka Včenj/ a pſanj gegich Bludůw zgewná/ a tegná magj zaſtawená býti/ a zkažená; Knihy/

Item eorũ Libri editi & edendi.

a wſſe-

a wſſecky gegich tiſſtěné/ y pſané ſpálené/ a žádny Pán/ Rytjřſký Człowěk y Měſta těch Knih takowých Traktátůw pſáti/ ani tiſknauti pod ſebau dopuſtiti nemá/ ani prodáwati; A kdyžby ge přineſl kdo/ a v něhožby byli nalezeny/ má ſkutečně treſtán býti wedle vznánj Pánůw/ a Saudcůw Zemſkých. Item po tento den gjm wſſecka poſluhowánj/ a rozdawánj/ gakž ge wedau/ Křtowé/ y také Oddawánj zaſtawená býti magj/ a nikdež nemagj dopuſſtěná býti/ než Kněžſtwem ſe to řjditi má z obogj ſtrany kterauž by ſobě obljbili.

Item eorū Libri editi & edendi.

Item Sacramenta eorū

Item wſſickni gegich Včitelé/ a Zpráwce/ kdož gim kážj/ a ty bludy wedau/ včj/ také poſtaweni býti magj k nápravě před Kněžſtwem obogj Strany/ a k kterékoli ſtraně přiſtaupj/ té ſtrany Kněžſtwem ſe ſprawte/ a naprawte/ ſkutečně ſe toho dotýkagjce; pakliby ſe tau náprawau nechtěli ſprawiti/ kteráž gim daná bude/ tehdy w moc a treſtánj Panu Purgkrabi Neywyšſſýmu Pražſkému/ w Králowſkau moc dáni býti magj; a Pan Purgkrabě Pražſký ſe k nim zachoweg podle naučenj Pánůw/ a Wladyk z Saudu Zemſkého/ gako o ginau wěc/ pokudž o tom Krále Geho Mil: Zřjzenj vkazuge.

Piccardi reſolvere ſe debent an Catholici ſub utraq; eſſe velint.

Item toto wſſecko/ cožſe napřed piſſe/ ode wſſech Stawůw/ Panůw/ a Wladyk/ Pražan/ Hornjkůw/ y giných Měſt zachowati/ a ſe doſti ſtáti má/ a k nápravě přiwedeno býti konečně do Wánoc; a kdožby toho wſſeho z těch třj Stawůw Králowſtwj Cžeſkého včiniti zanedbal/ a naň to zgewně známo bylo/ a těch ſwrchu pſaných nekádůw dopuſtil/ ten má obeſlán býti gednau od Pana Purgkrabj Pražſkého neywyšſſýho/ a napomenut býti/ aby ſe wedle toho Zřjzenj chowal. Pakliby toho po napomenutj newčinil we dwauch Nedělįch pořád zběhlých/ tedy má obeſlán býti Liſtem od Auřadu/ aby ten Pán/ Rytjřſký Człowěk/ Mužſkého/ y Ženſkého Pohlawj/ též Měſto aby před Pány/ a Wladykami ſtáli na neyprwněgſſý Suché Dnj po tom obeſlánj přiſſlé.

DeViris nobilibus Piccardis.

Item geſtližeby takowý Včitel Pikhardſký/ nebo Pikhard buď Mužſkého/ neb Ženſkého Pohlawy/ a kterého takowého k ſobě přigal/ a wydati ho tomu Pánu nechtěl/ tehdy ten Pán/ čj geſt byl/ druhého pohnati může před Saud Zemſký z pokuty/ y ſpolu půwodem/ gako o Człowěka newydaného/ a tu pokutu aby dáti byl powinen y s Człowěkem. Pakliby toho newydal/ tehdy wždy předce z tolikéž pokuty hnáti může/ a tu pokutu obdržeti má dotud/ a tak dlauho/ dokudž ten Człowěk Pikhardſký/ buď Muž/ nebo Žena/ wydaná nebude.

DeMiniſtr: Piccardorū

Item obecnj Lid Pikhardſký ze wſſech Stawůw/ Mužſkého y Ženſkého Pohlawj/ ti magj k nápravě/ a přeſtánj takowého Bludu

ſwé-

ſwého Pikhardſkého wedenj Kněžſtwem z obogj ſtrany býti magj rozumně/ a Páni/ Wládyky/ a Pražané/ y giná Měſta magj Fary Kněžjmi oſaditi/ a vžitky od Far Kněžjm puſtiti; nemohauli mjti k Koſtelům wſſem Farářůw/ nechť geden Farář držj Far ſſeſt/ y wjc/ y meň/ gak ſe to zřjditi může/ a k té každé Faře mjg oſadnj ſwé popſané/ a oni chodte na Kázanj/ a do Koſtelůw/ a Kněžjmi ſe Wjře včte/ A toto Naſſe Zřjzenj při Snému obecným/ s Raddau Pánůw/ a Wladyk/ Pražan/ y giných Měſt Král: Cžeſkého zgednané/ a zřjzené chcem/ a přikazugem wſſem Poddaným naſſým wſſech Stawůw/ Duchownjch y Swětſkých k Králowſtwj naſſemu přiſluſſegjcých/ aby we wſſech geho zněnj/ a zřjzenj zachowáno/ a odewſſech drženo bylo/ pod Miloſti Naſſj Králowſkau/ a Treſtánjm s vpadenjm w Hněw náš Králowſký/ poraučegjc Panům Auřednjkům/ a Wladykám/ Saudcům Zemſkým/ kterýmž gſme s Raddau wſſech Stawůw poddaných naſſých Králowſtwj Cžeſkého/ Kralowſtwj Naſſe/ a Zemi Cžeſkau bez naſſj přitomnoſti poručiti/ a ſwěřiti k řjzenj ráčili/ na ty gegich Přjſahy/ kteréž napřed Pánu Bohu/ nám/ Panům/ Wladykám/ y wſſem Stawům/ a Obcy Králowſtwj Cžeſkého včinili/ poraučegjce a přikazugjce/ aby to na ty Přjſahy s pilnoſti opatrowali na mjſtě naſſem/ tak gako giné neřády/ kteréž gſme gim na mjſtě naſſem od Nás/ y od Země pod Pečeti Naſſý y Zemſkau ſwěřili/ a poručili/ aby ten Blud Pikhardſký zaſtawen/ ſkažen/ a k dálſſýmu Zniku dopuſſtěn nebyl/ gakož gim toho wěřjme. Tomu na Swědomj Pečet naſſj Králowſkau rozkázali gſme přiwěſyti k tomuto Liſtu. Dán na Budině Den Swatého Wawřince/ Léta 1495. A Králowſtwj naſſých Vherſkého 18. a Cžeſkého 37. Stalo ſe ùt ſuprà, w Středu před Swatým Klymentem.

Piccardi quomodo adjungendi Ecclesiæ Catholicæ.

W druhých Wáclawa z Chwogence.

Num: XI.

A.D. 1401.

Bonifacius IX. Papa, Venerabilibus Fratribus Archi-Epiſcopo Pragenſi & Cracovienſi, & Olomucenſi Epiſcopis. Conſtituit Protectores Minorum in Regno Bohemiæ, ex Regiſtro Pontif. lib: 2. fol. 69.

EXhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum *Miniſtri*, *Cuſtodum, & Guardianorum*, *Locorum & Terminariorum Fratrum Ordinis* Mi-

Minorum Provinciæ Bohemiæ & Poloniæ ſecundùm morem dicti Ordinis petitio continebat: quòd nonnulli *Plebani Rectores Eccleſiarum Parochialium*, eorúmque *Capellani* dictæ Provinciæ, quandoque palam prædicant, & etiam in privatis colloquijs ad partem ſuggerunt, quòd dicti *Fratres*, quantumcunque per Superiores ſuos ſint electi, & *Ordinarijs* poſt electionem eorum præſentati, non poſſint intra limina, ſeu extra, in vita, & mortis articulo ſinè Parochialium Sacerdotum licentia liberè, & licitè audire confeſſiones, abſolvere pœnitentes, & eiſdem pœnitentias injungere ſalutares. Nonnulli etiam dictos *Fratres* dudum præſentatos, & ſemel admiſſos gravant laboribus, & expenſis quoties voluerint, amovent eos, & ad *Diœceſanos* mittunt pro literis afferendis ad effectum antedictum. Nonnulli etiam ex eiſdem *Plebanis Rectoribus*, ac eorum Capellanis publicè prohibent *Fratres*, *Miniſtrum*, *Cuſtodes*, *Gvardianos*, *Lectores*, nec non terminarios prædictos, nè in vita & mortis articulo audiant Confeſſiones ſibi confiteri volentium dicentes, ſe adjutoriô non indigere eorundem: ſed per ſe ſufficere ad dictum officium exercendum. Etſi Parochiani eorum dictis *Fratribus* confeſſi fuerint, & per eos abſoluti exiſtant juxta formam Eccleſiæ conſvetam, eos excommunicant, & anathematizant; ac eis infirmis, & in extremis & mortis articulo poſitis denegant Euchariſtiæ Sacramenta, aliquando verò confeſſis *Fratribus* irreverenter non ſolennizando, exhibent; ac ut eò amplius infirmi deſperent, ſymboli propoſitionem cum articulis fidei ipſis negare non verentur. Quare pro parte dictorum *Fratrum* fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut providere ipſis ſuper hoc de opportuno remedio, dignaremur. Nos igitur attendentes præmiſſa fore contra conſtitutionem dudum per fel: rec: *Clementem Papam IV. Prædeceſſorem noſtrum*, ſuper hoc editam; & cupientes cunctos orthodoxæ fidei Profeſſores, Viros præſertim Eccleſiaſticos, ſic ad invicem, etiam quoad alios converſari, quòd ex eorum verbis, ſive geſtis nullius offendatur juſtitia, nullúmque animarum detrimentum proveniat, nec etiam cuiquam, ſcandali materia præbeatur, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati *Fraternitati Veſtræ* per Apoſtolica ſcripta diſtrictè præcipiendo mandamus. Quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrûm, per vos vel alium, ſeu alios dicti Ordinis Provinciæ Boëmiæ ſuprà dictis *Fratribus* confeſſis, ut præmittitur, eiſdem efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, ac facientes conſtitutionem eandem, quoad omnia ejus Capitula plenáriè, prout jacet firmiter & inviolabiliter obſervari: nec permittatis contra tenorem ipſius memoratos *Fratres* & confeſſos eiſdem infra limina ſeu extra â prædictis *Plebanis Rectoribus Eccleſiarum & Clero* ſive alijs moleſtari, & Sacramenta eiſdem confeſſis in vita & mortis articulo quoquomodo denegari, vel eis gravamina per diſcurſus inutiles, & periculoſos ad Diœceſanos pro hujuſmodi literis aut alias injurias quomodolibet irrogari, ſed infirmis confeſſis *Fratribus*,

Contra Plebanos qui arcent ſuos à templis &c. Religioſorum.

Clementis IV. Bulla renovatur.

Quomodo se gerere debeant Episcopi contra Cõtumaces

utì decet, cum ſolennitate conſveta reverenter Sacramenta exhiberi, facturi prædictis & cuilibet prædictorũ de illatis & inferendis vexationibus, moleſtationibus, & injurijs ac gravaminibus contra tenorem eundem in illis, videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem, ſummariè ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicij, in alijs verò prout qualitas eorum exegerit, juſtitiæ complementum, itá quòd officium præſens, & jurisdictio noſtra ex nunc perpetuata cenſeantur: moleſtatores, & injuriatores hujusmodi, nec non contradictores & rebelles, quandocunque, & quotiescunque expedierit per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo; Non obſtantibus conſtitutionibus tam de duabus dietis in Concilio generali, quàm piæ mem: *Bonifacij* Papæ *VIII.* etiam P*rædeceſſoris noſtri*, quarum primâ cavetur, nè quis, niſi in certis exceptis caſibus, extra ſuam Civitatem & dicœceſim, ſecundâ verò, nè reus alterius Diœceſis ultra unam dietam â fine Diœceſis ejuſdem ad judicium evocetur, & alijs quibuſcunque Conſtitutionibus â P*rædeceſſoribus noſtris Romanis* Pontificibus, tam de judicibus delegatis, & conſervatoribus, quàm alijs editis, quæ jure poſſent in hac parte jurisdictioni & poteſtati, ejúsq; libero exercitio quomolibet obviare &c. Tenor verò dictæ Conſtitutionis talis eſt: *Clemens Epiſcopus Servus Servorum DEI dilectis filijs Generali Magiſtro, & fratribus univerſis Ordinis Fratrum Minorum &c. quidam temerè ſentientes &c. ut in Regeſto Clementis IV. Bull: 5. Datum* Peru*ſij 12. Calend. Julij. Pontificatûs noſtri anno primo.* Datum Romæ apud S. Petrum IX. Calend: Martij anno 12.

NUM: XII.

A. C. 1562. Hartlôder9 in actis publicis.

Nihil effectũ eſt in Cõcilio, quod ſcire liceat, poſtea tamen Cõmunionem illã ſub utraq; in Provinc: Ferd: I. Põtifices Romani cõceſſerunt, fuítque in uſu, licet non tã frequenter, etiam in Eccleſijs S. J.

Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Oratorum ſcriptum de Cõmunione Corporis & Sangvinis Chriſti ſub utraque ſpecie, Patribus Concilij Tridentini exhibitum XXVII. die Menſis Junij.

ILLuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini Legati, ac Reverendiſſimi Patres, Domini Oratores Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, Domini noſtri Clementiſſimi*, officij ſui ratione, ac ſingulari quodam *Sedis Romanæ* auctoritatis & poteſtatis propagandæ ſtudio adducti, faciendum ſibi exiſtimaverunt, ut *Dominationes veſtras Reverendiſſimas* nonnullis de rebus admonerent, antequàm ad dicendas ſententias veniretur. Quæ quidem res ejuſmodi planè ſunt, ut ijs velut fundamentis quibuſdam tota præſentis conſultationis veſtræ ſumma niti videatur.

I. Ac primùm quidem, ut indè initium ſumatur, auditi ſunt per hoſce dies

dies omnium ordinum *Theologi* de propositis per *Illustrissimos Dominos Legatos* articulis, præcipuè illi quidem & copiosè sed ad Regnorum & Provinciarum exterarum statum ac rationem, non satìs accommodatè differentes.

II. Neque verò mirum id videri debet, etenim ita illi felici sidere sunt nati, & ijs maximè à DEO in regionibus collocati, in quibus integra adhuc sunt omnia, ut de suis tantùm bonis, & suâ illi felicitate soliciti esse videantur. Precandus est DEUS omnipotens, ut hanc illis fælicitatem diuturnam esse velit! Utinam verò eo loco res nostræ essent, ut nos quoque ad istam tranquillitatem aspirare possemus! Sed ut res ire cœpit, nisi nos DEUS misericordiæ suæ oculis aspexerit, & *Sacro-Sanctum Oecumenicum Concilium* pro sua benignitate nostris nationibus consuluerit, magnopere verendum est, nè his etiam, quæ nunc quidem pessima esse videntur, non ità multò post longè etiam deteriora in Ecclesia DEI suboriantur. Felicitas Catholicarum Regionū.

III. Quapropter *Dominationes vestras Reverendissimas* ijdem *Domini Oratores* vehementer rogatos volunt, ut hæc paucula, quæ nunc perlegentur, attentè audiant, diligenter considerent, ac suis ponderibus examinent, atque ita se ad dicendas sententias comparent, ut orationem, atque adeò omnem curationem suam non tantùm ad sanas & incolumes *Reipublicæ Christianæ* partes accommodent, quæ nullo remedio egent, sed morbosa & malè affecta Ecclesiæ membra, ob oculos proponant, ínque illis ad pristinam sanitatem revocandis omnes curas, omnes suas cogitationes defixas habeant.

IV. Id autem longè commodiùs fiet, si priùs quæ sint illæ partes, quæ vestram opem, auxiliúmque implorant, ac quomodo affectæ sint, quàm optimè intelligatis. Primum igitur de *Boëmiæ Regno*, pòst de alijs dicendū est, ídque quàm fieri poterit brevissimè.

V. Nihil opus fuerit hoc loco rem altiùs jam inde à *Constantiensis Concilij* exordio repetere. Neminem enim hìc esse arbitrantur, qui illorum temporum historiam planè cognitam non habeat. Illud dicendum est tamen, ab eo usquè tempore eam in *Boëmia* retentam esse consvetudinem, quam nulla Consilia, nullæ rationes, nulla unquam vis, neque ipsa arma & bella eripere potuerunt, ut populo etiam *Calix in Communione à Sacerdotibus* præberetur, à quo quidem Calice ea populi pars, quæ hujus partis esset, *Calixtinorum* sive *sub utraque* nomen accepit.

VI. Atque hæc quidem factio latissimè in eo *Regno* patet, & primarios etiam *Viros & Magistratus* quosdam complectitur. Explicatur diligenter hisce pūctis status Religionis in Bohemia eo tempore.

VII. Antea quidem huic parti benignissima *Mater Ecclesia* pro ea potestate, quam à DEO habet, pro rerum, ac temporum ratione leges & constituendi & abrogandi certis quibusdem conditionibus permiserat, ut calice uti possent.

VIII. Postea cùm, ut fieri assolet, non satìs religiosè neque verò di-

ligenter conditiones, & pacta illa servarentur, provisio illa cæpta est à *Pio II. Pontifice maximo* revocari. Sed cùm *Sedes Apostolica* aberrantem hanc ovem ad cæteras aggregare cuperet, primùm *Paulus III.* Deinde etiam *Julius III.* felicium recordationum *Summi Pontifices*, Nuncijs quibusdam suis negotium dederunt, ut *Boëmis* in Ecclesiæ gremium receptis *Calicis usum permitterent.* Tum etiam inchoata, sed propter graves quasdam difficultates impedita, perfici non potuit.

IX. Ad extremum *Cæsarea Majestas & Dominus noster Clementissimus*, hoc tempore post centum & quadraginta ferè annos, pro singulari suâ pietate ac Christianæ & Catholicæ Religionis nostræ conservandæ, & propagandæ studio, cùm unicum in illo *Regno Archiepiscopatum Pragensem* veluti à mortuis excitaverit, & magnis curis, laboribus, sumtibus, & impensis fundaverit ac constituerit, visum est *Sacræ* ejus *Majestati Cæsareæ*, si unquam antea, nunc commodissimam iniri posse rationem, *ut inclyta illa natio* tota ad S. R. E. matris nostræ obedientiam suam tandem, veluti postliminio reverteretur, præsertim verò cùm isti *Calixtini*, qui sub utraque vocantur, in proximis *Comitijs Bohemicis* publicè *Sacræ Cæsareæ Majestati* supplicaverint, dignaretur suas apud *S. D. N.* partes interponere, ut eorum *Sacerdotes* non ab alio quoquam, sed à *novo Archiepiscopo* ordinarentur. Promiserant autem hoc si impetrent, daturos se operam, ut ipsi eorum *Presbyteri Dominum Archiepiscopum* pro suo legitimo Prælato agnoscant, & obedientiam illi præstent.

X. Itaque per *Reverendissimum Dominum Episcopum Pharensem*, qui nunc apud *Sacram ejus Majestatem Sanctissimi D. N. Nuncium* agit, ac per *Magnificum D. Prosperum Comitem ab Arcu* Sacræ ejus Majestatis *Romanæ Oratorem* à S. D. Nostro postulavit, nè tantam, támque optatam Ecclesiæ restituendi ac conservandi illius *Regni* occasionem de manibus sibi elabi pateretur. SS. autem D. noster totam hanc rem ad vestram, *Illustrissimi Domini Legati, & Patres Amplissimi*, disceptationem & vestrum judicium rejiciendam putavit. Vestræ igitur potestatis fuerit, *nobile illud Regnum* Ecclesiæ Catholicæ conservare, quod tunc demum fiet, si necessarijs de causis *Calicis usum* illis permittendum esse putaveritis.

Utraquistæ in Bohemia in omnibus ferè consentiebant Ecclesiæ Cath:

XI. In reliquis illis rebus, aut omnibus *S. R. E.* Matris nostræ Institutis consentiunt, aut in paucis quibusdam à recta illa via deflexerunt.

XII. *Sacerdotibus* illi non alijs uti unquam voluerunt, quàm qui *cælibem vitam* agerent, & quos à *Catholico* & communionem Sedis Apostolicæ habente Episcopo legitimè ordinatos esse constaret.

XIII. Solent illi inter alias suas preces, etiam *Summi Pontificis, Sacri Cardinalium Collegij, Episcoporum, atque universi Ecclesiastici Statûs & Ordinis* meminisse, ac DEUM pro eorum incolumitate, & felici rerum successu

cessu in publicis supplicationibus, & Litanijs exorare, populúmque ad id faciendum in concionibus frequenter cohortari. Quod ipsum satis indicat, quomodo erga *Sedem Apostolicam* affecti sint.

XIV. Si quid autem est omninò in reliquis rebus, in quibus à recta *Sanctæ Romanæ Ecclesiæ* doctrina discessum est, id nullo propè negotio emendari, ac corrigi poterit, modò *Calicem*, quem tantopere expetunt, vestrâ benignitate consequantur. Calix unica causa dissensionis.

XV. Neque verò mirum est, si rudis, & imperita multitudo in eum errorem induci potuit, ut sinè magno conscientiæ scrupulo à *Calice* se abstinere non posse persvasum habeat, cùm etiam peritissimos & maximè pios, ac Catholicos Viros eam sententiam multis rationibus tueri videamus, ut sub utraque quàm sub alterutra tantùm specie, communicantes majorem se consequi gratiam arbitrentur. Vestrâ igitur misericordiâ digni sunt, *Patres sanctissimi.*

XVI. Quare diligenter providete, ne per nimiam vestram severitatem in eam desperationem adducantur, ut cùm nullum apud vos misericordiæ sibi locum relictum esse sentiant, ad impios sectarios transeant, à quibus quidem magnâ diligentiâ omnibus artibus, omnibus illecebris, perpetuò ad defectionem sollicitantur.

XVII. Sunt & in alijs etiam clarissimis & nobilissimis Regnis ac Provincijs pij quidam ac Catholici Viri, ut in *Ungaria, in Austria, in Moravia, in Silesia, in Carinthia, in Carniolia, in Styria, in Bavaria, in Svevia*, in permultis Germaniæ partibus, qui magno quodam zelo calicem sibi dari expetunt.

XVIII. Non fuit hoc ignotum *Paulo III.* felicis recordationis *Pontifici maximo*, qui omnibus per *Germaniam* Episcopis concessit, sub utraque specie communicandi, ijs qui devotionis causâ *sub utraque mallent, quam sub una communicare.* Sed nè hæc quidem propter gravissima quædam impedimenta ad effectum perduci potuerunt. Pauli III. consensio adducitur.

XIX. Eadem ferè est ratio, idem de alijs quoque nationibus, quas paulò ante nominavimus: periculum est, nisi *Calix* eis adimatur, ad Lutheranos atque alios sectarios transfugiant.

XX. Neque verò existimare debet quisquam, quòd hisce diebus publicè à *Theologis* dubitatum est, eos qui *Calicem* petunt, prorsus hæreticos esse. Quis ignorat, nullam nobis cum hæreticis communionem esse? Non hæc hæreticis, sed ijs procurantur, qui alijs in rebus, & Catholici sunt, & obedientes se S. R. E. filios præbent. Non omnes qui calicem petunt sunt habendi hæretici.

XXI. Quod si hoc ipsi à vestra benignitate consequantur, magna spes est, plurimos etiam hæreticos, qui hanc unam ob rem à nobis desciverunt, ad nos iterum reversuros esse. Audiuntur à nobis non pauci passim

in medijs sectariorum gregibus versantes, qui palàm profitentur, si sub *utraq; specie Eucharistiam* sumere liceat, cupidissimè sese ad nos transire velle.

XXII. Certè præterquam, quòd æquiores deinceps se nobis præberent hæretici, dictis etiam nostris faciliùs, ac libentiùs aures accommodarent, & libentiùs in vestram se disciplinam traderent. Sic etiam confideremus fore, ut *sacro-Sanctum Missæ Sacrificium* longè in majori veneratione esse inciperet.

XXIII. Plurimos etiam tot novitatum tædet, qui hoc uno remoto impedimento libentissimis animis ad nos se reciperent. Quòd si quo casu hæc illis utriusque speciei communicatio non permittatur, contraria omnia sunt pertimescenda.

Qui sint qui petant Calicem.

XXIV. Jam si quis est, qui quærendum existimet, quod etiam hisce diebus auditum est, quis ille tandem sit, qui hæc petat: *En Sacra Cæsarea Majestas à S. D. N. petit, ut Domino Archiepiscopo Pragensi Calixtinos Sacerdotes ordinare liceat.* Id autem fieri nullo modo potest, nisi illi primùm in Ecclesiæ gremium recipiantur. Recipi autem non poterunt, si ritu schismatico propriâ auctoritate *calicis sibi usum* usurpent, ac mordicus retineant.

XXV. Adsunt etiam *Canadiensis & Tininiensis ex Ungaria Domini Archiepiscopi, & Episcoporum Ungariæ nuncij*, qui humiliter supplicant, ut aliquâ ratione illius *Regni* Ecclesijs ab hoc Sacro-sancto Oecumenico Concilio provideatur. Non enim ullâ ratione plebs, atque adeò jam ipsa etiam Nobilitas in officio contineri potest.

XXVI. Ac nisi hæc illis spes in hunc usque diem facta fuisset, futurum ut in hoc *Sacrosancto Oecumenico Consilio* Calicis usus à vestra bonitate & charitate, *Amplissimi* Patres, ipsis impetraretur, exiguas jam *Catholicæ Religionis* ac in S. R. E. & Sedem Apostolicam obedientiæ illis in partibus reliquias haberemus.

XXVII. *De Ungaria* quidem hoc certè affirmare possumus, eò jam ventum esse, ut Sacerdotes per vim ad calicis porrectionem adigantur. Quod nî faciant, bonis Ecclesiasticis direptis magnum infortunium, atque adeò vitæ periculum non evitent.

Status Ungariæ in Religione.

XXVIII. Fuerunt ex illius *Regni Episcopis* nonnulli pij Viri, atq; Ecclesiasticæ consvetudinis observantissimi, inprimis autem *Reverendissimus Dominus Strigoniensis Archiepiscopus*, qui hos tales Sacerdotes exilio atque illis pœnis ob hanc causam multaverint. Factum jam est, ut tum illis, tum alijs etiam *Catholicis Presbyteris* careant.

XXIX. Itá fit, quod vix sinè lachrymis dici potest, ut infantes sinè baptismo & intereant, & adolescant: Viri, ac fæminæ omnium Ordinum, omnis ætatis, belluarum more, in summa DEI ignoratione, & vivere & mori cogantur. Ità nihil propiùs est, quàm ut ad paganismum redeatur.

Sunt enim loca non pauca, in quibus à multis jam annis nullus Sacerdos visus est, qui rudem & imperitam plebem ad Christianæ pietatis normam instituere atque erudire queat. Hoc quoque ad summas ac innumerabiles illius Regni miserias accedit.

XXX. Cujus vos *Patres Amplissimi* misereſcite, & quâ ratione hos tantos tótque populos in S. R. E. fide conservare, & alios quàm plurimos hâc de causâ à nobis profugos ad nos iterum retrahere possitis, aliquam jam tandem cogitationem suscipite.

XXXI. Hæc sunt, quæ dicenda videbantur, quæ ut *Dominationes vestræ Reverendissimæ* in optimam partem interpretentur, & totum hoc negotium diligenter perpendere velint, ijdem *Oratores* etiam atque etiam vehementer rogant. Quæ tamen omnia Sanctissimo & prudentissimo Judicio vestro subjecta esse volunt.

NUM: XIII.

Ferdinandi Imperatoris Augusti Literæ, de Sacramento Eucharistiæ sub utraque specie, & Conjugio Sacerdotum. *A.D. 1564.*

Beatissimo in Christo Patri & Domino, Pio IV. Divinâ Providentiâ Sacrosanctæ Romanæ ac Universalis Ecclesiæ Summo Pontifici, Domino Reverendissimo. Ex act: publicis Hartl:

BEatissime in Christo Pater, & Domine Reverendissime; post humilem commendationem filialis observantiæ nostræ continuum incrementum. Existimamus supervacaneum esse *Sanctitati vestræ* prolixè contestari, & comprobare summum studij, & diligentiæ ardorem, quo hactenus omni loco, & tempore procuravimus & promovimus commodum, pacem, quietem & unitatem *Sanctæ Romanæ Ecclesiæ*: siquidem DEUS ipse nobis est testis, & conscientia nostra, quòd in hac parte neque curis, neque laboribus unquam pepercimus, imò etiam *Sanctitati Vestræ* hanc nostram voluntatem optimè cognitam & perspectam esse non dubitamus. Religionis zelus in Ferdinando I.

II. Eo sanè pietatis zelo & honestâ intentione moti fuimus, cùm proximè celebraretur *Tridenti sacrum Oecumenicum Concilium*, ut ageremus & laboraremus pro concessione Calicis, non certè temporalis alicujus commodi aucupandi, seu privati emolumenti & lucri obtinendi gratiâ, aut etiam quod nos in conscientia nostra vel minimum scrupulum haberemus de eo, quod hucusque vel in hoc, vel in illis quibuscunque articulis sensit & & observavit *Sancta Mater Ecclesia*: sed quia prorsus persvasum habuimus, sicuti

ſicuti etiam nunc habemus, hujuſmodi conceſſionem futuram eſſe utiliſſimam in genere, plurimum momenti allaturam eſſe in ſpecie, ad reductionem lapſorum & errantium, nec non ad faciendum jam tandem utile principium reſtaurandæ unitatis & pacis Eccleſiæ tam diu fruſtra expectatæ & deſideratæ. Verùm quoniam eo tempore nobis relatum fuerat, non deeſſe qui de hac materia & conceſſione nonnihil dubitarent, & varia impedimenta injicerent, facilè tulimus rem aliquandiu differri, ut poſſemus interim pro exoneratione conſcientiæ noſtræ de hoc negotio conferre cũ nonnullis præcipuis, ac potiſſimùm *Sacri Romani Imperij Prælatis ac Principibus*: exiſtimantes, quod præhabito eorum conſilio rectiùs atque liberiùs poſſemus deinde omnibus modis inſtare & elaborare, ut petitioni noſtræ ſatisfieret.

Omnes Prĩcipes cum Ferdin:I. in una ſententia.

III. Inſtitutâ igitur maturâ ac diligentiſſimâ deliberatione de hoc negotio, utrum ſcilicet expediat hanc conceſſionem ulteriùs requirere & urgere, nec ne, cum dictis Prælatis atque Principibus Eccleſiaſticis, nec non *Illuſtriſſ: Alberto Palat: Rheni, & utriusque Bavariæ Duce*, Filio, Principe & Conſangvineo noſtro Chariſſimo; & dato eis cogitandi ſpatio, quo & ipſi poſſent rem cum ſuis *Theologis & Doctoribus* pietate & eruditione præſtantibus conferre, (prout contuliſſe non ambigimus) ijdem Prælati & Principes Eccleſiaſtici, cùm intellexiſſent, nos ad hujusmodi petitionem tam neceſſariam tum Regnis & Dominijs noſtris, tum *Univerſæ nationi Germanicæ*, inclinatos eſſe, & ſtatuiſſe *Sanctitatem veſtram* hoc nomine reverenter interpellare, magnoperè collaudato propoſito noſtro promiſerunt, quòd & ipſi in hac parte non eſſent defuturi officio ſuo, ſed obſequenter obſequuturi, quicquid *Sanctitas veſtra* ad filialem & officioſiſſimam requiſitionem noſtram dignata fuerit indulgere, concedere atque ſtatuere, & tractare, primâ opportunitate oblatâ, hac ipſa de re cum ſuis Provincialibus, Coëpiſcopis ac Suffraganeis.

IV. Poſteaquam ergo cognovimus *Prælatos & Principes Eccleſiaſticos* à nobis in hac parte non diſſentire, & indies magìs ac magìs experti ſumus, quòd ſumma rei neceſſitas ulteriorem moram non patiatur, ac inſuper in memoriam revocantes ea, quæ *Reverendiſſimus in Chriſto Præſes, Dominus Joannes Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus Præneſtinus Cardinalis Moronus, & Carolus ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli Sancti Apollinaris Presbyter Cardinalis de Lotharingia Princeps*, & amici noſtri Chariſsimi, nomine *Sanctitatis veſtræ* nobis per *Epiſcopum Quinque-eccleſienſem*, tunc *Canadienſem*, paucis menſibus ante finem Concilij nunciavêre, & quæ *Reverendus Epiſcopus* Pharenſis, *Nuncius Apoſtolicus*, in eandem ſententiam affirmavit, diutiùs haud cunctandum, ſed primo quoque tempore *Sanctitatis veſtræ* benignitatem ac pietatem hiſce officioſis Literis noſtris implorandam eſſe duximus, rati non opus fore, quòd *Sanctitati veſtræ* moleſtiam exhibeamus

Svaſores ha cũ literarũ.

amus anxiâ & prolixâ enumerare multarum gravißimarum caussarum, utcunque eas in promtu habeamus, propter quas *Sanctitas vestra* meritò poßit pro æterna multarum animarum salute, humili & filiali petitioni nostræ paternæ annuere: sed arbitrati sumus sufficere, & gratiùs quoque futurum *Sanctitati vestræ*, alioquin maximis & plurimis negotijs occupatæ, si *Sanctitati vestræ* desiderium novum simpliciter & quàm fieri posset brevißimè proponeremus.

V. Itaque nos *Sanctitatem vestram*, nostro & præfati illius generi nostri *Ducis Bavariæ* nomine impensißimè rogamus & obsecramus, ut pro ea auctoritate, quam à DEO Optimo Maximo obtinet, dignetur clementer opitulari tot Germanicæ nationis, ac *Regnorum & Provinciarum nostrarum* populis, quibus Viri Catholici & prudentes judicant, DEO propitio, hac conceßione Calicis optimè consultum iri: quemadmodum nobis planè persvasimus *Sanctitatem vestram* pro summa sua pietate, & juvandæ, instaurandæque collapsæ Religionis nostræ Catholicæ ardentißimo studio lubenter facturam esse, neque permissurum, ut frustra à *Sanctitate vestra* auxilium petijsse videamur in re tam necessaria, & ad Salutem Christiani populi pertinente, quæ in *Concilio* tam diligenter ventilata & discussa fuit, præsertim cùm jam omnibus constet, & manifestanda sit ingens utilitas, quæ ex hujusmodi conceßione expectanda est. Preces Ferdin: I. conjunctæ cum DuceBava.

VI. Præterea habitâ ulteriore diligentißimâ deliberatione cum Viris Catholicâ pietate & doctrinâ claris, & rerum Germanicarum peritißimis, ex illorum sententia *Sanctitatem vestram* hac quoque de re certiorem reddendam esse censuimus, quòd *Sanctitati vestræ* maximum quoque momentum adfert, tam ad conservandas in *Germania*, ac *Regnis & Dominijs nostris* saltem exiguas hasce Religionis Catholicæ reliquias, quàm ad cohibendas & extirpandas hæreses, & earum auctores, ebuccinatores, & propugnatores, si non solùm modum & rationem aliquam invenerit, quâ Sacerdotes, qui asſertis suis conjugijs se ipsos ab *Ecclesia* separarunt, *Ecclesiæ* poßint reconciliari, retentis utcunque in contubernio suo assertis illis uxoribus: verùm etiam benignè indulserit, quòd in ijs locis, ubi *Presbyteri* in eo numero, qui sufficiat, haberi nequeunt, ab *Episcopis* ordinarijs Viri Laici, justæ ætatis, & doctrinæ ac vitæ probatæ & bonæ famæ, ad ministerium altaris & alia Sacerdotum munera admittantur. Collectio argumentorum.

VII. Quocircà prætermittere non potuimus neque debuimus, in tanta rerum difficultate, quin etiam hoc nomine *Sanctitatem vestram*, omni, quo possumus studio pro nobis ipsis, & pro antedicto *Illustrißimo & Carißimo Genero nostro*, rogaremus & obtestaremur, ut postpositâ omni dilatione in hoc quoque articulo salutare remedium adhibeat. Et cùm *Sanctitas vestra* non ignoret, judicio & sententiâ tot pijßimorum hominum tali curatio-

ne *Ecclesiam Catholicam* divino favente Numine, plurimum juvari, & multa animarum millia salvari posse, nequaquam intermittat etiam *Sanctitas vestra* in hac parte Apostolicam suam auctoritatem exercere. Hoc ipsum enim tempus est (quod cum debita filiali reverentia dictum volumus) quo *Sanctitas vestra* id præstare, perficere & persequi poterit, ut nomen ejus in perpetuum celebretur atque laudetur, ac verè de *Sanctitate* vestra dicatur: *Quid potuit facere, & non fecit?* verè *Pius Pontifex*, quo nutantes firmaret, lapsos erigeret, & errantes in gremium Ecclesiæ reduceret? profectò *Sanctitas vestra* in eo factura est rem vocatione & pietate suâ dignissimam; quam proculdubio nos ipsi & omnes pij & Christi fideles in universo Christiano orbe nostris ad DEUM *Optimum Maximum Orationibus* pro incolumitate & felicitate jugiter fundendis promereri studebimus. Cui quod reliquum est, filialis nostræ observantiæ officia reverenter offerimus ac commendamus.

Datum in Civitate nostra *Vienna*, die decima quartâ Mensis Februarij. Anno Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo quarto: Regnorum nostrorum, *Romani* trigesimo quarto, aliorum verò trigesimo octavo.

Quod sequitur scriptum est manu propria Imperatoris.

Impetravit quod petebat Ferdin: in hæredit: Provincijs.

Quod nos nostro & præfati illius & Charissimi Filij nostri, Ducis Bavariæ nomine à Sanctitate vestra studio unitatis & pacis Catholicæ Ecclesiæ promovendæ reverenter petimus, id sine negotio & mora concessum iri confidimus: quinimò illis potissimum de caussis, quas Sanctitas vestra ex Romano Cardinali Morono, & ex Oratore nostro intelliget, omninò ita fore pro certis tenemus.

E. S. V.

Humilis & obsequens Filius

FERDINANDUS.

Cur multæ literæ publicæ omittantur.

ATque hîc ego Literis publicis, quæ ad *Pragensem Archidiœcesim* spectabant referendis, finem impono; extant aliæ innumerabiles, tum apud alios qui Manu scriptis Codicibus abundant, tum etiam apud me (nam duo justa volumina conficiunt, & implent) sed eas referre nolui, partim quod nihil singulare, sed omnia protrita, & obvia continerent, partim quòd in argumento ad inclytos Bohemiæ Reges, & Regnum universum pertinente versarentur, *mixti essent fori*, ideóque ijs referendis opportunior locus in *Fundamentis Regni*, quæ nunc ad Typum adorno (quæ Libros VII. VIII. IX. X. conficient, & Decadem primam Miscellaneorum absolvent) servantur. Recitabo hoc loco ad aliquam Lectori meo notitiam parandam,

dam, & in antiquitatis gratiam, indicem literarum publicarum sacrarum aliquot paragraphis distinctum claritatis gratiâ.

§. I.

Literæ Publicæ, quas in Archivis extantes nullis precibus impetrare potui.

Literæ *Boleslai II.* Bohemiæ Ducis cognomine *Pij*, quibus fundavit Episcopatum Pragensem.

Literæ Apostolicæ, quibus Archiepiscopo Pragensi *Legati nati* dignitas confertur in perpetuum.

Literæ *Caroli IV. Imperatoris* de finibus & limitibus Regni Bohemiæ. Item ejusdem de Arcis Carlsteinæ erectione, in qua Coronam & Regni Cimmelia asservari jussit.

Literæ *Ladislai* Anno 1455. & 1457. nè abalienentur *Bona Ecclesiæ Pragensis*, sed ut redimantur.

Literæ *Wladislai Regis* in eundem sensum Anno 1472. & *Ludovici Regis*, quibus Patris literas innovat.

Literæ *Wladislai Regis* 1497. quibus instituit *Chorales* in Ecclesia Prag:

Literæ *Ferdinandi I.* Austriaci de duodecim millibus Sexag: quotannis Ecclesiæ Prag. persolvendis. hæ literæ citantur in *Boëmia Pia Pontani.*

Literæ de *Concilij Tridentini* per Bohemiam promulgatione.

Literæ *Pij IV.* permittentis Communionem sub utrâque specie in Bohemia sub *Ferdinando I.*

Literæ *Wenceslai VI. Boëm: Regis* circa 1396. *de Principatu Episcoporum Pragensium*, quarum mentionem facit Pessina in Phosphoro Ecclesiæ Prag:

§. II.

Quædam Literæ, & Privilegia Ecclesiæ Pragensis, quarum exemplar habere non potui, earum tamen initia & fragmenta in Boëmia Pia Pontani citantur.

Privilegium *Ottogari Regis Boëmiæ*, ut ex quavis mensura *Ecclesiæ Pragensi* unus obolus pendatur. Literæ publicæ nunquam à me visæ.

Literæ *Wenceslai Regis*, quòd homines Ecclesiæ pro delicto, aut debito arrestari non possint.

Literæ *Wenceslai Regis Boëmiæ* quibus confirmat Privilegia, & libertates *Sacristiæ Pragensis.*

Literæ *Caroli IV. Imperatoris* de libertate Clericorum Ecclesiæ Prage:

Literæ *Caroli IV.* quòd *Canonici Omnium Sanctorum* in Castro Pragensi possint domos suas in Hradczano dare, & legare in vita & morte pro sua voluntate.

Ottogari V. Regis super libertate Clericorum Ecclesiæ.

Wenceslai Regis donatio villæ *Semich* pro Præpositura Pragensi.

Item *Wenceslai VI. Regis Bohemiæ* super libertate Tein, & *Lætæ Curiæ* pro Ecclesia Pragensi.

Reliquas literas Ecclesiæ Pragensis, quæ apud me sunt, cùm de Collegiatis Ecclesijs agemus, recitare non omittemus.

§. III.

Literæ publicæ, quas vel ob antiquitatem, vel ob injuriam temporum amissas esse suspicor, certè nusquam in ullo Authore inveni; datas tamen fuisse certum est.

Hæ Literæ videtur perijsse.

Literæ fundatoriæ *Welehradensis Archiepiscopatûs* & quatuor Suffraganeorum ejus, item Pontificis Romani desuper confirmatoriæ.

Prima Moraviensis Episcopatûs (sive ille Polessoviæ, sive *Cunovicij* erectus fuerit) Fundatio.

Brzetislai Ducis fundatoriæ Sazaviensis Cœnobij Ord: S. Benedicti.

Collegiatæ Ecclesiæ Melnicensis fundatoriæ literæ à Comitibus de Melnik seu Hroznatæis.

Fundatio Eremitorij Skalensis seu apud S. Ivanum, facta à Dominis de Waldek qui postea dicti sunt de Hazmburg.

Fundatio Boleslai Pij Ducis Bohemiæ *Ostroviensis*, seu *Insulani* super Muldavam Cœnobij Ordinis S. Benedicti.

Wratislai Regis Bohemiæ literæ fundationis ditissimi omnium Cœnobiorum *Opatovicensis*, Ordinis Sancti Benedicti.

Literæ fundationis Cœnobij *Pivoncani* Ordinis Eremitarum Sancti Augustini à *Brzetislao* Duce Bohemiæ.

Jaromiri Episcopi Pragensis *Romam* citatio & deinde absolutio.

Fundatoriæ Gradicensis Cœnobij ad Olomucium ab *Ottone I.* Marchione Moraviæ pro Fratribus Ordinis Sancti Benedicti primitus, nam secunda *Fundatio* pro *Ordine Præmonstratensi* habetur & extat.

Fundatoriæ *Wilemoviensis* Cœn: Ord: S. Bened: à *Comitibus de Sultzbach.*

Fundatoriæ Literæ Crucigerorum *Teutonicorum Bilinæ*, *Commotovij*, *Pragæ* ad Sanctum Benedictum, in Urbe *Pontensi* & alibi.

Templariorum sine dubio fundationes omnes antiquitate perierunt.

Notandum ab Anno Domini 970. omnes Episcopatûs Pragensis literas Originales Anno 1222. incendio arcis perijsse, ut testatur *Przemislaus Ottogarus* in literis publicis, quas in hoc libro recitavi.

§. IV.

Quæ.

Quædam literæ publicæ, quas apud me servo, opportuniore loco recitandas.

COpiarium omnium ferè literarum, Privilegiorum, indultorum, Ecclesiæ Collegiatæ & exemtæ *Wissehradensis*; quas invenies in tractatione de *Ecclesia Wissehradensi* in sequentibus libris, maximè de Cancellariatu & exemtione & de *Principatu Præpositi Wissehradensis*.

Archivorũ excerpta apud me.

Crumloviensis Ecclesiæ fundationes omnes sunt apud me.

Ecclesiæ Olomucensis totius archivum compendio â Patre *Dignavero* S. J. confectum conservo. totum *Pustomirensis* Cœnobij Archivum sumariè confectum est inter manus meas.

Totum Archivum *Prostannensis* Cœnobij compendio relatum servo.

Straconicenses Memoriæ habentur.

Carolinæ Universitatis literas & fundationes omnes recitavi tractatu de Universitate Carolina.

Fundationes Dominorum de *Rosis*, ut Cœnobij in *Harlaff* Ordinis S. Francisci de Paula, item Eremitarum in Silvis Trebonensibus, *Clarissarum Crumlovij &c.* recitantur in *historia Rosmbergica*, quam auro contrà servo.

§. V.

De Archivis Sacris Bohemiæ.

NIhil hoc loco dicam de Archivo Regio *Carlsteinensi*, neque de alijs *Regni Procerum* & Civitatum Archivis, hoc enim loco tantùm sacra tractamus.

Primum antiquitate in Bohemia *Archivum* est *S. Ecclesiæ Pragensis*, tum codices innumeri manu scripti ex Bibliotheca duplici, alterâ *Venerabilis Capituli*, alterâ *Georgij Bartholdi Pontani*, quam scilicet ille primùm *Decanus* postea *Præpositus* incredibili diligentiâ collegit & comparavit & *Pragensi* donavit *Ecclesiæ*. Ajunt in his Bibliothecis (nunquam enim accessum ad illas habui) omnem Ecclesiarum Bohemicarum antiquitatem contineri àb Anno scilicet 1222. nam antiquiores literæ ab Anno 970. ut antè dixi, incendio sunt consumtæ.

De Bibliotheca Pontani Præpos.

Collegiatæ Ecclesiæ *S. Ægidij & S. Apollinaris* Pragæ suas literas probabili conjecturâ in Pragensis Ecclesiæ Metropolitanæ Archivo invenient.

Collegiatarum Ecclesiarum origines.

Collegiata *Ecclesia Omnium Sanctorum* quo loco Archivum suum depositũ habeat, an in Metropolitano Archivo? an alibi? rescire nondũ potui.

VVissehradensis Ecclesia literas Originales Ziskianis turbis amisit; *Copiarium* tamen omnium literarum descriptum servat, quarum suo loco faciemus mentionem.

Ecclesiæ Boleslaviensis Archivum amissum est penitùs; quidam asserunt in turri Ecclesiæ illius absconditum fuisse, & circa Annum 1634. cum

media turris arderet ab hostibus incensa, Archivum ibidem latens incendio periisse.

Ecclesia Tinhorssoviensis habeátne Archivum suum explorare non potui; idem est de Collegiata *Ecclesia Melnicensi*, quædam tamen literæ ejus Ecclesiæ in *Libris Erection:* referuntur, quarum summam Lib: 5. Misc: confeci.

Ecclesia Litomericensis Collegiata Archivum suum conservasse dicitur.

Ecclesia *S. Georgij Collegiata* in Castro Pragensi suas literas habet; de quibus agemus suo loco.

Ecclesia Collegiata Lipnicensis præter fundationem (quam hoc ipso Libro recitavi) aliud habet nihil, quippe vix annis 20. floruit, ab hæreticis funditus extincta.

Ecclesiæ Cathedralis Litomyslensis Archivum, omnésq; ad illam Diœcesim spectantes literæ plurimis cistis inclusæ in Curia cujusdam Civitatis depositæ latent, quam hîc nominare non expedit.

§. VI.

Archiva Cœnobiorum ac primùm Canonicorum Regularium S. Augustini.

Canonic: S. Augustini.

ARchivum *Raudnicense* audio inter hominum profanorum manus versari; aliquas tamen ejus Cœnobij memorias mihi videre contigit.

Carloviense probabile est, ex toto non perijsse.

Jaromiriense Cœnobium cum omnibus *Zisska* abolevit.

Glacensis Cœnobij Archivum hodiéque illæsum persistit in Collegio S. J. Glacij totum â me diligenter lectum: unde vitam *Arnesti I.* confecimus.

Cœnobium in *SacZka* nullam habet memoriam; fundationem ejus tamen recitavi Lib: 5. Miscellaneorum.

RokicZanense suum Archivum cum ipso loco Cœnobij amisit; Fundatio recitatur in *Libris Erectionum.*

Trebonensis Cœnobij literas in Arce ejusdem Urbis servatas memini.

Landscronense Archivum in aliquo Moraviæ Cœnobio latere dicitur.

§. VII.

Ord. S. Benedicti.

S*Ancti Georgij* sacer Parthenon mirâ felicitate ab incendio & hostibus illæsum Archivum conservat, ad quod ego humanissimè admissus literas omnes parvolutavi, ut suo loco fusiùs.

In eodem loco invêni alterius Virginei Cœnobij Archivum, scilicet *Monasterij Virginum Sancti Benedicti Pragæ*, quod ad *Misericordiam Domini vocabatur.*

BrZevnioviense totum superest, cujus Summarium suo loco recitabo.

Cæ

Cœnobium Cladrubiense antiquissimum Archivum hodiéque servat, ad quod ego magnâ humanitate Reverendissimi Abbatis admissus, operam dabo si Deus vitam dederit, ut beneficium bene in me collocatum esse Sacer Ordo sentiat. Ibidem sunt etiam *Eremitorij Sacri* ad Przimdam seu Fraunbergk, literæ quibus Eremitæ Cœnobio subjiciuntur.

Cœnobij Portæ Apostolorum literas arbitror perijsse; nullibi vestigium earum deprehendi; quædam apud *Paprocium* de eo leges.

Monasterium Insulanum seu Ostroviense cum sua *Præpositura Slanensi* omnes ob antiquitatem literas videtur amisisse, in libris *Erectionum de Præpositura Slanensi* diximus.

Cœnobij VVilemoviensis, Opatovicensis & Teplicensis virginum, & S. *Ambrosij* in Podskal Pragæ virorum, Archiva amissa sunt.

Slovanense Ordinis S. Benedicti vetus Archivum sui Cœnobij illæsum habet, quod in manibus meis diu fuit.

§. VIII.

Archiva Candidissimi Ordinis Præmonstratensium.

STrahoviense Cœnobium Archivum servavit illæsum. Præmõstratenses.

Teplense literas omnes habet ex quibus potiores suo loco referam.

Siloënse, Milovicense, & Limovicense Virginum, an in turbis Ziskianis servaverit, ignoro.

Chotiessoviense virginum omnes literas retinere dicitur. *Doxanense* omnes itidem; ex hoc postremo quædam mihi communicata sunt suis locis referenda.

§. IX.

Archiva Cisterciensium.

S*Edlecense* (quòd mirum mihi videtur) illæsum mansit, ut ex historia *Simeonis Eustachij* ejusdem Ordinis clarè conjicitur. Cistercienses.

Aulæregiense præter ea, quæ *Phœnix incineratus* attulit, nihil se habere dicit; ego multa de illo insigni Cœnobio attuli in *Boëmia Sancta Lib. 4. & Lib: 5.* cùm agerem de permutatione Bonorum.

Nepomucense, seu ut veteres loquebantur, *Pomucense* Archivum in turbis Hussiticis ad *Ebracense* in quo *Patrem Abbatem* habebat, sine dubio translatum est, cujus inde copiam mihi fieri sæpe frustra petij.

Plassense quid habeat ignoro: spes est non vana communicandi Archivi facta, à Reverendissimo Prælato Plsnensi.

Ossecense literas suas originales amisit, Copiarium tamen mirabili felicitate recepit *Reverendissimus Abbas & Visitator Ordinus sui Laurentius Sci-*

pio

pio perpetuus & liberalis Patronus studiorum meorum, ejus Summarium lectu dignissimum, cùm de illo Cœnobio agemus, adferetur.

Coronense seu *S. Coronæ* magnâ comitate communicatum mihi est, labore & industria R. P. Guilielmi Fidler ejus Cœnobij Prioris collectum.

Altovadense in manibus habui.

Sacer campus tam ignotus hodie est, ut neque locus Monasterij sciatur. literæ funditus perierunt, fuit subjectum Cœnobio Nepomucensi.

Gradicensis Cœnobij celeberrimi Ord: Cisterciensis in Boleslaviensi Districtu Bohemiæ siti, quod multas *Præposituras* habuit in *Zleb*, *Albipoli*, &c. nulla extat memoria, templo etiam in ovile converso.

Skalicense præter fundationem, quam libro V. recitavi, documenta omnia amisit, solo æquatum, ut ipse nuper cum dolore spectavi.

§. X.

Archiva cæterorum Sacrorum locorum.

Com̃endæ Religionũ Equestrium

DE *Commendis Teutonicorum* nihil possum dicere, à magno *Magistro Plavenio*, jubente & emente *VVenceslao Rege* relictæ sunt Commendæ omnes & Archiva sine dubio in *Prussiam* avecta. vide §. III.

Melitensium Commendæ (quarum quædam ex *Templariorum* Bonis creverunt) omnes per Bohemiam sunt extinctæ, *Strakonicensi* excepto cujus Archivum, ut viderem concessum est, non ut legerem.

Hospitale ad Pontem omnia sua documenta servavit, quorum suo loco luculentam mentionem faciemus, súntque copiæ earum apud me.

Monasterium Zderazense & ejusdem Ordinis Monasterium Virginum in **Switſe** / seu in **Schwatz** / ubi Archiva sua deposuerint olim, fateor me nescire. Idem est de *Sezemicensi & Pragensi, ad S. Laurentium & ad S. Annam in Augezd.*

Carthusia.

Carthusiensium Cœnobia omnia in Bohemia eversa sunt, ut *Pragense*, *Podebradense*, & id quod post *Landscronam* steterat; Pragensis tamen *Carthusiæ* Archivum, in *Carthusia Brunensi* servari suspicor, illud enim devectum esse à *Marquardo VVartmbergico Priore* constat, Anno 1420.

Ordo S. Mariæ Magdalenæ de Pœnitentia.

Parthenones Ordinis S. Mariæ Magdalenæ de Pœnitentia, ut ad S. Gallum Vetero - Pragæ (antequam esset Parochia) *DobrZanensis*, *Pragensis*, aliud in parva Parte, item *Launensis* aboliti sunt omnes. Archivum tamen *Brixiense*, *Freibergæ* servatum est, quod totum pervolutavi, in quo etiam continetur Archivum *Launense*, quod mihi volupe fuit perlegere.

§. XI.

Augustinianorum Eremitarum Archiva.

PRagense ad S. Thomam servatum est, quod sæpissimè citat *Lupacius in Calendario* suo; in eo Codex *M. S. Thomæus* dictus, magnâ diligentiâ â me frustra quæsitus. Eremitæ Augustiniaꝫ

Sufficense Cœnobium cum omnibus memorijs incensum est ab Hæreticis; Cives ipsi, locum ubi steterit, mihi quærenti dicere non potuerunt.

De Insulano Ord. S. Augustini Eremit. Cœnobio, cujus *Dobrzissium* ditio fuit, quidquid invenire potui, attuli in *Appendice I. Historiæ S. Montis*, ipsam etiam fundationem recitavi.

Pivoncanum seu Stockense Cœnobium sua retinuit omnia, ut existimo; mihi videre non contigit.

Tustense Cœnobium diversis temporibus diversos incolas habuit, modò *Conventuales S. Francisci*, modò *Eremitas Augustinianos*, neutri quicquam vetustarum literarum reliquerunt, quod sciam.

Melnicense Cænobium pauca satis documenta servat, quæ tamen mihi humanissimè exhibuerunt.

De *Bielensi*, vel in *Weisvvasser* nihil habeo dicere, uti neque de Roczoviensi.

§. XII.

Diversa Cœnobia.

DE *Rabsteinensi & Chissensi*, *& Tachoviensi* Carmelitarum Cœnobijs etsi multo conatu quæsierim, nihil inveni, quòd funditus ab Hæreticis deleta fuerint & excisa; certè Sigillum *Conventûs Rabsteinensis* Anno 1659. à Piscatore in rivo quodam repertum est; simile fatum sinè dubio Archivum sensit in flammis aut aquis sepultum.

Ordinis S. Cyriaci Cœnobia, ut Pragense S. Crucis, Orlicense, Benacense, nulla quod sciam, ex antiquitate Documenta habet præter ea, quæ recitavimus Lib: V. De Pœnitẽtia SS. Martyrum.

Servitæ Beatæ Virginis ad Annunciationem sub Wissebrado omnes cum Monasterio, & cum Archivo flammis cremati sunt odio Religionis. Servitæ.

Cœlestini sub Wissebrado, & in Oibin, quò suas origines reposuerint, non liquet; fundationem recitavi in L. 5. Cœlestini.

S. Francisci de Paula Cœnobium vivente S. Fundatore fundatum *Bistricij* geminas fundationis literas habet: antiquas â Dominis *Novodomensibus*, novas â Dominis *Slavatis*. Iidem post Crumlovium â Dominis de *Rosenberg* fundati fuêre, eorum fundationem ex *Historia Rosensi* exscriptam suo loco recitabo. S. Franc: de Paula.

Eremitę Antoniani.

Eremitæ Antoniani ſubjecti *Monaſterio Altovadenſi* fuerunt; de quibus multa in Archivo ejus Cœnobij.

Prædicatores & Minores.

Mendicantium Ordinum Archiva odio implacabili hæreticorum, qui in *Prædicatores & Minores* ferebantur, ſubitò excisis ferro & igne Monaſterijs, origines ſuas ſcripto comprehenſas amiſerunt, exceptis *Novodomenſibus & Crumlovienſibus* virorum & virginum Cœnobijs Ordinis *Minorum Conventualium*, de quibus egi in Epitome.

Plura de Archivis in Hiſtoria Cœnobiorum.

A. M. D. G.






FACULTAS
REVERENDI PATRIS
PROVINCIALIS BOHEMIÆ.



Cùm Librum VI. Miſcellaneorum Hiſtoricorum Regni Bohemiæ ARCHIEPISCOPALEM in duas diviſum Partes à P. BOHUSLAO BALBINO S.J. conſcriptum, tres ejusdem Societatis Theologi, quibus id commiſſum fuit, recognoverint, ac in lucem edi poſſe cenſuerint, poteſtate acceptâ à Patre noſtro JOANNE PAULO OLIVA SOCIETATIS JESU PRÆPOSITO GENERALI, Facultatem concedo, ut Liber Typis mandetur. In quorum fidem haſce manu meâ ſubſcriptas, & Sigillo Officij munitas dedi. Cuttenbergæ in Collegio noſtro, 23. Auguſti, 1681.



WENCESLAUS
SATTENWOLFF.



PROTESTATIO AUTHORIS.



Cùm Sanctissimus D.N. URBANUS PAPA VIII. die XIII. Martij, Anno M.DC.XXV. in sacra Congregatione S.R. & Universalis Inquisitionis Decretum ediderit, idémque confirmaverit die I. Julij, An: M.DC.XXXIV. quo prohibuit imprimi Libros, hominum, qui Sanctitate seu Martyrij famâ celebres è vita migraverunt, gesta, miracula, vel revelationes, seu quæcunq; beneficia tanquam eorum intercessionibus à DEO accepta continentes, sine recognitione, atque approbatione Ordinarij, & quæ hactenus sine ea impressa sunt, nullo modo vult censeri approbata; Idem autem Sanctissimus die V. Junij Anno M.DC.LI. ita explicaverit, ut nimirum non admittantur Elogia Sancti vel Beati absolutè, & quæ cadunt supra personam, bene tamen ea, quæ cadunt supra mores, & opinionem cum Protestatione in Principio vel fine, quòd ijs nulla adsit authoritas ab Ecclesia Romana, sed fides tantùm sit penes Authorem. Huic decreto, ejúsque confirmationi, & declarationi, observantiâ & reverentia quâ par est insistendo, profiteor me haud alio sensu, quidquid in hoc Libro refero, accipere, aut accipi ab ullo velle, quàm quo ea solent, quæ humanâ duntaxat authoritate, non autem divinâ, Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, aut Sanctæ Sedis Apostolicæ nituntur; ijs tantummodo exceptis, quos eadem Sancta Sedes, Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adscripsit.

BOHUSLAUS BALBINUS
è SOCIET: JESU.





